PRACTICA
THEORICA EMPIRICA MORBORVM
interiorum,

E prælectionibus

IOANNIS MARQVARDI PANnonij Medici Viennenſis Collecta.

CVI

DVO TRACTATVS DE LVE VEnerea acceſſerunt, Vnus LVCAE GHINI Bononienſis Doctoris, alter HIERONYMI CAPIVACCII Patauini profeſſoris celeberrimi,

Omnia nunc denuò recuſa, & diligenter recognita.



Anno Dñi cIɔ.Iɔxcii.

•B • D•

Spiræ Nemetûm Ciuitatis Imperialis liberæ:
Apud Bernardum Albinum.

VITTORI BIBLIOTE ROMA

12-1A-C-32



NOBILIBVS CLARISSIMIS CONSVLTISSIMIS ET DOCTISSIMIS VIRIS AVGVSTISSIMI CAMERÆ IMperialis Tribunalis Spiræ Aduocatis, Cauſſarum Patronis & Procuratoribus ibidem reſidentibus, Dominis ſuis obſeruandiſſimis vniuerſis & ſingulis.

***

NEminem ſibi naſci, antiquo & ſatis laudabili, dicto Clariſſimi & conſultiſſimi Viri, Patroni obſeruādiſſimi, ferri ſolet. Ne igitur ego in tam venerandi dicti leges peccarem, quin potius obuijs hoc vl-

nis amplecterer ſemper operam dedi, vt pro mea ingenij & facultatum tenuitate in ea ſtatione, in quam me Deus Opt: max: collocauit, publicæ vtilitati aliquid conferrem & commodarem. Cum enim doctrina & eruditione bonum publicum iuuare mihi denegatū ſit, eruditionis & doctrinæ (quibus bonum publicum præ ceteris rebus plurimùm iuuari, ſaluum ac tectū ſuſtineri ſolet, ſicut nemo ſanę mentis, niſi prorſus Cyclops ſit, ibit inficias) quaſi inſtrumenta, quibus hauritur ſuggero & ſubminiſtro, libros nēpe: Vt res meæ ferunt: ſi non omnium præcipuos, attamen non ſpernendos, typis ſubinde excudendo.

Varia hactenus opuſcula prælo ſubieci, & plerunque iuriſprudentiæ, quorum in hac Alma Iuſticię ſede maiorem vſum eſſe, non immeritò arbitratus ſum. Sed ne hac ſola in parte profuiſſe videar, nec ſicut Fidicen, qui corda ſemper oberret eadem, me deridendum propinem, ab animorum ad corporum medelam me contuli, & Practicam Theoricam, Empiricam morborum interiorum è prælectionibus

præ-

præſtantiſſimi iatri, Ioannis Marquardi Pannonij Viennenſis Medici collectam, & mihi ab optimis pleriſque Medicis ſingulariter commendatam: adiunctis alijs duobus libellis duorum Clariſſimorum Italiæ Medicorum, Lucę Ghini & excellentiſſimi illius Practici Hieronymi Capiuaccij Patauini profeſſoris celeberrimi libellis: in lucem dare animum induxi. Nam & Medicina: ob corporum noſtrorum fragilitatem & miſerandam infinitorum caſuum fortunam, quibus ſubiacent, & obnoxia ſunt: res eſt perutilis & à Deo ter maximo ob neceſſitatem hanc benignè data. Quod ſi præfatam Marquardi Practicam commendare velim certè aquam in fōtem ferre viderer. Oſtēdit enim ſeipſam ſatis egregiè, ita vt encomio meo non egeat, nec hedera ſuſpenſa opus habeat. Hoc dico licere in illa non ſolùm accuratam morborum interiorum tractationē, in ſua capita ac fontes deductionem: ſed etiam vberem remediorum, & cuiuis paratu facilem ſyluam reperire: nec non varias aliquot in certis morbis obſeruationes: quas auctor longo vſu & experientia aduertit, Ita vt non vo-

cem in dubium quin hic liber tam Practicis, quàm Medicinæ tyronibus, quinetiam cuiuis ad conſeruandam valetudinem & præcauendos ac expellēdos morbos commodus ſit futurus.

Fuit mihi huic Libello pro more conſueto Patronus, cuius patrocinio hanc lucem confidentius aſpiceret, quærendus. Veſtra, viri obſeruandiſſimi, mihi ſubijt memoria, Diu enim multumq; mecum exoptaui mihi occaſionē offerri, qua gratam animi mei erga vos qualem qualem ſignificationem propter ſingularia veſtra, in me collata beneficia exhibere, & meę in vos obſeruantię ſignum edere poſſim. Sed cur medica & ſic à veſtra profeſſione aliena adfero? Cum quod omnes honeſtæ diſciplinæ aliquam interſe affinitatem habent, tum, quod hæc Practica Marquardi ita ſcripta ſit, vt non ſolum Medicis, ſed etiam cuiuis præſertim patrifamilias, ac viro multis curis, laboribus ac vigilijs dedito pro manutenenda ſanitate ac præcauendis morbis poteſt eſſe vtiliſſima, prout & intellectu eſt facilima. Plerunque docet

qua

qua dieta, qua victus ratione ad auertenda & cauenda explicata morborum genera vtendum ſit. Tandem quod diutius ferre non potui, vt nullum meæ in vos obſeruãtiæ & reuerentiæ extet teſtimonium, Præſertim cum anno præterito Reuerendiſſimis, Generoſis, Nobilibus & Clariſſimis Viris, Domino Iudici, dominis Prçſidibus & Aſſeſſoribus inclytç Camerç Imperialis, dominis meis Clementiſſimis & obſeruandiſſimis ſimile librorum munuſculum obtulerim, id quod clementer & benignè, ab ijs receptum fuit: Mei igitur officij eſt etiam à vobis ſtrenuiſſimis cauſſarum in eadem Camera patronis fidem debitam liberare.

Quare hunc Tractatum viri integerrimi, vobis offero, dico ac ſtrenç loco pro feliciſſimo huius anni 1591. ingreſſu & auſpicio dedico & commendo. Quamuis autem munus hoc tale non ſit, quale viros tã claros & conſpicuos decet: tamen confido vos pro ſingulari veſtra humanitate & prudentia hanc meæ in vos beneuolentiæ & voluntatis deditiſſimæ exiguam ſignificationem, hilari fronte & placida manu

benignè accepturos, nec meam hanc te-nuitatem quam offero cõtemturos, & me ſeruũ vobis multis nominibus obligatiſſimum veſtrorum albo indubitatò habituros, quod, vt faciatis, viri obſeruandiſſimi, maiorem in modum etiam atque etiam oro, ac vobis annum hunc nouum auſpicatiſſimum & felicitate plenum à Deo opt: Max: ex animo precor. Valete, Spiræ

DD. VV. deuinctiſſimus

Bernardus Albinus.

IN PRACTICAM IOANNIS MARQVARDI PANNONII, INTERnorum morborum librum.

QVot quantúq; malis ſit præſens vita referta:
Cum vetitum pomū fœmina prima rapit.
Lucis cuiuſuis labor eſt, ærumnaq; teſtis:
Sexcentis morbis corpora noſtra docent.
Internią; ſolent magis exterioribus eſſe
Ancipites: medicam vim capiuntq; minus:
Externis quantò grauiora, domeſtica bella:
Inſidiæ propius, cautio cæca magis.
Non igitur magnus non omni laude ferendus:
Qui poſſit fauſtas his adhibere manus?
Prorſus. Qualis erat MARQVARDVS: clara Vienna
Lux magna, gentis Pannoniæq; decus.
Practicus inſignis, felici ſorte creatus
In morbos cæcos: vt docet hicce liber:
Quem primum nobis profert, medicando PHILIPPVS
SCHOPPIVS, *& reliquis artibus egregius.*
Practica ſit Medico cura. ſi laus mouet vlla:
Qui contemplatur, poſtea praxin agit.

MARTINVS CRVSIVS,
Tybingæ 8. Auguſt. 1589.

§ 5

IN EVNDEM.

Hippolytum fertur, roſeas in luminis oras
Coronides, artis vi renocaſſe ſua.
Schopfius hoc maior: Medicum quia ducit ab umbris.
Plurima, qui tenebris, ſecula tectus erat.
Si Medicus potior reliquis, præſtantior an non
Qui Medicum vita munere donat, erit?

MICHÆLIS GIGELII
Auguſtani.

MARQVARDVS DE SVO LIBRO E TENEBRIS IN LVCEM emiſſo.

QVis tandem in lucem noſtrum dedit, oro, libellum.
Chalcographiq; manu condecorauit eum?
Diſcipulus noſtris quem commendare volebam.
Pæonij pandens myſtica ſacra viri.
Quos ego liuentes docui diſpellere morbos,
Eſſet vt in toto corpore ſalus quies:

Certe

Cerno errata tamen multis maculata lituris,
Suſtulit aſt eadem SCHOPFIVS arte ſua.
Aſperſitq́ decus clarum, dum tollere mendas
Aſsiduo vigilans ipſe labore cupit.
Hoc artis Medicæ tibi nunc ſtudioſa iuuentus,
In lucem reddens impiger edit opus.
Non perit hinc nomen noſtrum: ſed gloria ſurgit,
Et noſtri ingenij viuet vbiq́ decus.

CAROLVS CHRISTOPHORVS
BEIER Spirenſis ſcholæ
Phorſenſis Rector.

INDEX GENERALIS MORBORUM IN HOC COMMENTARIO CONTENTORUM.

Dolor Capitis ex fol. 1.
- Vigilijs 10
- Ventoſitate 33
- Vermibus 35
- Ebrietate 36
- Coitu ibid.

Vertigo & Scotoma 37
Phreneſis 39
Phreneſis ſanguinea 41
Sachara, hoc eſt vigiliæ ſuperfluæ 47
Lethargus 52
Suberh 56
Congelatio 59
Stupor 60
Epilepſia 61
Apoplexia 69
Paralyſis 76
Tortura 87
Spaſmus 90
Melácholia & Mania 95
Catarrhus 105
Incubus 110
Ophthalmia. 112
Debilitas viſus 117
Catharrhacta. 120
Dolor aurium 124
Tinnitus aurium 130
Surditas & grauitas auditus 131
Fluxus ſanguinis narium 133
Polypus, rhagades, cácer narium 137
Dolor dentium 139
Apoſtema dẽtium 142
Superflua carnis gingiuarum generatio & corroſio. ibid.
Alcola oris. 143
De dentibus albandis ibid.
Caſus vulvæ 145
De apoſtemate amygdalarum

dalarum. 148
De Sanguiſug's. ibi.
De infixis. bid.
Grauitas linguæ 149
Magnitudo linguæ. 153
Ranula 155
Squinantia 156
Tuſſis 162
Aſthma 166
Pleuritis 170
Sputum ſanguinis 178
Peripneumonia 181
Phthiſis 183
Cardiaca paſſio 192
Debilitas & ſalvus cordis 195
Syncope 196
Dolor ſtomachi 201
Singultus 208
Debilitas & diminutio appetitus 211
Appetitus caninus, 214
De Bulimo, ſeu magna fame 215
Debilitas digeſtionis. 216
Vomitus 222
Cholerica paſſio 227
Debilitas hepatis 229
Apoſtema hepatis 236
Hydropum ſpecies. 237
De aſcite 244
De tympanite 246
Ictérus vterque, citrinus & niger 245
De ictero nigro 252
Debilitas ſplenis 252
De tumore & duritie ſplenis. 255
Colica paſſio 257
Diarrhœa 261
Lienteria 266
Dyſenteria 267
Teneſmus. 276
Vermes. 278
Difficultas vrinæ 281
Lapis renum & veſicæ 283
Apoſtema renum 287
Ardor vrinæ 289
Diabetes 293
Mictus ſanguinis 297
Exitus ani 299
Rhagades 300
Ficus, morus, verruca 302
Hæmorrhoides 303
Fluxus menſtruorum ſuperfluus 304
Retentio eorundẽ 312
Suffocatio matricis 318
Mola matricis 320

Difficultas imprægnationis 323
Impotétia coëũdi 328
Hernia 333
Arthritis, podagra 338
Ruptura puerorũ 337
Variolę & morbili. 345
In morbo Neapolitano primus afficitur EPAR. 350
Quomodo Hepar ſit confortandus. 354
In principio Conuenit venæ ſectio 356
Vnguentum compoſitum ex viuo argento. 378
Æger quotidie inungi debet 381
De ſuffitibus Gallicis 382

* *
*

FINIS.

IO. MARQVARDI PRACTICA DE MEDENDIS MORBIS INTERIORIBVS.

* *
*

De dolore capitis.

DOlor capitis, vel fit in ſubſtantia cerebri, vel in pelliculis, vel in venis & arterijs, vel in Almocatim, quæ eſt cutis exterior in qua ſtant capilli: vel in Gingia, hoc eſt, pellicula quæ eſt inter cranium & Almocatim.

Corollarium. Cranium nō ſentit, niſi per Gingiam matrem: quia à Gingia matre per cranium procedunt parui nerui ad duram matrem ipſam ſuſpendentes, ne dura mater cerebrum tangat. per hos cranium ſentit.

Corollarium. Subſtantia cerebri ſentit mediantib. mēbrānulis exiſtētibus in diuiſionib⁹ eius. Vide Auicennā, 1. Tertij de v. generibus dolorū, quos poteſt pati cerebrū: ſcilicet extenſiuū, pungitiuū, corroſiuum, compreſſiuum, grauatiuum.

Corollarium. Membrum in ſua ſubſtantia læſum dicitur quando in illo eſt mala diſpoſitio vel materialis, vel immaterialis; cuius ratione ipſum

in ſuis operationibus læditur. Membrum per colligantiam, ſeu conſenſum læſum vocatur, quod alterius interuentu malè afficitur.

Dolor eſt rei cõtraria & triſtis ſenſatio per ſenſum tactus introducta. Et dolere eſt rem contrariam & triſtem ſentire per ſenſum tactus.

Corollarium. Duæ ſunt cauſſæ in genere omnis ægritudinis: mala ſcilicet complexio, & ſolutio vnitatis.

Corollarium. Accidentia animæ connumerantur inter cauſſas primitiuas, quæ ſunt incorporeæ; quum anima non ſit corpus, ſed quiddam ab illo diuerſum.

Corollarium. Sedere ad carbones & prunas inducit dolorẽ capitis: degens ad carbones proijciat modicum ſalis ſuper prunas, & prę ſeruabitur ab illius dolore.

Corollarium. Fœtor candelarum extinctarum ita nocet capiti, vt faciat mulieres & equas imprægnatas abortire, ſi admoueatur naribus earum. Ita odor arboris & foliorum nucum, eiuſdemq; oleum in vicem candelarum accenſum, inducunt dolórem capitis.

Corollarium. Iuſculum ex canabe inducit dolorẽ capitis. Contra ſentit vulgus iners dum exiſtimat homines à dolóre capitis ex illo iuſculo liberari. Vide Rhaſem 1. continentis lib. 10. tract. de Cephalæa. Meſuem cap. de pſillio. Auicenna ſecunda 1. & in tertio de Soda ſeu dolore capitis.

Ventoſitas diſtinguitur multipliciter à cauſſa

corpo-

corporea humorali.1.Quod ipſa non eſt aggratiua, licet aliquando appareat grauitas; vt in dolore capitis ventoſo multo proſternēte virtutem: Sed illa grauitas eſt ab ipſo capite in quo dominātur elementa grauia, & eſt à debilitate virtutis ſuſtentatiuæ, diſtinguiturque ab illa quæ eſt à materia: percipitur in capitis interioribus & fundo ac ſi eſſet lapis vel plumbum.

2. Percipitur ventoſitas per extenſionem, quod à natura propria extenſiua eſt & talem commouet dolorem.

3. Cognoſcitur per mutationem de loco in locum: quia quum ſit leuis non adhærens capiti, inibi eſt maxime mobilis.

4. Ex breui duratione morbi. Vētoſitas quæ non habet materiam in qua fouetur, non cauſſat morbos diuturnos, neque illi ſunt continui, ſed remittunt & interpolantur pluſquam illi qui dependent ab humoribus; vt patet in colica.

5. Si facit morbum in capite, percipitur tinnitus, gurgulatio & rugitus.

6. Ab eius exitu: per euacuationem, vel ſternutationem, vel per inferiora ſentitur alleuiatio fortis & aliquando totalis, & ſimiliter per applicationem carminantium, quando non adeſt materia fouens.

7. Si eſt ventoſitas, vel eſt ſola, vel coniuncta cum materia phlegmatis ſcilicet & melancholię: illa enim tantummodo ventoſantur, non ſanguis & bilis flaua.

Corollarium. Hic notandum quod quando

morbus à vẽtoſitate diu perſeuerat, tunc ibi ventoſitas habet materiam à qua generatur; aut concurrit debilitas membri & propriè ſtomachi & hepatis, vt eſt ſententia Hippocratis.

4. Aphoriſm. 11. quibus tormina & circa vmbilicum labores, in hydropem ſiccam vertuntur.

8. Cognoſcitur ex tactu. Si eſt in illo loco in quo tactu ſentiri poteſt, diſcurrit, cum inter inflationem extendentem & tumorem ab humorib. hoc interſit: quod inflatio cedat & non humor, vt notum eſt intelligenti: exemplo eſt hydrops tympanites, vbi poſitis manibus ſuper lateribus, ex compreſſione vnius fit impulſio in alterum & ſentitur, quod non eſt in Aſcite.

Diſtinctio malæ complexionis immaterialis & materialis.

1. Grauitatis ratione, quod in materiali grauitas ſentiatur: in immateriali vero non.

2. Ex humiditate narium.

Corollarium. Mala complexio immaterialis plerumq̃ue prouenit à cauſſis primitiuis.

Nota. In applicatione frigidorum caueatur ne frigida apponantur poſteriori parti capitis, maximè vbi nucha habet originem; quæ quum aliàs ſit frigida, hoc modo fieret frigidior, & induceret forſitan lethargum: & quia eo in loco ſunt dura oſſa, medicinæ nihil aut parum efficerent: quare conſultius eſt vt ad commiſſuram capitis ponantur.

Corollarium. Omnis malæ complexionis immaterialis cura eſt ſola alteratio.

Corollarium Mala complexio immaterialis poteſt fieri materialis: calidicas per attractionem: frigiditas per indigeſtionem.

Pro capite ſimplicia.

Calida. Maiorana. Saluia. Lauendula. Betonica. Stœchas vtraque. Ruta. Satureia. Calamẽtum. Pulegium. Roris marinus. Spica. Camomilla. Baſilicum. Melilotus. Fœniculum. Lignũ aloës. Nux muſcata. Cubebæ. Folia Lauri. Thus. Ladanum. Maſtix. Pęonia. Acorus. Caſtoreum. Ambra. Moſchus,

Frigida. Roſa. Violæ purpureæ. Nenupharis flores. Solatrum. Lactuca. Portulaca. Papauer album. Hyoſcyamus. Folia ſalicis. Mandragora. Opium. Santalũm rubrum. Lenticula aquæ, Plantago. Pſillium, Cucurbita. Acetum,

Cura fit per diætam & potionem.

Pro mala complexione immateriali calida alteranda:

℞. Olei roſarum ℥ ij. Aceti roſarum ʒ iij. conquaſſentur fortiter, miſce ſimul.

℞. Olei roſarum ℥ ij. ſucci ſolatri ℥ iiij. aceti roſarum ʒ j. Conquaſſentur fortiter, miſce.

℞. Olei roſarum, nenupharis, papaueris añ ℥ j. aceti roſarum ʒ vj. miſce. applicetur pãno lineo

u btili temporibus & commiſſuræ capitis.

Vel fiat ſacculus ex floribus violarum, roſarum, nenupharis, ſolatri, lactucæ: madefiat in aceto roſaceo, & imponatur capiti.

℞. Aquæ roſarum ℥ iij. Solatri, Lactucæ, Nenupharis añ ℥ ß. Olei Roſati ℥ j. Aceti Roſ. ℥ ß. Camphoræ G. v. Conquaſſentur fortiter, miſce pro Epithemate capitis.

Corollarium. Ex ſupra poſitis ſimplicibus poſſunt fieri epithemata, Embrochæ, Vnguenta, lotiones, emplaſtra, pro affect⁹ magnitudine & medici intentione.

Rectificetur aër ad frigiditatem cum folijs populi, ſalicis, vitis, florum roſarum, aqua roſarum apud diuites, in qua intingatur linteum.

Prodeſt ius carnis, in quod conijciātur duo cochlearia hordei: detur brodium illud, vel in illo decoquantur pulli: dentur pulli vel eorum brodium.

℞. Zuccari Tabarzet q. ſ. diſſoluatur cum aqua roſarum redolentiſſima, fiat iulepus ad ſpiſſitudinem communis Syrupi limpidus & clarus ꝓ pluribus hauſtibus.

Si fortaſſe aliquæ materiæ per caliditatem ſint liquefactæ, fiat leuitiuum hoc modo.

℞. Prunorum dul. nu. xij. Iuiubarum, Sebeſten añ p xj. Florum Cordialium P j. Tamarindorum ℥ j. Myrobalan. Citrin. ℥ ß.

Decoquantur in aqua ſufficienti ad remanentiam hauſtus. Cui adde Caſſiæ nouiter extractæ ℥ j. vel Mannæ (in diuitibus) ℥ j. ß. El. è ſucco roſa-

rum ʒ ij.miſce,fiat hauſtus.Vel iniiciatur Enema:

℞. Herbarum communium emollientiũ pro clyſtere,Lactucæ,Portulacæ añ M.i.Flor.Nenupharis, Violarum añ M ß. Stœchados P. j.

Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro vnico Enemate.Colaturæ ℞.℔ j. Caſſiæ pro clyſteribus ʒ x.Salis ʒ j.Olei Violarum ℥ ij. miſce, fiat Enema.

℞. Herbarum communium emollient. pro clyſtere añ M ß.Rad.Maluauiſci,Fœnogręci Furfuris tritici añ M ß.Fol.Lactucæ Portulacæ añ M j. Prunorum nu.xij.Coquantur in aquę ℔ iij.ad caſum vnius libræ.

℞. Colat.℔ j.adde olei Violarum ℥ iij. ſimplicis ʒ x.ſalis ʒ j.miſce, fiat Enema.

Aliud familiare,Euporiſton.

℞. Maluæ M.iij. decoquantur in tribus libris brodij carnis bouinę,ad remanentiam vnius. Adde caſſiæ extractæ ʒ x. ol.communis ℥ iij. ſalis p.j. miſce.

Enema pro puero.

℞. Lactis recentis ℥ v. ſtercoris muris ℈ j. zuccari ℥ ß Miſce.

Enema ex iure carnis.

℞. Carnis bouinæ ℔ j. ß. decoquatur in ℔ iiij.

ad remanentiam ℔ iij.tunc ablata pinguedine in hoc decoquantur maluæ M. iij, Colaturæ admiſce caſſiam, oleum, ſal.

De Mala *complexione immateriali frigida.*

Fiat alteratio per calida in diæta, hoc eſt victu & potu. Ordinetur regimen vitæ ſex rerum non naturalium ad caliditatem tam actu quàm potétia. Nux muſcata conuenit capiti ſiue cerebro. Ad intra dentur, Diambra. Confectio Diamoſchi. Pyrethrum conditum. Zingiber. Acorus conditus. Diagalanga ſumatur manè & ſerò quantitate nucis Italicæ. Item Pliriſarchontici confectio.

Corollarium. Stœchas Arabica, maiorana, ſaluia, pæonia, acorus conditus non debent negligi in dolore capitis, quoniam ducunt cæteras medicinas ad caput. Fiant ſacellationes ex milio & ſale.

Ad extra conueniunt localia.

℞. ſaluiæ, rutæ, maioranæ, lauendulæ, roriſmarini an̄ M j. Stœchados vtriuſque ʒ ij. baſiliconis, betonicæ an̄ M ß. fol. camomillæ M j. ß. coquantur in ℔. vj. aquæ ad conſumtionem tertiæ partis; cum hac decoctione fiat lotio vel embrocatio in loco calido.

Corollarium. Embrocatio plus valet quàm Epithemata, quia fortiorem facit impreſſionem.

Vel

Vel fiat ex garyophyllis , pipere, roriſmarino, macere, & ſimilibus puluis, qui ponatur ſinapiſando ad commiſſuram capitis poſt lotionem.

Per nares. ℞. Thuris, caryoph. thymiamatis, ligni aloës, baccarum lauri, roriſmarini, maioranæ, flor. lauendulæ, ſtœchados Arabicæ part. æquales, muſci gr. v. cum terebinthina fiăt formulæ ſeu trochiſci pro fumo, vel pomū odoratum.

Sacculus. ℞. Maioranæ M ij. flor. Camomillæ M v. fiat ſacculus capitalis vel Cucufa.

Corollarium. Cooperiatur caput cum capitio ex pellibus.

Corollarium. In omni complexione mala expedit facere ſolutionem ventris aliquo lenitiuo ad deponendum ſaltem communes ſuperfluitates. Si enim mala complexione capitis fuerit ſimplex, tuebitur hominem ne ita facilè fiat materialis.

℞. Caſſię extractę, Diapruni ſimpl. aň ʒ v. aquarum maioranæ, betonicæ q. ſ. fiat hauſtus.

De mala complexione immateriali humida.

Etſi hæc non inducat dolorem, tamen eſt auferenda, ne faciat materialem. Fiat ergo cura per diætam, hoc eſt victum & potionem ad ſiccum: Modus autem operationis poteſt facilè haberi ex ſuperioribus.

De mala complexione immateriali ſicca.

Cura fit per diætam: quam ordinare oportet in contrarium. Vinum lymphatum humectat & inducit ſomnum. Caput embrocetur cum aqua tepida.

℞. Olei violarum, ol. amigdal. dul. lactis muliebris añ. commiſceantur agitãdo pro epithemate.

Si ex vigilijs.

℞. Lactucæ, portulacæ añ M j. cort. papaueris albi M j. ß. fl. nenupharis Violarum añ M ß. Decoquantur in aqua ſimplici ad conſumptionem tertiæ partis. ℞. Colat. ℔ j. Oleorum violarum, papaueris, amygdal. dul. añ ℥ j. miſce pro epithemate.

℞. muſcilaginis ſem. pſillij factæ cum lacte muliebri ℥ ij. ol. violarũ ℥ j. conquaſſentur ſimul & applicentur temporibus.

Detur conſerua Roſarum. Pro potu Syrupus violaceus.

℞. Syrupi violarum ℥ iij. aquarũ roſarum, violarum, boraginis añ ℥ iij. Miſce. fiat Iulepus.

Corollarium. Omnis complexio immaterialis quæcunque ſit, vnicum habet curandi modum, qui eſt alteratio per contraria: & hæc alteratio fit bifariam. primò debita ordinatione per ſex res nõ n turales, quæ ſit contraria malæ complexioni. Secundò medicinalib⁹ tam intra receptis, quàm extra applicatis.

Nota

Nota. In mala complexione immateriali
mpoſita cura quoque ſit compoſita.
In calida, ℞. Olei violarum, roſarum, amyg-
larum dul. añ ℥ j. aceti cochlear vnum. miſce.
℞. Succi lactucæ ℥ j. aquarum ſolani, nenupha-
, roſarum, violarum añ ℥ ß. miſce.
℞. Florum roſarum, violarum, nenupharis añ
. fol. lactucæ, ſalicis, populi M ß. cort. papaueris
bi M j. cort. mandragoræ ʒ iij. Decoquantur in
ſſicienti aqua pro embrocatione.
Per nares trahantur ſucci & olea.
℞. Olei violarum, roſarum, nenupharis, ſucci
ctucæ añ ℥ ß. lactis muliebris q. totius. Fiat bona
onquaſſatio pro epithemate.
Inungenda frons & tempora ſunt vnguento
Populeonis, Alabaſtrino, quibus addenda ſunt o-
ea ſupra notata.
℞. Vnguenti Populeonis ʒ j. olei nenupharis ʒ
ß. miſce.
℞. Aquæ violarum, nenupharis, endiuiæ añ ℔
ß. vtere vt ſcis.
Corollarium. Membris principalibus nun-
quam purè frigida ſunt applicanda, etiam ſi forti
δυσκρασίᾳ. calida teneantur.

De mala complexione immateriali calida, ſanguinis & bilis flauæ.

Signa ſanguinis redundantis ſunt: rubedo fa-
ciei, linguæ, apertio venarum in coniunctiua
oculi, dulcedo ſaliuæ.

Prima intentio eſt lenitio ventris.

Corollarium. Nullus eſt phlebotomandus, niſi prius beneficium alui habuerit.

Secunda intentio eſt euacuatio ſanguinis cum phlebotomia & ventoſis.

Tertia, diuerſio.

Quarta, ſanguinis mundificatio & depuratio.

Quinta, malæ complexionis derelictæ alteratio poſt euacuationem.

Sexta, confortatio & accidentium correctio.

De minutione omnis materiei habes Canones vniuerſales Meſ. Fit hæc euacuatione & diuerſione, & per illam quæ vtramq; intentionem complet.

℞. Herbarum communium, camomillæ añ M j. coquantur in aqua ſufficientis quantitatis pro Enemate. ℞. Colat. ℔ j. olei communis ℥ ij. caſſiæ fiſtulæ ℥ j. hieræ ſimpl. ʒ iij. ſalis ʒ j. miſce. fiat Enema.

℞. Fl. viol. bugloſſæ, boraginis añ ℥ ß paſſul. enucleat. ʒ vj. prunorum Damaſc. ſebeſten iuiubarum añ paria v. tamarindorum ℥ j. in aquæ ℔ j. ß fiat decoctio ad remanentiam ℔ ß. Col. adde Electuarij è ſucco roſarum ʒ ij. vel caſſiæ ℥ ß. ſucci roſarum ʒ j. ß. miſce.

℞. Colat.

℞.Colat.ſupra notatæ ℥ iiii. Infundantur cort. mirobal.citrin.ʒ v. expreſſioni adde caſſiæ noui- extr.℥ j. miſce.

℞.Succi roſ.ʒ ii.caſſiæ fiſtulatis ℥ j. aquarũ endiuiæ, ſcariolæ añ ℥ j. ß.miſce.

℞.Caſſiæ fiſtul.℥ j.ſucci roſarum.ʒ ii.boni iuris carne ſucculenta ℥ iiii.miſce.

℞.Caſſię recẽs extractæ,conſer.violarũ añ ʒ iii. ſucci roſarum ʒ iii. miſce cũ Zuccaro. fiat bolus.

Corollarium. Lenitiua & minoratiua nõ dantur per pillulas,ſed frequenter & ferè ſemper in potione.

Corollarium. Stante ſanguinis repletione dentur lentes & alia nõ multiplicantia ſanguinẽ.

Corollarium. Phlebotomia non eſt facienda perDiametrum.

Corollarium. Ætas puerilis vſque ad annos quatuordecim , imprægnatio, ætas ſenilis vltra quinquageſimũ annũ prohibet à phlebotomia: ergo in illis ponendæ ſunt ventoſæ, quia ſunt vicariæ phlebotomiæ, & ponantur in his locis in quibus facienda erat phlebotomia: vt in magna ſanguinis repletione ponentur ventoſæ ad tibias: & altera die ponentur duę ad ſcapulas,& ad vtrũque cubitum. In imprægnata verò ventoſæ non ſunt ponendæ ad tibias, quia timendum ne ſanguis menſtruus attrahatur,& fœtus alimento debito deſtituatur:Sed ponentur ad ſcapulas & cubitos.Si patiens ſit fortis, ponantur quatuor ad ſcapulas,& ad quemlibet cubitum duæ, & altera die reiteretur.

Corollarium. Interrogandus eſt infirmus an habuerit fluxum aliquem conſuetum: tunc facta phlebotomia vt ſupra, prouocetur fluxus: vel prouocato fluxu ſanguinis narium, ſi adhuc ſtet repletio ſanguinis, aperiatur vena leporis naſi, vel vena frontis.

Corollarium. Debilitas virtutis non admittit quantitatem continuam, ſed diſiunctam, vt fiat reiteratio phlebotomiæ ſiue ſecundatio poſt duas aut tres horas, vel poſt vnam diem: interim fiat confortatio.

Corollarium. Secundatio eſt optima tàm in phlebotomia diuerſiua quàm eradicatiua.

Corollarium. Epithemata apponantur ſtatim poſt factam phlebotomiam, & altera die adminiſtretur ventoſatio.

Corollarium. Alter oculus ſit ſemper ad infirmum & virtutem eius.

Corollarium. Omnia Epithemata & emplaſtra cùm calefiunt, remouenda ſunt.

Ad remouendam malam qualitatem calidam introductam ab extra.

℞. Olei roſarum, nenupharis añ ℥ ß. aquæ roſarum, & aceti roſacei añ ʒ ß. ſucci maioranæ ʒ ij. conquaſſentur ſimul. miſce.

℞. Olei roſarum, violarum, nenupharis, papaueris albi añ ℥ ß. camomillæ ʒ iij. aceti roſ. ʒ. iij. aquæ nenuph. roſ. añ ʒ iij. ſucci maioranæ ʒ j. miſce agitando.

℞. Suc-

℞. Succi roſarum,violarum, nenupharis añ ℥ ij.aceti roſati ℥ iii.pulueris maioranæ ℈ j.conquaſſentur miſceanturque.

℞. Olei roſati,nenupharis añ ℥ vi.pulueris ſantali rubri & albi,fl.roſarũ,nenupharis, papaueris albi añ ℥ j.fl.camomillę ℈ j.farinę hordei ℥ iii.cerę q.ſ.fiat emplaſtrum: vel fiat ſacculus ex herbis & floribus ſupra notatis, & ille ſacculus imbibatur in redolentiſſima aqua roſarum, vel mixta cum aquis ſtillatitiis ſolatri,lactucæ, aceto.

Corollarium. Si patiens non poſſit dormire, fiat decoctio cum herbis & corticib.radicis mandragoræ & papaueris albi, fiat potio ſomnifera: modus deſcribitur infra de dolore capitis à complexione materiali cholerica in intẽtione quinta.

Corollarium. Omnia ſupra ſcripta ponantur ſupra caput raſum & partem dolentem excepta poſteriore in frigidis.

Ad intus fiat confortatio.

Corollarium. Lenitio ventris eſt bona in omni morbo exceptis fluxionibus,& reſtrictio mala.

Corollarium. Phlebotomia fit aliquando in ſaphenis in principio,ſtante magna ſanguinis repletione:at ſi mediocris ſit, fiat phlebotomia de Baſilica,& tandem de Cephalica:capite autẽ ſolo ſanguine abundante,cephalicam alterutram, vel ambas phlebotomare oportet.

Corollarium. De quanto diuerſio fit ad remotius,de tanto melius.

Corollarium. Si magna ſit plenitudo ſanguinis in vniuerſo corpore, fiat phlebotomia de ſaphena eiuſdem lateris, & altera die de cephalica: & melius prima die phlebotomantur Cephalicæ in parte aduerſa, altera verò die Saphenæ eiuſdem lateris.

Ad intus. ℞. Spe. Diarhodon abbatis, Diatrion ſantal. añ ʒ iii. miſce. detur ad chartam.

℞. Conſeruæ roſarum, bugloſſæ, nenupharis añ ℥ j. acori conditi ʒ ii. núcis muſcátæ ℈ j. ß. miſce, cum ſyrupo violarum fiat Electuarium.

℞. Syrupi roſati, nenupharis, acetoſitatis citri añ ℥ ii. aquæ roſarum, nenupharis añ ℔ j. miſce, fiat potio.

℞. Aquarum roſarum, nenupharis, endiuiæ, lactucæ, acetoſę, portulacę añ ℔ ß. conſ. roſarum, violarum añ ℥ j. miſce. colentur & dentur pro potu.

Corollarium. Alteratio & digeſtio poſſunt fieri per inunctiones, embrochas, epithemata, emplaſtra, electuaria, & alias medicinas. Auicenna 1. Tertij, cap. 29. 1. T. 1.

Poſtea fiat mundificatio ſanguinis.

℞. Rhabarbari electi ʒ j. ß. ſpicæ ℈ ß. incidantur minutim & vino aromatico parum aſpergantur: tunc infunde in feruentis aquæ lactis recentis ℥ iii. ſtent per horas xii. confricentur, expreſſáque fortiter colentur, In colat. diſſolue Caſſiæ recens extractæ ℥ j. Elect. de ſucco Roſarum ʒ j. ß. poſſunt etiam infundi Myrobalani citrini pondere ʒ ij.

De Mala complexione materiali cholerica.

Cholera vel eſt
- Naturalis: hæc non facit dolorem, quia adhuc eſt ſub regimine naturæ.
- Non naturalis

Corollarium. Cholera eſt humor primus in ſua complexione calidus & ſiccus per intenſum calorem generatus ſecunda digeſtione: ad membra calefacienda, expulſiuam excitandã, & membra cholerica nutrienda finaliter deputatus.

Cholera naturalis fit innaturalis per
- Subſtantiam ſuam, quæ extra naturam eſt: & huius aliquid eſt & gignitur vel
  - in
    - Stomacho
    - Hepate
      - Praſſina,
      - æruginoſa.
- Extrinſecus adueniens
  - Famoſa
    - Citrina per phlegma craſsũ admixtũ.
    - Vitellina per phlegma ſubtile cõmixtũ.
  - Non famoſa: quando in ſe aduritur, & accidit in ea cinereitas, & eſt peſſima.

Nota cauſſas & ſigna.

Corollarium. Nux generat humorem cholericum de facili ad caput aſcendentem.

Intentiones.

1. Educere ſuperfluitates.
2. Digerere materiam.
3. Euacuare.
4. Diuertere.
5. Malam complexionem introductam alterare.
6. Accidētia corrigere & remouere, cerebrúmque confortare.

Cura fit per diætam & potionem.

Diæta ſtat in ſex rebus non naturalibus declinantibus ad frigidum & humidum.

Corollarium. Caro hœdina ſummoperè valet infirmis, vitulina verò conualeſcentibus.

Caro, olera, fructus conſiderantur in ordinatione cibi.

℞. Decoctionis pro clyſtere ℔ i. caſſiæ fiſtul. ℥ i. hieræ ſimpl. ʒ. ii. ol. violar. ℥. ii. ſalis ʒ i. miſce pro Enemate.

℞. Diapruni ſolut. ℥ j. Syrupi violar. ʒ vi. aquæ Endiuiæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Caſſiæ extractæ, electuarii de Sebeſten, ſyrupi violarum añ ℥ ſs. elect. ſucci roſarū ʒ ii. aquarum endiuiæ, lactucæ q. ſ. miſce.

℞. Hieræ ſ. ʒ vi. Caſſiæ fiſtul. Syrupi roſati añ ℥ ſs. aquæ endiuiæ q. ſ. fiat hauſtus.

Corollarium.

Corollarium. Medicinæ aliæ euacuant leniendo, vt caſſia, pruna: lubrificãdo, vt mucilago pſillii: comprimendo, vt, myrobalani. electiuè, vt ſcammonea bilem flauam, colocynthis pituitã, epithymus & ſena melancholicum ſuccum.

Corollarium. Si cum cholera abundaret ſanguis, tunc, eductis ſuperfluitatibus communibus, fiat phlebotomia, ne ſanguis incendatur, quia ſanguis eſt frenum choleræ: ſed ſolum fortibus & muſculoſis, ſanguineque abundantibus: ſimiliter cum ventoſis.

℞. Syrupi violarum ℥ i.ſs. aquæ endiuiæ ℥ 3. miſce.

℞. Syrupi endiuiæ, nenupharis añ ℥ i. aquarum acetoſæ, endiuiæ añ ℥ i.ſs. miſce, detur in aurora tepidè.

Si patiens non poſſit dormire:

℞. Syrupi papaueris albi, violarum, nenupharis añ ℥ ſs. aquæ endiuiæ q.ſ. fiat potio.

Corollarium. Digeſtiua iterentur bis vel ter, ſecundum quod videbitur eſſe neceſſarium.

Corollarium. Digeſtiua poſſunt exhiberi per conſeruas, aquas, & alia.

℞. Sp. Diatrionſantal. Diarhodon Abb. añ ʒ ii. Zuccari Tabarzet diſſoluti in redolentiſſima aqua roſarum, fiat confectio in tabulis vel morſellis. Dentur loco Syrupi manè, & ſerò cũ aquis lactucę, endiuiæ, & ſimilibus.

Corollarium. Syrupi omnes dentur digeſtione cibi facta.

℞. Succi Granatorum ℥ j. berberis,agreſtæ añ ʒ iii.aquæ endiuiæ,acetoſæ,lactucæ añ q. ſ. fiat hauſtus ſerò circa ingreſſum lecti ſumendus.

Si adeſt ſitis,ſuccus granatorum permiſceatur cum aqua endiuiæ.

℞. Conſeruæ roſarum, cichorii,nenupharis añ ℥ j.rob granatorum,ribes,berberorum añ ℥ ß. miſce.

℞.Sp.Diatrionſantal.Diarhodon Abb.añ ʒ j. nucis muſcatæ.℈ ii.miſce cum Syrupo violarum, fiat Electuarium,vtere pro Syrupo,digeſto cibo, manè & ſerò.

Capiat cœnam de carne hædina,vel vitulina cũ iure oui & aceto:vel da patiẽti ius hordei hora 4. & 9.aliquid ex ſupra ſcriptis.

Corollarium. Patiens ſeruet hunc ordinem, vt manè accipiat Syrupum, & ſerò Electuarium.

Euacuatio.

℞.Pill.aurearum ʒ j.fiant pillulæ 9.vel 11. dentur ſerò.

℞.Pill.Azaiereth ʒ j.Diagridii gr.6.

℞.Pill.aurearum,Azaiereth añ ℈ j. ß. cum Syrupo de Stœchade fiant pillulę.

℞.Hieræ ſ.℈ ii.Rhabarbari electi ℈ j. Diagridii gr.v.cum Syrupo de Stœchade fiant pillulæ.

℞. Myrobal.citrin.ʒ iii. ſpicæ ℈ j.incidantur groſſo modo,& infundantur in aquæ caſei ℥ iiii. per horas vi.fiat confricatio & expreſſio.adde Syrupo violarum ℥ j.miſce, fiat hauſtus.

Corollarium.plus conducunt ſolutiua in ſolida quàm in liquida forma ad caput.

R.Ele-

℞.Electuarij de ſucco roſ.in tabulis ʒ vi. detur in aurora forti,debili verò ſufficit ℥ ß.

℞.Succi roſarum ʒ vi.conſeruæ violarum ʒ ii. Zuccari albiſſimi q.ſ.fiat bolus.

Si phlegma ſit commixtum cum cholera:

℞. Elect.de ſucco roſ.ʒ v.Turbith albi & gūmoſi ℈ ſ.Zingiberis gr.v.Nucis muſcat.gr.ii. Maſtiches gr.iii.Zuccari q.ſ.fiat bolus.

Corollarium.Rhabarbarum eſt in foro carum, ideo rarò exhibetur pauperibus,ſed potius diuitibus,quia eſt medicina regalis.

℞.Rhabarbari electiſſimi ℈ v.Spicæ ℈ ſ. cort. Myrobal.citrin.ʒ.j.ß.chebulorum ʒ j. Infundantur in ſero lactis caprini per viii.horas,bulliant ſimul ad lentum ignem,fiat confricatiò bona, expreſſio & colatura. In colatura diſſolue Electuarii è ſucco roſarum, Diaphœnici in liquida ſubſtātia añ ʒ ii,fiat hauſtus.

Corollarium. Enemata multum conducunt in dolore capitis,quia diuertunt & euacuant.

℞.Maluæ, mercurialis, violariæ,brancæ vrſinæ añ M j.lactucæ,portulacæ, camomillæ añ M ß.prunorum nu.x.fumi terræ, capilli Veneris añ M j.coquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro Enemate.℞.col.℔ j.Hieræ ſimpl.Elect. ſucci roſarum añ ʒ ii,ol.communis ℥ ii.ſalis ʒ i. miſce pro Enemate.

Corollarium. Si quis non haberet Electuaria, tunc in priore decoctione diſſoluantur pillulæ ſine quibus eſſe nolo,vel aureæ, pondere ʒ ii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Corollarium. Phlegma ſemper ferè commiſcetur cum cholera, ita vt cholera non ſemper ſit pura: idcirco commiſcenda ſunt digerentia & euacuantia phlegmatis.

Diuerſio fit per frictiones pedum, lotiones, ligaturas, gargariſmata.

Alteratio fit per diætam & potioné. Diæta ordinetur per contrariũ in ſex reb. non naturalib⁹.

Corollarium. In omni morbo materiali duo ſunt conſideranda, materia cauſans morbum, & mala complexio immaterialis introducta. Complexio mala materialis indiget digeſtione & euacuatione: ſed immaterialis alteratione. Et primo debemus abſcindere cauſſam, poſtea diſpoſitionem, niſi diſpoſitio ſit ita vehemens & fortis, vt in prima parte capitis vltimi de febrium putridarum curatione.

Curam quære ſupra de remotione malæ qualitatis introductæ, in cura cõplexionis malæ materialis ſanguineæ.

Epithema frigidum. ℞. Succi ſolatri, lactucę, añ ℥ j. depurentur & infundantur illis ſem. pſillij ʒ iii. tamdiu vſque dum fuerit aqua benè muſcilaginoſa abſque crepatura pſilli. coletur à ſemine & commiſceatur cum oleis nenupharis, roſarum, violarum, & aceto añ ℥ ß. & forti conquaſſatione facta, adminiſtretur pro Epithemate.

Corollarium. Cortex pſillii eſt frigidus in tertio ordine, ſed medulla calida in gradu quarto.

Epithema aliud frigidum. ℞. Aquę roſarum, lactucæ, nenupharis, ſolatri, añ ℥ j. infundantur

ipſis

ipſis ſem.pſillii ℥j.ß.donec aqua fiat mucilagino-ſa,tunc coletur & commiſce aceto roſarũ in quo camphoræ.gr.v.ſint diſſoluta,miſce, fiat Epithema. adminiſtretur facta digeſtione & euacuata materia cholerica.

Embrocha. ℞. Lactucæ,portulacæ,nenuph. añ M j.cort.mandragoræ ℥ j. cort.papaueris albi ℥ vi.fl.roſarum,violarum, nenupharis añ ℥ j. foliorum ſalicis,oculorum populi añ M j. Decoquantur in ℔ vi. aquæ fontanæ ad remanentiam ℔ iii. fiat colatura. diſſolue in decoctione Camphoræ gr.vi.miſce, fiat Embrocatio.

℞.Sem.papaueris albi ℥ j.lactucæ ℥ j.aquæ roſarum ℥ iiii.Piſtetur ſemina fortiter, & fiat emulſio per pannum ſolidæ texturæ,diſſoluantur cum illis gr.v.Camphorę.

Corollarium. Camphora eſt difficilis ſolutionis cum aquis,idcirco diſſoluitur cum amygdalis.

Vnguentum.℞.Succorum ſolatri,lactucæ,endiuiæ depuratorum añ ℥ ii.Succi limonũ ℥ j. Santali albi & rubri añ ℥ iii. Roſarũ rubrarum, florũ nenupharis,violarum añ ℥ ii.ſem. lactucæ, berberis añ drach. j.Spicæ nardi ℈ ii.olei roſati & ceræ q.ſ. fiat vnguentum.

Sinapiſmus.℞.Pulueris roſarum,Santal.rubri, citrini,corall.rub.añ. fiat puluis,qui ſinapiſetur ſupra commiſſuram capitis, præmadefacta parte anteriore capitis.

Ad intra dentur Electuaria, Conſeruæ, Rob alterantia & confortantia.

Factis ſupra ſcriptis,&tamẽ dolore nõ ceſſante;

timendum eſt adhuc aliquam materiā eſſe in capite: ergo reiteretur digeſtio & euacuatio.

De Mala complexione frigida materiali phlegmatica.

Nota ſigna Phlegmatis.

Corollarium. Mala complexio phlegmatica facit dolorem grauatiuum, leuem, niſi ſit cū ventoſitate, tunc eſt vehemens.

Cura fit per Diætam & potionem.

Diæta ordinetur ad caliditatem & ſiccitatem ſecundum ſex res non naturales.

Corollarium. In ratione exercitii non fiat frictio in capite, ne humor magis moueatur & faciat dolorem: ſed in aliis partibus, vtpote pedibus, fiat perfrictio propter materiæ diuerſionem.

Corollarium. In omnibus capitis doloribus euaporantia nocent.

Potio habet has intentiones.

1. Educere ſuperfluitates communes.
2. Euacuare per phlebotomiā, ſi corpus eſt plethoricum, de mediana.
3. Digerere materiam.
4. Alterare.
5. Euacuare per pharmaca.

Pro minoratione materiei,

℞. Hieræ ſimpl. ℥ i. troch. alhandali gr. vi. miſce, fiant pillulæ.

℞. Caſſiæ extractæ, Diaphœnici in liquido aā ℥ ß. aquæ betonicæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Caſſiæ fiſtulæ ʒ vi. Indi ℥ ß. aquæ ſaluiæ q. ſ. miſce.

℞. Dia-

℞. Diaphœnici in tabul. ʒ vi.

℞. Turbith albi & gummoſi ℈ i, gingib. gr. 6. Maſticis gr. ii. Diaphœnici in tabul. ʒ ii. ſ. miſce, fiat puluis.

D. Sigiſmundus dicebat ſe multum improbare Diaphœnicum ad phlegma purgandum, quoniã ſibi videretur potius purgare choleram quàm phlegma, & perſuaſiſſe multis DD. ne vterentur in phlegmate euacuando.

Digeſtio. ℞. Rad. apii, Fœniculi, Petroſelini, Cyperi añ ℥ ß. Maioranæ, Saluię, Betonicę, Rutę, Hyſſopi, Centaurii añ M ß. Roriſmarini, Stœchados, Láminarum ſquillæ añ ʒ ii. Aniſi, Fœniculi añ P j.

Decoquantur in ℔ vii. aquæ, ad remanentiam ℔ iiii, ſi debeat fieri Syrupus longus, fiat colatura, cui adde mellis optimi deſpumati vel zuccari q. ſ.

Corollarium. Si debet fieri Syrupus ſpiſſus, coquantur ſupra ſcripta in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem medietatis in vaſe vitreato, benè cooperto, ne aliquid expiret, ad remanentiam ℔ i. ß. in qua diſſolue mellis, vel Zuccari tantum vt fiat Syrupus inſpiſſatus ad ℔ ii. vel iii. de quo

℞. ℥ i. ß. aquæ beronicæ q. ſ. fiat hauſtus. Ille Syrupus poteſt aromatizari cum nuce muſcata, garyophylis, cinamomo, cubebis, ligno aloës, granis Paradiſi, vel ℞. prioris decoctionis ℥ iii. nõ ſyrupizatæ, Syrupi acetoſi ſimplicis ℥ i. ß. miſce.

Corollarium. Si hæc decoctio deſtilletur per alembicum, aqua eſt optima, optimumque dige-

ſtiuum, maximè ſi addantur aromatica.

℞. Mellis roſati, Syrupi acetoſi compoſiti añ ℥j. vel ʒ 6. aquarũ ſaluiæ, betonicæ añ ℥j.ß. miſce.

℞. Syrupi de hyſſopo, acetoſi ſ. oxymellis ſimpl. añ ℥ß. aquæ ſaluiæ ℥ iii. miſce.

Fit etiam digeſtio per acorum conditum, Zingiber conditum, Diambram, Diamuſchum.

Quarta intentio. ℞. Pill. Cochiarum ʒj. ſi patiens ſit debilis, ſufficiunt ℈ ii.

Corollarium. Plus conueniunt in dolore capitis medicinę in ſolido quàm liquido propter longiorem moram.

Corollarium. Pillulæ magnæ fortius trahunt cum mora, & paruæ citò diſſoluuntur.

Reſpice Canones ex canonibus vniuerſalis curationis cap. T. tertij.

Abſterſiua poſt purgationem danda ſunt, vt ſequitur.

℞. Electuarii Indi ʒ vi. cum aqua betonicæ fiat potio: vel dentur pillulæ ſupra aſſignatæ manè in aurora, ieiunet quinque horis poſt earum ſumptionem.

Corollarium. Poſt ſolutionem, quando operatæ ſunt, danda ſunt abſterſiua, vt ius cicerũ clarum, ius piſorum clarũ, aqua lactis, aqua hordei, quæ in materia cholerica commodè dantur: aqua mellis, carnis, ius ſine pinguedine cum ℔. ſ. Zuccari: accipiat de horum aliquo hauſtum bonum, & poſt horam comedat, caueatque à nimio potu.

R. Dia-

℞.Diaphœnici in liquido ʒ vi.zuccari q.ſ.fiat bolus,vel diſſoluatur cũ aqua ſaluiæ pro hauſtu.

℞.Diaphœnici in tab.ʒ vi.in fortι:in debili ℥ ß vel ʒ v.detur manè.

Corollarium Si ſupra aſſignata non iuuant,& dolor nõ ceſſat,ſed reliquiæ adſunt (quod cognoſcitur per grauitatem capitis)fiat reditus ad digeſtionem & euacuationem.

Alteratio malæ qualitatis derelictæ fit per diętam &potionem,quæ ordinentur in contrarium.

Ad intra detur confectio Diambræ, Acorus conditus,Zingiber conditum, Pyrethrum conditum,vt ſupra.

Corollarium. Camomilla nunquam omittatur in dolore capitis.

Ad extra conueniunt olea, anethi,liliorum, rutaceum,caſtorei,euphorbii:cum ſuccis&aquis ſaluiæ, betonicæ, maioranæ, ſtœchados,camomillę,baſiliconis,roriſmarini.ex his herbis poteſt fieri ſacculus,quibus addantur nux muſcata, garyophylli, maſtix,ſemen nigellæ,& his ſimilia.

Fiant frictiones,ſinapiſmi ad commiſſuram capitis,Epithemata,Embrochæ,Errhina, de quib⁹ ſupra diximus.

Experientia in dolore capitis.

℞.Cubebarum ſubtiliter pulueriſat.ʒ iii.aquę roſarum redolentiſſimæ ℥ iii. miſce, apponatur fronti.

℞.Pulueris garyophyllorum,ligni aloës, macis añ ʒ ß.fiat Sinapiſmus prę madefacta commiſſura capitis.

Corollarium. Si adſit catarrhus, admiſceatur ſupra notato pulueri ſandaracha.

Corollarium. Poſt vniuerſales poſſunt fieri particulares euacuationes, quæ non fiunt, niſi facta vniuerſali euacuatione, vt digeſta materia & euacuata ℥ i. pillularum Cochiarum, & cum Pſillio poſſunt fieri gargariſmata, ſternutamenta, & naſalia.

℞. Pyrethri, zingiberis, rad. Acori añ ʒ ii. maioranę, ſaluiæ, centaurii añ M ſs. ſem̃ ſtaphiſagrię, ſinapis, nigellę añ ʒ ſs. fiat decoctio. In aquæ ℔ i. ad conſumptionem tertiæ patris, Colaturæ admiſce oxymelitis ſ. ℥ ii. fiat gargariſmus.

℞. Centaurii, hyſſopi, ſaluiæ, maioranæ, betonicæ, ſtœchados vtriuſque añ M ſs. rad. feniculi, petroſelini, cyperi, acori. pyrethri, añ ʒ iii. pęonię ʒ i. Decoquantur in aquæ ℔ ii. ſs ad conſumptionem tertiæ partis: Colat. adde aceti ſcyllitici vel oxymellis ſcyllitici ℥ iii. miſce pro gargariſmo.

Naſale. ℞. Pul. maioranæ, rutæ, ſem̃. nigellę, garyoph. nucis muſcatæ, ſinapi, erucæ, rad. pyrethri, pæoniæ, ſem̃. ſtaphiſagriæ añ ʒ ſs. cum Terebinthina incorporentur naſalia, quæ tandem inuoluantur ſeu excipiantur puluere maioranæ.

Corollariũ. Naſalia ſumũtur ieiuno ſtomacho.

Sternutatoriũ. ℞. Maioranę, piperis, zingiberis, rad. pyrethri, ſem̃. nigellæ, ſtaphiſagriæ añ ʒ ſs. fiat ſternutatorium: cui admiſceatur ℈ ſs. caſtorei.

Corollarium. Odorari caſtoreum, vel aſam fœtidam, mirabiliter calefacit cerebrum.

Chirur-

Si omnia illa nihil iuuamenti attulerint, recurrendum eſt ad tertium inſtrumentum, nempe Chirurgiam: & fiat cauterium in commiſſura, vbi medius digitus ipſam attigerit poſita radice manus ad radicem naſi.

Corollarium. Quemadmodum cum curamus potione, non ſemper prçſumimus adminiſtrationem narcoticorum, niſi quando cætera nihil attulerint adiumenti: Ita ad cauteriſandum chirurgico inſtrumento non properamus, niſi quũ reliqua duo inſtrumenta practicæ Medicinæ nõ ſufficere & conferre videmus.

Cauterium vel { Actuale cum ferro ignito, quod & ſecurius. / Potentiale cum cantharidibus & fermento. }

℞. Arſenici ſublimati ℥ i. ſucci ſolatri depurati ℥ ii. miſce ſimul. dimittãtur ſtare in Sole donec exiccentur, tunc pulueriſentur, & cum puluere fiat cauteriſatio.

Corollarium. Facto Cauterio, teneatur foramen apertum ad xxx. vel xl. dies cum ligno hederæ in foramine poſito, vel globulo ceræ cum oleo violato.

Albumen oui conquaſſetur cum oleo roſarũ violarum, ponatur ſtatim poſt cauteriſationem vt ceſſet ardor, & altero die ponatur illud quod teneat foramen apertum.

confortamus cor. Ad intus. ℞. conſeruæ boraginis, bugloſſæ, violarum, añ ℥ i. citri conditi ℥ ſs. cum aqua roſarum miſce. fiat miſtura. Dentur Iulepium violar. & bugl. item lac amygdalarũ dulc.

℞. Amygdal. dul. excort. q. i. Pinearum recentium mundat. ſem̃ melonum, cucurbitæ, papaueris albi añ ʒ iii. piſtentur optimè, & cum aquis boraginis, bugloſſæ, meliſſæ añ ℥ viii. fiat lac amygdal. per ſolidum pannum abſq; paſſatione. In hoc lacte pone manus Chriſti perlatæ ℥ ii. ſs. ad nutriendum, confortandum, humectandum.

℞. Fl. boraginis, bugloſſæ, ſalicis, camomillæ añ M i. folliculorum ſenæ ʒ iii. coquãtur in aqua pro lotione capitis.

℞. Ol. violarum, camomillæ, amygdal. dul. ſem. cucurbitæ añ ℥ i. aceti cochleari. duo albumina ouorum, conquaſſentur ſimul. fiat Epithema.

Ita olea poſſunt commiſceri cum ſucco cucurbitæ de pulpa carnoſitatis eius expreſſo: ſimiliter cum ſucco lactucæ, maximè ſi vigiliæ inſtaret: admiſceatur tum parum cum calefacientibus confortantium aliquid, vt ʒ i. ſucci maioranæ, & ſimilia: vel G. i. muſci, vel G. v. garyophylorum.

℞. Sp. Diambræ, Diamuſci, aromat. roſati, Pliris Archontici an ℈ ii. Margar. præparat. ʒ ſs. Fragmentorum Smaragdi, Hyacinthi, Sapphiri, Granati, ſerici crudi, oſſis de cor. cerui añ ℈ ſs. Zuccari diſſoluti aqua bugloſſæ vnc. iiii. ß. fiat cõfectio in morſellis: deaurentur.

Summa ſpecierũ drach. 3. ℈. 2. zuccari vnc. 4. ſs.

Nota ſigna ventoſitatis.

Notabis,an ventoſitas ſit cum an ſine materia: ſi eſt cum materia,tunc cum dolore extéſiuo ambulatiuo & aliis ſignis adeſt grauitas.

Nota,quando ventoſitas fit in eſſentia cerebri vel ſtomacho.

Si fit à vento in aure incluſo,apponatur oleum camomillæ,anethinum,laurinum, rutaceum ad caput:vel infra ſcriptum,

℞.Baccarum lauri,fl.camomillæ,anethi, maioranæ añ M ſs.cumini,carui añ drach.iii. ameos, ſem.agni caſti,ſem.rutæ añ drach. ii. piſtentur & admiſceantur ol. anethini, rutacei,camomelini añ vnc.ii.Ceræ q.ſ.fiat Emplaſtrum.

In dolore ventoſo à cauſſa primitiua,

℞. Rutæ viridis, baccarum lauri,cumini añ vnc.ii.mellis boni q.ſ.fiat emplaſtrum optime piſtando ſimul.

Corollarium. Cuminum & baccæ lauri cum melle mixtæ valent in calculo.

Corollarium. Ruta viridis cum melle valet ad tumorem.

Si ventoſitas eſt cum materia.

℞.Herb.communium anethi, fl. camomillæ, carui añ M j. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro ij. Enematibus.℞.colaturæ ℔ j. ol.anethi vnc.ii.Hieræ ſ.vnc.j.ſalis drach. ii.

℞. Succi Granatorum ℥ j. berberis,agreſtæ añ ʒ iii.aquæ endiuiæ,acetoſæ,lactucæ añ q. ſ. fiat hauſtus ſerò circa ingreſſum lecti ſumendus.

Si adeſt ſitis,ſuccus granatorum permiſceatur cum aqua endiuiæ.

℞. Conſeruæ roſarum, cichorii,nenupharis añ ℥ j.rob granatorum,ribes,berberorum añ ℥ ß. miſce.

℞.Sp.Diatrionſantal.Diarhodon Abb.añ ʒ j. nucis muſcatæ.℈ ii.miſce cum Syrupo violarum, fiat Electuarium,vtere pro Syrupo,digeſto cibo, manè & ſerò.

Capiat cœnam de carne hædina,vel vitulina cũ iure oui & aceto:vel da patiẽti ius hordei hora 4. & 9.aliquid ex ſupra ſcriptis.

Corollarium. Patiens ſeruet hunc ordinem, vt manè accipiat Syrupum, & ſerò Electuarium.

Euacuatio.

℞.Pill.aurearum ʒ j.fiant pillulæ 9.vel 11. dentur ſerò.

℞.Pill.Azaiereth ʒ j.Diagridii gr.6.

℞.Pill.aurearum,Azaiereth añ ℈ j. ß.cum Syrupo de Stœchade fiant pillulę.

℞.Hieræ ſ.℈ ii.Rhabarbari electi ℈ j. Diagridii gr.v.cum Syrupo de Stœchade fiant pillulæ.

℞. Myrobal.citrin.ʒ iii. ſpicæ ℈ j.incidantur groſſo modo,& infundantur in aquæ caſei ℥ iiii. per horas vi.fiat confricatio & expreſſio.adde Syrupo violarum ℥ j.miſce, fiat hauſtus.

Corollarium.Plus conducunt ſolutiua in ſolida quàm in liquida forma ad caput.

R.Ele-

℞.Electuarij de ſucco roſ.in tabulis ʒ vi. detur in aurora forti,debili verò ſufficit ℥ ß.

℞.Succi roſarum ʒ vi.conſeruæ violarum ʒ ii. Zuccari albiſſimi q.ſ.fiat bolus.

Si phlegma ſit commixtum cum cholera:

℞. Elect.de ſucco roſ.ʒ v.Turbith albi & gũmoſi ℈ ſ.Zingiberis gr.v.Nucis muſcat.gr.ii. Maſtiches gr.iii.Zuccari q.ſ.fiat bolus.

Corollarium.Rhabarbarum eſt in foro carum, ideo rarò exhibetur pauperibus,ſed potius diuitibus,quia eſt medicina regalis.

℞.Rhabarbari electiſſimi ℈ v.Spicæ ℈ ſ. cort. Myrobal.citrin.ʒ.j.ß.chebulorum ʒ j. Infundantur in ſero lactis caprini per viii.horas,bulliant ſimul ad lentum ignem,fiat confricatiò bona, expreſſio & colatura. In colatura diſſolue Electuarii è ſucco roſarum, Diaphœnici in liquida ſubſtãtia añ ʒ ii.fiat hauſtus.

Corollarium. Enemata multum conducunt in dolore capitis,quia diuertunt & euacuant.

℞.Maluæ, mercurialis, violariæ,brancæ vrſinæ añ M j.lactucæ,portulacæ, camomillæ añ M ß.prunorum nu.x.fumi terræ, capilli Veneris añ M j.coquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro Enemate.℞.col.℔ j.Hieræ ſimpl.Elect. ſucci roſarum añ ʒ ii,ol.communis ℥ ii.ſalis ʒ i. miſce pro Enemate.

Corollarium. Si quis non haberet Electuaria, tunc in priore decoctione diſſoluantur pillulæ ſine quibus eſſe nolo,vel aureæ, pondere ʒ ii.

BIBLIOTECA NA. ROMA

Corollarium. Phlegma ſemper ferè commiſcetur cum cholera, ita vt cholera non ſemper ſit pura: idcirco commiſcenda ſunt digerentia & euacuantia phlegmatis.

Diuerſio fit per frictiones pedum, lotiones, ligaturas, gargariſmata.

Alteratio fit per diætam & potionẽ. Diæta ordinetur per contrariũ in ſex reb. non naturalib⁹.

Corollarium. In omni morbo materiali duo ſunt conſideranda, materia cauſans morbum, & mala complexio immaterialis introducta. Complexio mala materialis indiget digeſtione & euacuatione: ſed immaterialis alteratione. Et primo debemus abſcindere cauſſam, poſtea diſpoſitionem, niſi diſpoſitio ſit ita vehemens & fortis, vt in prima parte capitis vltimi de febrium putridarum curatione.

Curam quære ſuprà de remotione malæ qualitatis introductæ, in cura cõplexionis malæ materialis ſanguineæ.

Epithema frigidum. ℞. Succi ſolatri, lactucę, añ ℥ j. depurentur & infundantur illis ſem. pſillij ʒ iii. tamdiu vſque dum fuerit aqua benè muſcilaginoſa abſque crepatura pſilli. coletur à ſemine & commiſceatur cum oleis nenupharis, roſarum, violarum, & aceto añ ℥ ß. & forti conquaſſatione facta, adminiſtretur pro Epithemate.

Corollarium. Cortex pſillii eſt frigidus in tertio ordine, ſed medulla calida in gradu quarto.

Epithema aliud frigidum. ℞. Aquę roſarum, lactucæ, nenupharis, ſolatri, añ ℥ j. infundantur

ipſis

ipſis ſem.pſillii ʒ j.ß.donec aqua fiat mucilaginoſa,tunc coletur & commiſce aceto roſarũ in quo camphoræ.gr.v.ſint diſſoluta,miſce, fiat Epithema. adminiſtretur facta digeſtione & euacuata materia cholerica.

Embrocha. ℞. Lactucæ,portulacæ,nenuph. añ M j.cort.mandragoræ ʒ j. cort.papaueris albi ʒ vi.fl.roſarum,violarum, nenupharis añ ℥ j. foliorum ſalicis,oculorum populi añ M j. Decoquantur in ℔ vi. aquæ fontanæ ad remanentiam ℔ iii. fiat colatura. diſſolue in decoctione Camphoræ gr.vi.miſce, fiat Embrocatio.

℞.Sem.papaueris albi ℥ j.lactucæ ʒ j.aquæ roſarum ℥ iiii.Piſtetur ſemina fortiter, & fiat emulſio per pannum ſolidæ texturæ,diſſoluantur cum illis gr.v.Camphoræ.

Corollarium. Camphora eſt difficilis ſolutionis cum aquis,idcirco diſſoluitur cum amygdalis.

Vnguentum.℞.Succorum ſolatri,lactucæ,endiuiæ depuratorum añ ℥ ii.Succi limonũ ℥ j. Santali albi & rubri añ ʒ iii. Roſarũ rubrarum, florũ nenupharis,violarum añ ʒ ii.ſem. lactucæ, berberis añ drach. j.Spicæ nardi ℈ ii.olei roſati & ceræ q.ſ. fiat vnguentum.

Sinapiſmus.℞.Pulueris roſarum,Santal.rubri, citrini,corall.rub.añ. fiat puluis,qui ſinapiſetur ſupra commiſſuram capitis, præmadefacta parte anteriore capitis.

Ad intra dentur Electuaria, Conſeruæ, Rob alterantia & confortantia.

Factis ſupra ſcriptis,&tamẽ dolore nõ ceſſante;

timendum eſt adhuc aliquam materiã eſſe in capite:ergo reiteretur digeſtio & euacuatio.

De Mala complexione frigida materiali phlegmatica.

Nota ſigna Phlegmatis.

Corollarium. Mala complexio phlegmatica facit dolorem grauatiuum, leuem, niſi ſit cũ ventoſitate, tunc eſt vehemens.

Cura fit per Diætam & potionem.

Diæta ordinetur ad caliditatem & ſiccitatem ſecundum ſex res non naturales.

Corollarium. In ratione exercitii non fiat frictio in capite, ne humor magis moueatur & faciat dolorem: ſed in aliis partibus, vtpote pedibus, fiat perfrictio propter materiæ diuerſionem.

Corollarium. In omnibus capitis doloribus euaporantia nocent.

Potio habet has intentiones.

1. Educere ſuperfluitates communes.
2. Euacuare per phlebotomiã, ſi corpus eſt plethoricum, de mediana.
3. Digerere materiam.
4. Alterare.
5. Euacuare per pharmaca.

Pro minoratione materiei.

℞. Hieræ ſimpl. ʒ i. troch. alhandali gr. vi. miſce, fiant pillulæ.

℞. Caſſiæ extractæ, Diaphœnici in liquido añ ℥ ß. aquæ betonicæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Caſſiæ fiſtulæ ʒ vi. Indi ℥ ß. aquæ ſaluiæ q. ſ. miſce.

℞. Dia-

℞. Diaphœnici in tabul. ʒ vi.

℞. Turbith albi & gummoſi ℈ i. gingib. gr. 6. Maſticis gr. ii. Diaphœnici in tabul. ʒ ii. ſ. miſce, fiat puluis.

D. Sigiſmundus dicebat ſe multum improbare Diaphœnicum ad phlegma purgandum, quoniã ſibi videretur potius purgare choleram quàm phlegma, & perſuaſiſſe multis DD. ne vterentur in phlegmate euacuando.

Digeſtio. ℞. Rad. apii, Fœniculi, Petroſelini, Cyperi añ ℥ ß. Maioranæ, Saluię, Betonicę, Rutę, Hyſſopi, Centaurii añ M ß. Roriſmarini, Stœchados, Láminarum ſquillæ añ ʒ ii. Aniſi, Fœniculi añ P j.

Decoquantur in ℔ vii. aquæ, ad remanentiam ℔ iiii, ſi debeat fieri Syrupus longus, fiat colatura, cui adde mellis optimi deſpumati vel zuccari q. ſ.

Corollarium. Si debet fieri Syrupus ſpiſſus, coquantur ſupra ſcripta in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem medietatis in vaſe vitreato, benè cooperto, ne aliquid expiret, ad remanentiam ℔ i. ß. in qua diſſolue mellis, vel Zuccari tantum vt fiat Syrupus inſpiſſatus ad ℔ ii. vel iii. de quo

℞. ℥ i. ß. aquæ betonicæ q. ſ. fiat hauſtus. Ille Syrupus poteſt aromatizari cum nuce muſcata, garyophylis, cinamomo, cubebis, ligno aloës, granis Paradiſi, vel ℞. prioris decoctionis ℥ iii. nõ ſyrupizatæ, Syrupi acetoſi ſimplicis ℥ i. ß. miſce.

Corollarium. Si hæc decoctio deſtilletur per alembicum, aqua eſt optima, optimumque dige-

ſtiuum,maximè ſi addantur aromatica.

℞.Mellis roſati, Syrupi acetoſi compoſiti añ ℥j.vel ʒ 6.aquarũ ſaluiæ,betonicæ añ ℥j.ß.miſce.

℞.Syrupi de hyſſopo,acetoſi ſ. oxymellis ſimpl.añ ℥ß.aquæ ſaluiæ ℥ iii. miſce.

Fit etiam digeſtio per acorum conditum, Zingiber conditum,Diambram,Diamuſchum.

Quarta intentio.℞.Pill.Cochiarum ʒj.ſi patiens ſit debilis,ſufficiunt ℈ ii.

Corollarium.Plus conueniunt in dolore capitis medicinę in ſolido quàm liquido propter longiorem moram.

Corollarium. Pillulæ magnæ fortius trahunt cum mora,& paruæ citò diſſoluuntur.

ReſpiceCanones ex canonibus vniuerſalis curationis cap.T.tertij.

Abſterſiua poſt purgationem danda ſunt,vt ſequitur.

℞.Electuarii Indi ʒ vi.cum aqua betonicæ fiat potio:vel dentur pillulæ ſupra aſſignatæ manè in aurora, ieiunet quinque horis poſt earum ſumptionem.

Corollarium. Poſt ſolutionem,quando operatæ ſunt,danda ſunt abſterſiua,vt ius cicerũ clarum,ius piſorum clarũ, aqua lactis, aqua hordei, quæ in materia cholerica commodè dantur:aqua mellis,carnis,ius ſine pinguedine cum ℔. ſ. Zuccari : accipiat de horum aliquo hauſtum bonum, & poſt horam comedat, caueatque à nimio potu.

R. Dia-

℞.Diaphœnici in liquido ʒ vi.zuccari q.ſ.fiat bolus,vel diſſoluatur cũ aqua ſaluiæ pro hauſtu.

℞.Diaphœnici in tab.ʒ vi.in forti:in debili ℥ ß vel ʒ v.detur manè.

Corollarium Si ſupra aſſignata non iuuant,& dolor nõ ceſſat,ſed reliquiæ adſunt (quod cognoſcitur per grauitatem capitis)fiat reditus ad digeſtionem & euacuationem.

Alteratio malæ qualitatis derelictæ fit per diętam&potionem,quæ ordinentur in contrarium.

Ad intra detur confectio Diambræ, Acorus conditus,Zingiber conditum, Pyrethrum conditum,vt ſupra.

Corollarium. Camomilla nunquam omittatur in dolore capitis.

Ad extra conueniunt olea, anethi, liliorum, rutaceum,caſtorei,euphorbii:cum ſuccis&aquis ſaluiæ, betonicæ, maioranæ, ſtœchados,camomillę,baſiliconis,roriſmarini.ex his herbis poteſt fieri ſacculus, quibus addantur nux muſcata, garyophylli, maſtix,ſemen nigellæ,& his ſimilia.

Fiant frictiones,ſinapiſmi ad commiſſuram capitis,Epithemata,Embrochæ,Errhina, de quib⁹ ſupra diximus.

Experientia in dolore capitis.

℞.Cubebarum ſubtiliter pulueriſat.ʒ iii.aquę roſarum redolentiſſimæ ℥ iii. miſce, apponatur fronti.

℞.Pulueris garyophyllorum,ligni aloës, macis añ ʒ ß.fiat Sinapiſmus prę madefacta commiſſura capitis.

Corollarium. Si adſit catarrhus, admiſceatur ſupra notato pulueri ſandaracha.

Corollarium. poſt vniuerſales poſſunt fieri particulares euacuationes, quæ non fiunt, niſi facta vniuerſali euacuatione. vt digeſta materia & euacuata ʒ i. pillularum Cochiarum, & cum Pſillio poſſunt fieri gargariſmata, ſternutamenta, & naſalia.

℞. Pyrethri, zingiberis, rad. Acori an̄ ʒ ii. maioranę, ſaluiæ, centaurii an̄ M ſs. ſem̄ ſtaphiſagrię, ſinapis, nigellę an̄ ʒ ſs. fiat decoctio. In aquæ ℔ i. ad conſumptionem tertiæ patris, Colaturæ admiſce oxymelitis ſ. ℥ ii. fiat gargariſmus.

℞. Centaurii, hyſſopi, ſaluiæ, maioranæ, betonicæ, ſtœchados vtriuſque an̄ M ſs. rad. feniculi, petroſelini, cyperi, acori. pyrethri, an̄ ʒ iii. pęonię ʒ i. Decoquantur in aquæ ℔ ii. ſs ad conſumptionem tertiæ partis: Colat. adde aceti ſcyllitici vel oxymellis ſcyllitici ℥ iii. miſce pro gargariſmo.

Naſale. ℞. Pul. maioranæ, rutæ, ſem̄. nigellę, garyoph. nucis muſcatæ, ſinapi, erucæ, rad. pyrethri, pæoniæ, ſem̄. ſtaphiſagriæ an̄ ʒ ſs. cum Terebinthina incorporentur naſalia, quæ tandem inuoluantur ſeu excipiantur puluere maioranæ.

Corollariū. Naſalia ſumūtur ieiuno ſtomacho.

Sternutatoriū. ℞. Maioranę, piperis, zingiberis, rad. pyrethri, ſem̄. nigellæ, ſtaphiſagriæ an̄ ʒ ſs. fiat ſternutatorium: cui admiſceatur ℈ ſs. caſtorei.

Corollarium. Odorari caſtoreum, vel aſam fœtidam, mirabiliter calefacit cerebrum.

Chirur-

Chirurgia.

Si omnia illa nihil iuuamenti attulerint, recurrendum eſt ad tertium inſtrumentum, nempe Chirurgiam: & fiat cauterium in commiſſura, vbi medius digitus ipſam attigerit poſita radice manus ad radicem naſi.

Corollarium. Quemadmodum cum curamus potione, non ſemper prǽſumimus adminiſtrationem narcoticorum, niſi quando cætera nihil attulerint adiumenti: Ita ad cauteriſandum chirurgico inſtrumento non properamus, niſi quũ reliqua duo inſtrumenta practicæ Medicinæ nõ ſufficere & conferre videmus.

Cauterium vel { Actuale cum ferro ignito, quod & ſecurius. / Potentiale cum cantharidibus & fermento.

℞. Arſenici ſublimati ℥ i. ſucci ſolatri depurati ℥ ii. miſce ſimul. dimittãtur ſtare in Sole donec exiccentur, tunc puluériſentur, & cum puluere fiat cauteriſatio.

Corollarium. Facto Cauterio, teneatur foramen apertum ad xxx. vel xl. dies cum ligno hederæ in foramine poſito, vel globulo ceræ cum oleo violato.

Albumen oui conquaſſetur cum oleo roſarũ violarum, ponatur ſtatim poſt cauteriſationem vt ceſſet ardor, & altero die ponatur illud quod teneat foramen apertum.

DE MALA COMPLEXIONE MATERIALI MELANCHOLICA.

Nota ſigna.

Cura fit per diætam & potionem calidam & humidam,& plus humidam quàm calidam.

Ægri comedant oua,gallinas,capones, piſtata de carnibus,lac amygdalorum.

Bibant vinum miſtum cum aqua bugloſſæ, vel Iulepo violato,vel Iulepo facto cũ aqua bugloſſę.

Intentiones.

1. Eductio ſuperfluitatum communium.
2. Digeſtio præmiſſo minoratiuo.
3. Euacuatio.
4. Diuerſio.
5. Alteratio & confortatio.
6. Accidentium correctio.

Prima intentio cum enemate communi.

℞. Decoctionis communis ℔ j. Caſſiæ, Hieræ ſimpl. an̄ ℥ j. olei violarum ℥ ii. ſalis ʒ j. fiat Enema.

Minoratiuũ. ℞. Fol. Senæ ʒ vi. thymi, epithymi an̄ ʒ ii. polypodii quercini ℥ ß. fl. violarũ, boraginis, bugloſſæ an̄ ʒ iii. paſſul. mundat. ab arillis ℥ j. fiat decoctio in ſeri vel aquę ℥ ix. ad remanentiam ℥ iii. ß. quæ colentur. miſce Caſſiæ fiſtulæ ℥ j. Syrupi violarum ℥ ß. fiat potio, & adminiſtretur tempore matutino.

Corollarium. Si corpus eſt muſculoſum & ſanguis abundat, poſſet fieri phlebotomia, vt ſanguis melancholicus extrahatur.

Dige-

Digeſtio: ℞. Syr. de Thymo, de Epithymo añ ℥ ſs. de fumo terræ ℥ ß. aquæ bugloſſæ, boraginis, meliſſæ añ ℥ j. fiat hauſtus, ter reiteretur.

℞. Syr. de fumo terræ, bugloſſæ añ ʒ vi. aquæ meliſſæ q. ſ. pro hauſtu.

℞. Syr. acetoſi compoſiti, Oxymellis ſcillitici, ſyr. Violarum añ ℥ ß. aquæ bugloſſæ, fumi terræ añ ℥ j. ſs. miſce, fiat hauſtus.

℞. bugloſſæ, boraginis, thymi, epithymi, meliſſæ, baſiliconis, ſaluiæ, fumi terræ, hyſſopi añ M. j. ſtœchados vtriuſque ʒ iii. rad. acori, petroſelini, feniculi, polypodii añ ʒ iii. paſſularum ℥ ii. roriſmarini, fl. boraginis, bugloſſæ, roſarũ añ ℥ ſs. Decoquantur in aquę ℔ v. ſ. a. ad conſumptionem ℔ ii. reſiduum coletur, & cum melle & Zuccaro fiat Syrupus longus & inſpiſſatus.

Euacuatio. ℞. Pill. de lapide Lazuli ʒ ii ſs. fiant pill. inſtar piſorum.

℞. Pillularum de fumo terræ & lapide Lazuli añ ℈ ii. fiant Pill. xiiij.

℞. Pill. Azaiereth ʒ ſs. Rhab. electi, Cort. Myrobal. Indorum, foliorũ Senæ añ ℈ ſs. lapidis Lazuli præparati gr. viii. Salis gemmei gr. iii. cum Syrupo violarum incorporetur, fiant pill. iuſtæ magnitudinis.

℞. Diaſenæ ʒ vi. El. è ſucco Roſarum ʒ j. ſs. aquarum bugloſſæ ℥ iiii. miſce, vel cum Zuccaro admiſto puluere pliris archontici fiat bolus.

Alterantia malæ complexionis ſiccæ per humectantia.

Corollarium. In paſſionibus melancholicis

confortamus cor. Ad intus. ℞. conſeruæ boraginis, bugloſſæ, violarum, añ ℥ i. citri conditi ℥ ſs. cum aqua roſarum miſce. fiat miſtura. Dentur Iulepium violar. & bugl. item lac amygdalarũ dulc.

℞. Amygdal. dul. excort. q. i. Pinearum recentium mundat. ſem̃ melonum, cucurbitæ, papaueris albi añ ʒ iii. piſtentur optimè, & cum aquis boraginis, bugloſſæ, meliſſæ añ ℥ viii. fiat lac amygdal. per ſolidum pannum abſq; paſſatione. In hoc lacte pone manus Chriſti perlatæ ℥ ii. ſs. ad nutriendum, confortandum, humectandum.

℞. Fl. boraginis, bugloſſæ, ſalicis, camomillæ añ M i. folliculorum ſenæ ʒ iii. coquatur in aqua pro lotione capitis.

℞. Ol. violarum, camomillæ, amygdal. dul. ſem. cucurbitæ añ ℥ i. aceti cochleari. duo albumina ouorum, conquaſſentur ſimul. fiat Epithema.

Ita olea poſſunt commiſceri cum ſucco cucurbitæ de pulpa carnoſitatis eius expreſſo: ſimiliter cum ſucco lactucæ, maximè ſi vigiliæ inſtaret: admiſceatur tum parum cum calefacientibus confortantium aliquid, vt ʒ i. ſucci maioranæ, & ſimilia: vel G. i. muſci, vel G. v. garyophylorum.

℞. Sp. Diambræ, Diamuſci, aromat. roſati, Pliris Archontici an ℈ ii. Margar. præparat. ʒ ſs. Fragmentorum Smaragdi, Hyacinthi, Sapphiri, Granati, ſerici crudi, oſſis de cor. cerui añ ℈ ſs. Zuccari diſſoluti aqua bugloſſæ vnc. iiii. ß. fiat cõfectio in morſellis: deaurentur.

Summa ſpecierũ drach. 3. ℈. 2. zuccari vnc. 4. ſs.

DE DOLORE CAPITIS EX VENTOSITATE

Nota ſigna ventoſitatis.

Notabis, an ventoſitas ſit cum an ſine materia: ſi eſt cum materia, tunc cum dolore extéſiuo ambulatiuo & aliis ſignis adeſt grauitas.

Nota, quando ventoſitas fit in eſſentia cerebri vel ſtomacho.

Si fit à vento in aure incluſo, apponatur oleum camomillæ, anethinum, laurinum, rutaceum ad caput: vel infra ſcriptum,

℞. Baccarum lauri, fl. camomillæ, anethi, maioranæ añ M ſs. cumini, carui añ drach. iii. ameos, ſem. agni caſti, ſem. rutæ añ drach. ii. piſtentur & admiſceantur ol. anethini, rutacei, camomelini añ vnc. ii. Ceræ q. ſ. fiat Emplaſtrum.

In dolore ventoſo à cauſſa primitiua,

℞. Rutæ viridis, baccarum lauri, cumini añ vnc. ii. mellis boni q. ſ. fiat emplaſtrum optime piſtando ſimul.

Corollarium. Cuminum & baccæ lauri cum melle mixtæ valent in calculo.

Corollarium. Ruta viridis cum melle valet ad tumorem.

Si ventoſitas eſt cum materia.

℞. Herb. communium anethi, fl. camomillæ, carui añ M j. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro ij. Enematibus. ℞. colaturæ ℔ j. ol. anethi vnc. ii. Hieræ ſ. vnc. j. ſalis drach. ii.

Patiens maſticet ſemina carminantia ventos, ſicut eſt Cuminum, Marathrum, Aniſum, Ameos. Ad extra ponentur carminantia ventoſitates, vt ſupra in oleis, epithematibus, ſacculis.

Si materia eſt phlegmatica,

Digeratur & euacuetur.

Si materia eſt à ſtomacho ob phlegma,

℞. Maſſæ Pillul. ſtomach. drach. j. fiant pillulæ magnitudine piſi.

℞. Elect. Diaphœnicon, vel Hieræ ſ. cũ his purgetur, vel cum aliis. Valet Diacuminum, Diacalamentum, Acorus conditus, Zingiber cõditum, Diagalanga. Valet prouocatio vomitus, primò cũ aqua tepida.

℞. Sem. raphani, anethi añ drach. iii. aquarum ℔ j. ſs. fiat decoctio. ℞. Iſtius vnc. v. Oxymellis ſcillit. vnc. j. ſs. miſce, fiat vomitiuum.

℞. Aniſi, Carabæ, Marathri confectionum añ vnc. j. ſs. Cumini confecti vnc. ſs. Seſeleos drach. ii. Diagalangæ, Dianiſi añ drach. vi. incidantur, & miſce in ſcatula.

℞. Sp. Diacumini, Diagalangę, Dianiſi añ drach. j. ſem. Agni caſti, Aniſi, Carui, Marathrj, Ameos añ ℈ ii. Amomi ℈ j. Zuccari diſſoluti in aqua menthę q. ſ. miſce, fiat Electuarium. Cui commiſce Zingiberis viridis inciſi portiunculam.

Si dolor capitis eſt à vermibus, tunc cura eſt vt vermes interficiantur. Vermes generantur ab humore putrefacto: adeſt dolor corroſiuus, & fœtet anhelitus.

Medi-

Medicina vermes enecantes.

Valent olea perſicorum, amygdal. amar. ol. abſynthii, ſuccus fol. perſicorum, Abrotani.

Corollarium. Interfectio vermiũ eſt ſuſpecta.

℞. Succi, Amygdal. amar. fol. perſicorum, abrotani, abſinthini aã vnc. j. ponantur ſupra raſum caput, & per nares exibunt vermes.

Si dolor capitis à vermibus in ſtomacho genitis, pruritus narium, concauitas oculorũ propter vigilias, fœtor anhelitus. Detur Hieræ vnc. j. cum melle, vel puluis Hieræ, vel pillulæ peſtilentiales.

Pro pueris in dolore capitis à vermibus.

℞. Lactis recẽtis vnc. viii. Mellis deſpumati vnc. j. ſs. miſce. adminiſtretur loco Enematis. Hieræ ſ. in electuario aut Pillul. drach. v. aut drach. vi. aut aliquid aliud quod vermes interficiat.

℞. Pul. ſementinæ.

Pro infantibus formetur emplaſtrum ex rebus amaris in forma diſci, & ponatur ad vmbilicum, & poſt duas horas vel tres detur prædictũ lac pro Enemate.

De Dolore Capis à Colligantia.

Colligantia fit à ſtomacho, hepate, ſplene matrice, renibus. Si à ſtomacho, tunc adſunt paſſionis ſtomachi ſigna, & dolor eſt in anteriore parte capitis.

Si dolor ceſſat cibo ſumpto, tunc eſt à materia acuta cholerica.

Cum dolor augmentatur, tunc eſt à materia phlegmatica.

Si dolor eſt à colligantia aliarum partium, illud ſcitur per paſſionem earum.

Cura eſt corrigere membrum mandans, & confortare cerebrum.

Corrigitur membrum mandans per digeſtionem & euacuationem materiei euaporantis & facientis dolorem.

Confortetur cerebrum, vt ſupra dictum eſt de alteratione cuiuſcunque malæ complexionis introductæ.

DE DOLORE CAPITIS EX EBRIETATE.

Cura, ſomnus, abſtinentia, comeſtio lactucæ, endiuiæ, Embrocatio capitis, ol. roſ. camomillæ, violarum. Item cæpe in aceto infuſæ, Coriandrú confectum. Venter teneatur laxus & apertus.

DE DOLORE CAPITIS EX COITV.

Conueniunt humectantia caput: dentur nutrientia bonæ & citæ reſtaurationis, ſimiliter reſtauratiua.

Corollarium. Fuerũt multi qui dixerunt ſperma deſcendere à capite propter multas cauſas, alii à toto corpore, ſed non ita eſt.

Corollarium. Sperma eſt ſuperfluitas vltimæ digeſtionis vtilis, deciſa à membris omnib⁹ principalibus.

Corollarium. Vaſa ſpermatica ſunt contexta ex venis, neruis, & arteriis. Ergo cum ſpermate

exeunt ſpiritus animales, vitales, naturales.

℞. Conſ. roſarũ, violarum, boraginis, bugloſſæ añ vnc. j. teſticulorum gallorum nondum coëuntium elixatorum vnc. ii. Paſſularum mundat: ab arillis vnc. ſs. Puluæ carnis perdicis, phaſiani añ vnc. j. incidantur carnes minutiſſimè, & cum manus Chriſti perlat. tabul. admiſto Iulapio violarum, fiat mixtura, benè aromatiſetur cum Cinamomi drach. ii.

Detur & aqua carnis, quæ quõ fiat dicetur.

Ex amigdalis lac. ℞. amigdal. mundat. vnc. ii. Pinearum recentium vnc. j. ſem. com. frigidorum excort. drach. j. ß. carnium gallinarum, vel caponum, Phaſiani, vel Perdicis vnc. ii. teſticulorum gallorum qui nondum coiuerint vnc. ſs. Zuccari Tabarzet vnc. ii. ſs. fiat lac. optimè piſtando prędicta cum bono iure Caponis, non plurimum ſalito, ad ℔. j. ſs.

De dolore capitis ſcribentes auctores ſunt.

Auicenna T. 2. primæ F. Meſue ſumma 3. de ægritudine cerebri, Serapio tract. 1. cap. 6. de ægritudinib. capitis. Gordonius pract. 2. cap. 10. Guainerius tract. 1. de dolore capitis.

De vertigine et scotomate.

Vertigo & Scotoma differunt & conueniunt: & eſt morbus complexionis tam ex commotione ſpirituum, quàm vaporum ad caput delatorum calidorum.

Corollarium. Vertigo eſt nuncius Apoplexię, Epilepſiæ & Scotomatis diu durans, præſagium facit ad Catarrhactam.

Scotoma & Vertigo proueniunt ab omnibus humoribus,quod habetur per ſigna ſpecialia cuiuſcunque humoris.

Cura. Si eſt à cauſſa extrinſeca, remoueatur patiens ab illa,& confortetur cerebrum cum cõfectione Aniſi,Cubebis, Nuce muſcata, Acoro condito,Dianthos, Diamuſco. Quære ſupra de cauſis doloris capitis eiuſdemque confortatione.

Si ex phlegmate eſt cum ſanguine miſto, fiat primo phlebotomia,poſtea minoratio, digeſtio, euacuatio,cõfortatio,vt dictũ eſt in ſoda frigida.

Enemata ſunt optima quæ euacuant & ducũt, cum his fit minoratio.

Digeſtio fit cum Syrupo hyſſopino, oxymelite ſ.ſyrupo de Stœchade.

Euacuatio p pillulas cochias,Sine qb.eſſe nolo.

Confortatio per Dianthos, & maximè Acorum conditum.

Si à cholera eſt, fiant ordine quæ dicuntur in ſoda cholerica.Idem in intemperie humoris melancholici.

℞.Sp.Dianthos,Diambræ,Diamuſci dulcis añ drach.j. Cort.citri,aniſi añ drach.ſs.ſem. citri, ſerici crudi,oſſis de cor.Ceruí añ ℈ ii.Marg.nõ perforat.Corall.rub.añ drach.j.rad. bugloſſæ drach, iii.Zuccari diſſoluti in aqua bugloſſæ q. ſ. miſce, fiat confectio in tabul.

Si Vertigo eſt à communitate, tunc eſt periodica, & fit vel à ſtomacho, vel hepate,renibus, matrice.Curetur primo membrum mandans, & poſtea confortetur cerebrum.

Corollarium,

Corollarium. Vertigo poteſt etiam prouenire á fluxus retentione fluere conſueti.

Cura eſt prouocare fluxum illum.

Si in muliere impregnata, manè detur Rob ribes, berberis.

Vertiginoſus non patiatur famem nimiã, quæ repleat ſtomachum putridis humorib. emittentibus vapores ad caput.

Auicenna T.5.cap.1.primæ iii. Meſuæ in ſum̃a tertia de ægritudinibus cerebri. Serapio cap.13. tract.1. Gordonius cap.11.part.2. Guainerius cap. 1.tract.2. Valeſcus cap.3.lib.1.

De Phrenesi.

Phreneſis eſt apoſtema calidum ſanguinis vel choleræ in ſubſtantia cerebri vel panniculis eius generatum.

Phreneſis alia:
- Vera ex apoſtemate in cerebro exiſtente.
- Non vera, alienatio rationis ad alium morbum, maximè febrẽ, conſecuta, non exiſtens eſſentialiter & enunciatiuè apoſtema calidum in eſſentia cerebri vel eius panniculis.

Corollarium. Illa phreneſis eſt deterior, quæ fit in ſubſtantia cerebri, poſtea ea quæ in pia matre, poſtea illa quæ in dura.

Corollarium Phreneſis poteſt fieri in omnibus cerebri partibus ſecundum plurimum, aut in anteriore vel media.

Corollarium. Phreneſes ſunt maxima ex parte ſanguineę & cholericæ. Extrinſeca ſunt res non naturales.

Corollarium. Phreneſis in poſteriore eſt periculoſiſſima, quæ fortis eſt & ſignificat magnam & vehementem cauſam, quod cerebrum ibidem eſt frigidius.

Corollarium. Lunæ radii poſſunt facere phreneſin commouendo humores in corpore, ſimiliter venti Meridionales.

Cauſſa Phreneſis
- Primitiua, vt res non naturales, radij Solis & Lunæ, Venti meridionales.
- corporea
  - antecedens
  - coniuncta
    - ſanguis
    - cholera

Signa
- Progno-ſtica.
  - Mortis
  - Salutis.
    - Permutationis
    - Liberationis.
- demon-ſtratiua.
  - Sãguinis
  - cholerę.

Cura. Primò, ſi venter eſt adſtrictus, leniatur cum leni clyſtere, & omnia ſint frigida.

℞. Violanæ, lactucę, maluę, hordei groſſo modo contuſ. an M j. Prunorum nu. x. Coquãtur pro Enemate vnico citiſſimè. ℞. Colaturæ ℔ j. Caſ-ſiæ

ſiæ pro clyſteribus vnc.j.ol.violarum vnc. iii. miſce,adminiſtretur.

℞. Aquæ hordei vnc. x. ol. violarum vnc. iiii. Caſſię extractæ drach.x.fiat Enema ſtatim admonendum:vel cum aqua hordei admiſceantur Tamarindi,Caſſia,& cætera pro diuitibus per ſuperiora,vbi per inferiora Enemata dare non poſſumus.

℞. Tamarindorum extract. Caſſiæ fiſtul. extractæ,mannæ granatæ electæ an drachma vi. aq. hordei q.ſ.fiat hauſtus.

DE PHRENESI SANGVINEA.

Corollarium. Lenitio ventris eſt communis intentio in omni morbo materiali, idcirco Medicus ſemper quærat,an infirmus habeat beneficium alui.

Intentiones.

Euacuatio.

Diuerſio,quæ concurrit cum prima.

Alteratio,cerebri confortatio,& repercuſſio.

Regiminis ordinatio.

Accidentium correctio & mitigatio.

Phlebotomia ſtatim fiat non animaduertendo aſpectus cœli,ſiue de die,ſiue de nocte,de cephalica,aliquando ambabus, vel in parte contraria, & emittatur quantum natura poteſt ſufferre, & Medicus conſideret hoc per pulſum.

Corollarium. Poſt tertium diem poteſt repeti phlebotomia in magna ſanguinis repletione.

Corollarium. paſſio dicitur confirmata,quando materia eſt fluxa.

Corollarium. Si phrenèſis eſt à ſanguine, & apparet corpus ſanguineũ: tunc primo fiat phlebotomia Cephalicæ in parte oppoſita, & Medicus interroget vbi & in qua parte capitis ante phreneſin doluerit. Si ergo in dextra, de ſiniſtra cephalica fiat phlebotomia: poſtea modico tempore interiecto, vbi ſolum virtus confortatur per aquam hordei & ſuccum granatorum, fiat phlebotomia de Saphena dextra, & poſtea poſt tres horas vel altera die fiant phlebotomiæ particulares euacuantes materiam fluxam ex capite, vt venæ frontis, linguæ.

Corollarium. Si Medicus vocatus fuerit prima die, tunc phlebotomentur cephalica & ſaphena: poſtea ſecentur venæ particulares, & interim patiens confortetur, & venter leniatur per lene Enema.

Corollarium. Quando materia eſt in fluxu, ſecentur cephalica & ſaphena, quia diuertunt: Sed aliquando materia eſt fluxa & in loco, vt capite, tunc phlebotomentur particulares quæ euacuãt ex capite.

Corollarium. Si Medicus fuerit vocatus altera die, tunc facta phlebotomia in cephalica & ſaphena, poſt tres vel quatuor dies fiat phlebotomia in venis particularibus.

Corollarium. Omnia ſupra dicta fiant & intelligantur ſtãte corpore ſanguineo pleno, alias ſufficit phlebotomia cephalicæ, & vnius venæ particularis.

Corollarium. In corpore ſanguineo poſt phle-

botomiam

botomiam ponantur ventoſæ ad quatuor loca: ſcapulas,brachia,caudam dorſi,& crura , quæ educunt maximè.

Si Medicus fuerit vocatus ſecundà vel tertia die,non fiat phlebotomia ex parte oppoſita, ſed ſolum euacuatiua per cephalicam eiuſdem lateris & venam frontis, quia tunc materia eſt fluxa: poſſet tamen aliquis facere phlebotomiam diuerſiuam,ſi euacuatiua locum non haberet.

Apponantur raſo capiti à principio, cum materia eſt fluens, & in fluxu frigida ſtyptica,quibus fiat confortatio,alteratio, repercuſſio, & continuetur à primo die vſque ad ſecundum.

℞.Succi ſolatri,ſemperuiui,plantaginis,ol.roſarum,Myrtini añ vnc.ß.album ouorum 2. aceti vnc.ß. miſce pro Epithemate.

Corollarium Hæc intentio cum repercuſſiuis frigidis fit à principio vſque ad ſecundum diem.

Si autem Medicus fuerit vocatus ſecundo aut tertio die,illa intentio non habet tunc locū, quia tunc materia eſt fluxa.

℞.Succi portulacæ,lactucæ,nenupharis,plantaginis añ vnc.ß.aquæ roſarum,ſolatri,nenupharis añ vnc.j.aceti roſarum vnc.ß.miſce, fiat Epithema.Vide Gal.in libro experimentorum.

℞.Violar.lactucæ,hordei fracti añ M j.cort.papaueris albi,rad, mādragoræ,nenupharis añ M j. ſem. hyoſcyami, papaueris albi,lactucæ añ M ß, camomillæ,fl.meliloti añ p. 2. Decoquantur in ſufficienti quantitate, fiat Embrocatio.

Ad intra.

℞.Sem.lactucæ,cucumeris,melonum,papaueris albi,portulacæ,iuſquiami,añ drach.2. baſiliconis,endiuiæ,añ drachm.1.ſantali citrini,camphoræ añ drachma ß.cinamomi drachma 1. cum ſyrupo de bugloſſa,vel violarum, fiat Electuariũ, detur patienti quantitate nucis.valet in phreneſi.

Cum inſtantia vigiliarum.

℞.Ol.roſarum,papaueris albi añ vncia 1.albũ. ouorum tantundẽ.conquaſſentur ſimul, & cum farina vel puluere hordei & papaueris albi añ p. æqual.quãtum ſufficit,fiat emplaſtrum ſimul incorporando ℈ ß camphoræ. Ponatur actu frigidum ſuper anteriorem partem capitis & temporum pro inducendo ſomno & alterando.

Corollarium.Somnus eſt maxime iuuatiuus in phreneſi.

Corollarium.His factis teneatur venter laxus cum lenitiuis & ſanguinem mundificantibus per omnia tempora phreneſis.

℞.Florum bugloſſæ,violarum,nenupharis añ drachma 2.capill.veneris,boraginis, bugloſſæ añ M ß.paſſularum mundat. vnc. ß. prunorum nu.x. decoquantur in aqua ſufficienti.colaturæ,℞. vnc. 3.tamarind.extractorum,caſſiæ fiſtul.añ drachm. 6.el.ſucci roſarum drach.2.miſce.fiat potio.

Vel detur Enema lene & adminiſtretur tepide,&non diu retineat patiens.

Corollarium. Sanguinis mundificatiua dentur per ſuperiora.

Corollarium.

Corollarium. Enema lenitiua & euacuatiua optima ſunt, quia leniunt, euacuant, diuertunt.

Corollarium. In fine augmenti & principio ſtatus apponantur mollificatiua, reſolutiua.

℞. Fl. camomillæ, meliloti, roſarum rub. an̄ M ß. maioranę p. ß coquantur, & fiat Epithema capitis.

℞. Olei roſarum, camomillæ, ſampſuchi an̄ vncia 1. miſce, cum his fiat Epithematio.

Corollarium. Reſolutio non fit benè cum oleis, niſi addatur acetum.

Corollarium. In declinatione ponantur pura reſolutiua, vt camomilla.

Diæta alia eſt {
- Groſſa, qualis ſanorum.
- Subtilis
- Subtiliſſima

Ægrorum vbi cibus { datur / non datur }

Patiens diætetur ſubtiliſſima diæta, præſertim in ſtatu & principio. apud nos detur mica panis ex ſucco granatorum: & mica panis fouetur aqua frigida, vel aqua roſarum, & exprimatur.

Pro potu detur aqua hordei cum ſucco granatorum, berberis, aut ribes, vel cùm rob eorum; vel detur ius carnis de bono capone cum modico hordei coctum, vel ptiſana, vel auenatum, & fit ex bono iure carnis cum modica farina auenę.

Corollarium. Omnia prędicta alterant & confortant, dentur à principio, & nihil in ſtatu, quia tum eſt paroxyſmus.

Corollarium.

Corollarium. Et alia ordinentur ad frigidum. Pannada fit ex iure carnis, trita & comixta mica panis.

In cholerica fiant eædem intentiones.

Si adeſt ſanguinis copia, ſtat minutio, at nõ tanta quanta in ſanguinea.

Statim euacuetur cholera, & prius leniatur venter cum clyſtere, etiamſi nulla fuerit præmiſſa digeſtio, quia materia eſt furioſa.

℞. Lactucæ, maluæ, violariæ añ M j. fl. violarũ Mß. prunorum nu. x. hordei contriti P. 2. coquantur iſta in aqua pro enemate. ℞. Colat. vnc. x. ol. violarum vnc. 4. caſſiæ fiſtulæ vnc. j. ß. adminiſtretur tepidè.

Poſt Enema detur ſolutiuum choleræ.

℞. Fl. violarum vnc. ß. prunorum nu. x. tamarindorum vñ. j. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ pro hauſtu, facta cõfricatione. ℞. Col. vnc. 3. diſſolue El. de ſucco roſarũm vnc. ß. miſce, fiat potio. Vel cum pill. Lucis, vel aureis.

℞. Diapruni ſolutiui drach. 5. caſſiæ fiſtul. vnc. ß. ſyr. violarum drach. 3. cum aqua endiuiæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Rhabarbari electi ℈ 4. myrobal. citrin. ℈ 2. Spicæ nardi ℈ S. Infundatur poſt aſperſionẽ rhabarbari cum vino optimo ſtent in vnc. 4. aquæ lactis per totam noctem, fiat confricatio. ℞. Col. vnc. 3. Mannæ granatæ vnc. j. El. é ſucco roſarum drach. 3. miſce, fiat potus.

Corollarium. Caueat Medicus ne moueat

materiam,& non educat, quia nihil peius quàm mouere & non educere. Ideo vijs præparatis pro Enemate, detur ſolutiuum non leniens, ſed educens, quod eſt contra quorundam mentem.

℞. Aquæ nenuph. ſolatri, lactucę, roſarum an̄ vnc. j. ſem̄. pſillij. drach. j. ſ. miſce ſimul. donec aqua fiat muſcilaginoſa, ſine tamẽ crepatura pſillij. aceti vnc. j. fiat Epithematio. Idem fiat cum ſuccis, oleis, aquis.

Corollarium. Enemata optima ſunt quæ educunt & leniunt atque diuertunt in morbi quouis tempore.

Ad complendam tertiam & quartam intentionem ordinentur (vt ſupra de phreneſi ſanguinea eſt dictum) ea quæ reſpiciũt choleram, & ſint intenſioris frigiditatis, præſertim in augmento & ſtatu, & quæ nonnihil inclinent ad humiditatem quò ad principium.

De Vigiliis Svperflvis.

Vigilia naturalis eſt tempus illud quo ſpiritus animales & virtus animalis, mediantib. illis & calore naturali funduntur ad inſtrumenta virtutis animalis ad exercendas operationes naturales & debitas propter vitam ſuſtentandam. Dicitur ad exercẽdas operationes naturales & debitas, propter vigilias innaturales & ſuperfluas.

Febris eſt cauſſa vigiliarũ, quia in toto fumant vapores acuti & mordaces ad cerebrum.

Caliditas eſt cauſa vigiliarum, quia aperit vias, per quas ſpiritus fluunt ad exteriora.

Siccitas verò, quia abſumit humiditatem quę eſſet cauſſa oppilationis viarum.

Corollarium. Si adſunt vigiliæ, & pedes rubent, prognoſticandum eſt ſuper melancholia.

Si adſunt ſigna choleræ, arguunt maniam.

Cauſſæ vel { Primitiuæ: habentur ex relatione infirmi & aſtantium.
Corporales { Antecedentes
Coniunctæ. }}

A coitu ſuperfluo ſi adſunt vigiliæ, abſtineatur, & corpus confortetur, & cerebrū alteretur: confortatio fiat ab intus & extra.

℞. Amygdal. dulc. excort. vncia 2. ſem. melonū, cucurbitæ excort. añ drach. 3. ſem. lactucæ, portulacæ añ drachma 2. ſem. papaueris albi. vncia ß. auellanarum, pinearū omnium mundat. & recentium añ drachma 6. Aquæ buglóſſæ, violarum añ vncia 8. piſtentur prædicta omnia ſimul fortiter, & cum zuccaro fiat lac, quod eſt ſomniferū, confortatiuum, reſtauratiuum & alteratiuum.

Si à vino veteri cerebrum efferbuerit, humectetur & infrigidetur, & omnia ordinentur ad humiditatem & frigiditatem.

Si à cibo ſuperfluo ſit nata, fiat vomitiuum.

℞. Sem. anethi, raphani añ drachma 2. aq. ℔ ß. bulliant ſimul piſtata ad conſumptionem. vnc. 3. fiat vomitiuum, coletur. admiſce ſyrupi acetoſi ſ. vncia 1. ol. communis vncia ß. exhibeatur tepidè. Si non vomat, euacuetur per hieram, & cerebrū confortetur.

Ad remouendam caliditatem & ſiccitatem. adminiſtrentur olea violarum, nenupharis, Cucurbitę, ſuccus Epithymi,& embrocetur humidis& frigidis,ſi à melancholia:ſi ſanguis abundat, fiat phlebotomia,& poſtea digerat̃ & euacuetur.

Corollarium. Aqua bugloſſæ valet ſum̃opere.

℞. Diacatholici drach. 6. Confectionis hamech drachm. ii. Syrupi violarum vnc. ß. aq. bugloſſæ quantum ſufficit, fiat hauſtus.

Corollarium. Poſt euacuationem humectetur cerebrum cum oleis,ſuccis humidis:& vtatur cibis bonis.

Si à cholera,cum ſanguis abundat,fiat phlebotomia, & poſtea digeratur & euacuetur materia cholerica.

Si ab humore vitioſo & phlegmate ſalſo,digeratur & euacuetur per pillulas de fumo terræ.

Corollarium. Si catarrhus eſt in capite, numquam frigida, humida, ſomnifera, ſed ſtiptica & calida apponenda poſt euacuationes vniuerſales, & hoc in omnibus eſt obſeruandum.

Catarrhoſo & humoribus repletum caput habenti non dentur opiata, quia magis incenderẽtur humores.

Non adminiſtretur opiata,donec reliqua ſomnifera non videantur conferre:quia in ſtupefactiuis à leuioribus eſt incipiendum, quæ ſi non contulerint, ad fortiora progredi oportet, & prius localiter applicentur quam ad intra accipiantur.

Virtute debili exiſtente,opiata nõ adminiſtrẽtur,quia valde debilitant,cũ ſint extremè frigida,

idcirco ſunt inimica humanę naturę, & extinguerent calorem naturalem.

Somnifera ſunt hæc: cortex mandragorę, ſem. papaueris, iuſquiami, lactucæ, nenupharis, ſem. lolij, ol. papaueris, de ſalicibus, ol. nenupharis, ol. iuſquiami, ol. mandragoratum: vnguentum ſomniferum, philonium, requies magna.

Corollarium. Fortis frictio pedum facit vt aliquis vigilet, ſed & ſuauiter facit dormire.

Inducentia ſomnum.

℞. Sem. papaueris albi vnc. j. iuſquiami ʒ ß. lactis mulíebris puellam lactantis vnc. 5. piſtentur ſemina, & fiat commixtio bona & expreſſio pro Epithemate.

℞. Corticis papaueris albi, mandragoræ añ vn. j. fol. lactucæ, portulacæ, nenupharis, camomillæ añ M j. Decoquantur & exprimantur, fiat Embrocatio.

℞. Ol. Mandragorati, vel Iuſquiani, album: ouorum añ vn. j. conquaſſentur ſimul, fiat Epithema.

℞. Sem. Iuſquiani vnc. j. piſtentur optimè cum lactis muliebris vnc. 5. fiat bona miſtio, & per pãnum expreſſio pro Epithemate, fronti & temporibus, imponendo.

℞. Opij thebaici ℈ ß. ol. nenupharis, & papaueris albi añ ʒ iii. miſce perfectè ſimul. fiat vnguentum cum cera, quo vngantur frons, tempora, nares, aures, pulſus, & cauites pedum: ſimiliter fiat cum alijs vnguentis.

℞.Redolentiſſimæ aquæ roſarum vnc.1.diſſo-uatur in ea opij drach. ſ.tunc intinge ſpongiam mundam,parum exprimatur, & permitterur ſic-cari aëre,iterum intinge & rurſus exicca,& ſecundum quod volumus ſpongiam maioris virtutis eſſe in ſtupefaciendo,eò ſæpius intingas & exicces denuò, & ſpongia ponatur ad nares.

℞.Ol.Mandragoræ,ſem. papaueris,de anetho añ drach.2.caſſię ligneę,croci,caſtorei añ ℈ ß.opij drach.j.ceræ q.ſ.fiant globuli parui rotundi cum filo,vt ad libitum extrahi poſſint: de quibus vnus ponatur in anum in magna inſtantia vigiliarum, vel detur ad intra per ſuperius,vel inferius à ℈ ii. vſque ad drach.j. de philonio perſico.

Corollarium. Opus eſt vt ſi patiens dormierit, caput & cerebrum iterum corroboretur cum calidis poſt expergefactionem.

Corollarium Si patiens nimis dormierit ad vi. vii.viij.x.horas,adhibeatur ad nares acetum & alia pro expergefactione.

Autores: Auicenna de Zaccara cap.4.T.4.Fen. primæ tertij.Meſue de ægritudinibus cap. de vigilia & Zaccara.Guainerius T.14. Valeſcus lib. 1. cap.5.Gordonius part.11.cap.18.

Duplex intentio Generalis & Particularis.

Generalis quæ conuenit omnibus,eſt inducere ſomnum per diætam & potionem.

Diæta. Patiens ponatur in locum humidum, obſcurum, ſine ſtrepitu, in lecto molli: adſint

muſicalia inſtrumenta ſuauiter modulantia, item fabulationes blandę.

Potio impletur per medicamenta ſomnifera intus & extra adminiſtrata per inducentia ſomnum.

Particularis completur ſecundum cauſſas quibus illa fit.

De Lethargo.

Signa diſtinguentia Lethargum ab alijs ægritudinibus ſimilibus, ſunt iſta.

Apoplectici iacent ſine ſenſu & motu: & pulſus eſt debilis: anhelitus fit maxima cum difficultate & anguſtia, & aliquando apparet ſpuma circa os.

In Lethargicis non: pulſus eſt magnus, & in lethargo non eſt ablatio ſenſus & motus.

Apoplexia fit ſubitò: ſed lethargus ſucceſſiuè, & per paulatiuam congeſtionem.

Ab epileptico differt lethargicus, quia in epilepſia eſt ſpaſmus: in lethargo non.

A ſubeth differt lethargus: quia in lethargo eſt febris, in ſubeth non.

A congelatione differt idē lethargus: quia congelati dormiunt oculis apertis, ſed lethargicis clauduntur.

Cauſſæ { Primitiuæ; Corporales { Antecedentes; Coniunctæ. } }

Corollarium. Omnia fiant in tempore, quia timen-

timendum eſt de apoplexia, quarè citò occurrendum, etſi cura longior fiat.

Intentiones.

Repercuſſio.
Euacuatio.
Diuerſio.

Et hoc in principio: quia raro fit vt Medicus ſtatim vocetur, apponendum ol. roſatum cum aceto actu calidum.

Confortatio capitis, alteratio, reſolutio.
Accidentium correctio.

Regiminis ordinatio. De his vide Nicolaum Floren. cap. 4. tract. 2. ſect. 4.

Viſa plenitudine humorum, poteſt fieri phlebotomia de vna ex cephalicis præmiſſo enemate. Poſtea fiat euacuatio per clyſterem fortem & acutum.

℞. Menthę, calamenti, origani, ſaluiæ, aſari, centaurij, camomillæ an̄ M j. pulpæ colocynthidos, agarici, ſem. cartami an̄ vncia ß. Decoquanpro Enemate in ℔ 4. ad conſumptionem medietatis,

℞. Col. ℔ j. olei communis vnc. 2. mellis deſpumati vncia j. ß. ſalis drach. 2.

Corollarium. Duo Enemate poſſunt vna die adminiſtrari, ſed non vltra tria.

Nota, Si patiens ſeruat Enema per horā vnam, non dandum eſt illa die Enema, ſed altera; vel ſi multum phlegmatis exiret per vnum Enema, nō eſt illa die repetendum Enema: ſed ſi per quatuor dies ſeruauerit Enema, detur ante cœnam aliud, vel ſi parū exierit de phlegmate. Idem in alijs humoribus euacuandis eſt faciendum.

Corollarium. Enemata ſunt adminiſtranda, donec materia minoretur, & hoc habetur per alleuiationem patientis & euigilationem.

Ad diuertendum apponentur ventoſæ cũ vel ſine ſcarificatione, vel ſcarificatio ſine ventoſis.

Corollarium. Antequam Enema adminiſtratur, fiant frictiones cum aſperis pannis, & ligaturæ doloroſæ: & quando adminiſtratur Enema, fiat ceſſatio à frictione & ligatura.

Poſt adminiſtrationem Enematis confortetur patiens, & poſtea fiant frictiones & ligaturæ.

℞. Pulpæ colocynthidos vnc. j. olei oliuæ vnc. ʒ. bulliant fortiter ſimul ad euirtuationem colocynthidis, cum oleo colato expreſſo miſce decoctionis calamenthi, rutæ, maioranæ ℔ ß. adminiſtretur cum drach. j. ß. ſalis: vel in decoctione Enematis diſſoluatur pillularum Cochiarum vnc. ß.

Vnguenta & olea calida.

Marciatum.	Liliorum.	
Aragon.	Pyrethri.	
Agrippæ.	Euphorbij.	
	Caſtorei.	

Corollarium. Enemata optima ſunt quæ euacuant & diuertunt.

Emplaſtrum.

℞. Sinapis pulueriſati vnc. j. ſtercoris caprarum vnc. ß. Mellis, vini, aceti q. ſ. fiat emplaſtrum, quibus addatur rutæ viridis contuſæ vnc. ß. ponatur retro nucham ad poſteriora capitis.

R. Aquæ

℞.Aquæ ſaluiæ,rutæ,hyſſopi an̄ vnc.j. ß. oxymellis compoſ. vnc.ii.miſce, fiat gargariſmus.

Corollarium.Illa particularia fiunt poſt adminiſtrationem vniuerſalium,vt reſiduum materiæ paccantis reſoluatur & alteretur, alias ſua caliditate attraherent, & morbi materiam augerent. Fiant ergo prima,ſecunda, tertia intentionibus expeditis.

Corollarium Scribit Galenus,ſi phlebotomia non conueniat qualitatiuè,conuenit tamen quãtitatiuè.

Corollarium.Quando patiens nihil poteſt ſumere per os,omnia ſupradicta de euacuatione & diuerſione diligenter & ſtatim fiant,& poſtea caput alteretur;& ſi tandem poteſt deglutire, dentur pillulæ:vel ſi videatur magis conducere, materia prius digeratur, & poſtea caput alteretur per Auream Alexandrinam,Theriacam, & Mithridatum.

Circa principium apponatur oleum roſatum cum aceto actu calidum: in augmento poſt duas vel tres horas apponatur oleum roſaceum & caſtoreum,cum aceto:in ſtatu pura reſolutiua ad palatum,& radix linguæ iniungatur cum theriaca: In declinatione apponantur mollificatiua cũ reſolutiuis ad puppim cap:t s.

Auctores de hac ægritudine ſcribentes ſunt: Auicen.cap.9.T.3.Fen.1.Tertij. Gord.part.2.cap. 12.Meſue de ægritudinibus capitis cap.de Lethargo.Guainer.T.4.Valeſcus lib.1.cap.15.

De Svbeth Arabvm. Hoc eſt caro Græcorum.

Nota differentiam inter Subeth & Apoplexiá: quia in Subeth anhelitus eſt ſaluus. Inter ſubeth &ſyncopen, quia pulſus eſt debilis in ſyncope. Inter ſubeth& ſuffocationem matricis, quòd in hac ægra nec loqui poſſit, nec reſpondere, cum excitatur.

Subeth fit in anteriore parte capitis, lethargus in poſteriore, vt plurimum: & materia in lethargo eſt apoſtematica, in ſubeth verò non.

Subethici plus impediūtur in ſenſu quàm motu, quia plures nerui ſenſitiui oriuntur ab anteriore quàm poſteriori parte; quòd ſi impediātur in motū, hoc eſt propter compaſſionem, quia poſterior pars cerebri compatitur cum anteriore.

Lethargici plus impediuntur in motu quàm in ſenſu, quia nerui motiui oriuntur à poſteriore parte plus quàm ab anteriore; ſi autem in ſenſu impediuntur, tum hoc fit propter ſympathiam.

Subeth, ſtupor, congelatio, poſſunt eſſe congelationes per ſe, cum per ſe incipiunt; aliquādo ſunt accidentia paſſionum, cum ad alias paſſiones ſequuntur, vt ſubeth ſequitur ad lethargum, febrem amphimerinam, & paſſiones frigidas: eſt enim ſomnus profundus.

Congelatio eſt diſpoſitio quædam poſterioris partis cerebri, propter melancholicum humorē generata, cum qua eſt ablatio motus & ſenſuum, ægro in eo corporis ſitu permanente, in quo fue-

rit correptus, ſiue ſedeat, ſiue iaceat, ſiue clauſis, ſiue apertis oculis perſtiterit.

Congelati iacent apertis oculis, quia cum malum ſit in poſteriori parte capitis, impediuntur nerui oculum mouentes & ſpaſmantur.

Stupor eſt etiam ablatio ſenſus & motus, quẽadmodum in ſubeth, ſed tamen minor ea: impedimentum eſt ſenſus communis & imaginatiuæ. Fit in anteriore parte capitis, idcirco ſenſus ſunt obtuſi & confuſi. Cauſſa eſt phlegma cum cholera dominans in anteriori capitis parte; hinc propter phlegma diminutio & confuſio, & quaſi ligatio ſenſuum, & inquietudo corporis.

Corollarium. Enemate ſunt nobiliſſima & mitiſſima ad capitis paſſiones,

Intentio prima eſt euacuatio & diuerſio.

℞. Calamenthi, origani, ſaluiæ vtriuſque, aſari, centaurij añ M j. ſtœchados vtriuſque añ vnc. ß. pulpæ colocynthidos agarici, carthami añ vnc. ß. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ.

℞. Decoctionis colatæ q. ſ. pro vno enemate, ol. communis vnc. 3. ſalis drach. 3. miſce; adminiſtretur pluſquam tepidè.

℞. Agarici troch. Alhandali, ſalis gemmæ, añ ℨ j. mellis q. ſ. fiant ſuppoſitoria magna & oblonga.

℞. Salis gemmæ vnc. ß. Sp. hieræ compoſitæ ℨ 3. Troch. alhandali ℈ j. mellis q. ſ. fiant ſuppoſitoria tria vel quatuor.

Corollarium. Fiant diuerſiones, perfrictiones & ligaturæ.

Corollarium. Poſt aliquot enemata exhibita,

per quæ materia notabiliter eſt diuerſa & euacuata,ad localia eſt procedendum,abradendo caput,calefaciendo ipſum pannis calidis, oleis, vnguentis,emplaſtris:& per os poteſt exhiberi theriaca & mithridatum. Et poſtquam patiens poterit deglutire,ſi videtur neceſſarium, fortius & amplius euacuandum eſt per pillulas cochias & ſimiles.

Fiant gargariſmi,ſternutatoria,&aliæ particulares euacuationes:ad intra dentur Electuaria calida capiti conferentia:cibi vt infra.

Sternutatio calefacit caput.

℞.Maioranę,rutę,piperis nigri,pyrethri,Sem̃. nigellæ,ſtaphiſagriæ,euphorbij an̄ ℈ ß. fiat puluis.

Pulegium Lethargicis conuenit, potenter aperit,Gal.lib.13.Methodi.

Diæta.Si ruſticus fortis, comedat allium, & nutriatur calidis actu & potentia. Dentur Electuaria calida,diambra,diamuſcum, diacalamentum,Condita.

Bibat hydromel,cui poteſt commiſceri maiorana:in declinatione poteſt dari vinum.

Autores,Auicenna cap.3.T.4.Fen.1.tertij.Gordonius cap.16.p.2.Valeſcus lib. 1. cap. 4. Guainerius tract.6,Nocolus Florentinus ſect.3. tract. 2. Summa 3. cap.8.

Cura duplex eſt,generalis & particularis. Generalis ſtat in executione ſecundum diætã & potionem, ponendo patientem in aërem luminoſum,ſplendidũ,&ibidem ſit ſtrepitus&murmur,

& fiat

& fiat fortis ligatura manuum & pedum, & acetum in ſpongia acceptum applicetur frequenter naribus.

Particularis cura ſtat ſecundum cauſſas particulares. Si eſt à puro frigore, cura per alterantia ſecundum omnem modum in diæta & potione ad intus & ab extra.

Si verò adeſt materia, fiat digeſtio & euacuatio, nec non alteratio. A principio dentur fortiſſima enemata. Si eſt à pura humiditate, fiat alteratio generali cura expedita. Si eſt materia ſanguinea vel phlegmatica, fiant intentiones, prout dictum eſt in dolore capitis materiali ſanguinea & phlegmatica.

DE CONGELATIONE.

Cura eſt ſicut in Subeth: niſi quòd in congelatione loco euacuantium phlegma, adminiſtrantur euacuantia melancholicum humorem.

Quid congelatio ſit, quære ſupra.

℞. Fumi terræ, cuſcutæ, lupuli, camomillæ, ſaluiæ, maioranæ, ſtœchados vtriuſque añ M j. polypodij quercini ℥ 2. hellebori nigri vnc. ß. Agarici vnc. ß. Decoquantur ad medietatem pro duobus enematibus.

℞. Colat. ℔ j. ſalis gemmæ drach. 2. ol. communis vnc. 2. adminiſtretur, reſiduum ſeruetur pro altero Enemate.

Poſt duo, vel tria Enemata fiat abraſio capitis, & procedatur ad localia calida cum oleis, emplaſtris, & vnguentis calidis, & theriaca ponatur in ore.

Diuerſio non omittenda, & venter concinnè apertus ſeruandus.

Interim quando adminiſtrantur Enemata fiāt frictiones & ligaturæ.

Corollarium. Si patiens poteſt deglutire, dentur euacuantia per ſuperius, quæ magis euacuent eradicatiuè materiam melancholicam: vt pillulæ de lapide Lazuli, pillulæ Indæ de lapide Armeno, & alijs.

Corollarium. Detur ſyrupus acetoſus ſimplex & compoſitus pro digeſtione.

Corollarium. Poſt euacuationes dentur confectiones dianthos, diambra, diamoſchum, acorus conditus, myrobalani conditi, theriaca & mithridatum.

Auctores qui de hoc affectu ſcribunt, Valeſcus lib. 1. cap. 14. Gordonius part. 2. cap. 15.

DE STVPORE.

Cura ſtupore affectorum ſimilis eſt Subethicæ paſſioni; niſi quod in ſtupore materia eſt commiſta ex phlegmate & cholera. Ergo euacuātia quoque miſta eſſe debent, phlegma ſcilicet & bilem detrahentia.

Auctores. Auicenna cap. 14. tit. 5. Fen. 2. tertij. Guainerius tit. 13. Valeſcus lib. 1. cap. 16. Gordonius part. 2. cap. 17. Meſue de ægritudine neruorum.

De Epilepsia.

Epilepſia eſt ægritudo prohibens membra animata ab operationibus ſenſus & motus, & erectione non integrè, & illud eſt propter contingẽtem opilationem.

Corollarium. Non integrè] Epilepſia reſpicit oppilationem, ita quod Epilepſia non eſt integra oppilatio, quemadmodum in apoplexia mortali, vbi patiens cadit, vt ibi maneat: ſed integra reſpicit cauſam oppilantem, quæ non eſt tanta quanta in apoplexia. Idcirco in epilepſia fit oppilatio attenuatoria propter contractionem cerebri ad expellendũ id quod eſt nociuum: ſed in apoplexia eſt oppilatio coartatoria: ergo cauſſa in apoplexia eſt maior quàm in epilepſia. In epilepſia fit contractio, ergo & ſpaſmus, quod non fit in apoplexia. quære Matthæum de Grad.

Corollarium. Spuma in fine paroxyſmi eſt bona, quia ſignificat ſuper expulſione materiæ malæ & ventoſæ ex com.4.5.2.part. de cauſis Epilepſiæ. Ex Auicenna 1.Fen.tract.5.cap.8.9.10.11.& Gal.3.inter.cap. 2. de tribus ſpeciebus Epilepſiæ: quæ ſunt Epilepſia, Catalepſis, Analepſia.

Epilepſia per eſſentiam in cerebro fit; Anelepſia à ſtomacho, Catalepſis ab alijs membris inferioribus.

Conueniunt autem omnes iu eo quod fiant in cerebro, ſed differunt per cauſam antecedẽtem, quæ eſt in diuerſis locis.

Corollarium. Epilepſia quæ non ſoluitur in

puellis tempore eruptionis meſtruorum, in maſculis tempore pollutionis, commoritur: Hipp. lib.5.etiam intelligitur de illa, quæ fit eſſentiale nocumentum à natiuitate, quæ non fit per colligantiam aut concomitantiam, & curari poteſt omni ætate & quolibet tempore.

Epilepſia per eſſentiale nocumentum poſt 25. non curatur.

Corollarium. Omnis materia mota eſt deterior ſeipſa quieta. Gal.2.inter. cap.6.

Corollarium. Omne quod poteſt fortiter cõmouere humores, poteſt committere Epilepſiã.

Corllarium Apium, Petroſelinum, Chærefolium & alia acuta commouent Epilepſiam, ergo nutrices infantium caueant ſibi ab his.

Collarium Epilepſia eſt morbus ratione compoſitiones, etſi aliquando mala complexio concurrat.

Signa hominis Epileptici: Squaliditas, citrinitas faciei, magnitudo & eminentia oculorum, ſtoliditas, multitudo ſaliuæ, grauitas corporis, tinnitus anrium, deliratio.

Vide Gal.tertio inter.cap. 7.4.2.

Cura duplex, quædam in paroxyſmo, quædam extra.

Prima fit per diuerſiones, ligaturas, frictiones, vẽtoſas, cum vel ſine ſcarificatione in dorſo toto.

Phlebotomia poteſt fieri in paroxyſmo ſtante plethora totius corporis, vel copia ſanguinis, vel retentione menſtruorum, vel hæmorrhoidum.

Et ſi

Et ſi Epilepſia fieret ab his, præmittatur tum clyſter, & ſequatur phlebotomia: fiant ligaturæ & frictiones, & poſtea reiteretur clyſter fortis, ſi patiens ex primo ſenſerit alleuiationem.

℞. Rutæ, hyſſopi, ſtœchados, maioranæ, centaurij añ M j. caſtorei drac. j. pulpæ colocynthidos drach. j. ß. agarici, cartami, polypodij añ vnc. ß. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad conſumptionem medietatis.

℞. Colat. ℔ j. ol. camomillæ vnc. 3. mellis vnc. 2. ſalis gemmæ drach. j. fiat Enema.

Corollarium. In melancholia pro adurentibus phlegma addatur hellebori vnc. ß. Poſtea illa applicentur, quæ habent à proprietate vt ſoluant epilepſiam, vt odorari rutam, hyſſopum; balſamũ palato inungatur. Item theriaca & Mithridatum, pæoniæ ſemen & radix, Aſa fœtida, Caſtoreum.

Notantur experimenta in Gordonio de trib. verſibus trium Regum & Euangelio, quæ etiam à proprietate valent. *ſed ſunt ſuperſtitioſa*,

Quære in Roſa Angelica, quæ proprietate valent, vbi de lapide Chelidonio & Gagate.

Cura tempore quietis.

Corollarium. Si paroxyſmus eſt longus, difficilis & frequens, tunc frequenter eſt mortalis & incurabilis.

Cura fit per Diętam, Potiones, Chirurgiã.

Diæta in ſex rebus non naturalibus ordinetur ad caliditatem. Si epilepſia eſt à phlegmate, ad ſiccitatem; & ſi ab aliis humoribus, in contrarium cauſſæ ordinetur.

Corollarium. Conuenit omnibus capite laborantibus, vt capite eleuato dormiant.

Epilepticus caput cooperiat, ſed non tantum vt ſudet.

Corollarium. Membrum dolens non exercendum eſt, ſed quieſcere ab exercitio capitis & ingenij oportet: in alijs corporis membris fiat debitū.

Corollarium. Nihil melius epileptico, lethargico, apoplectico, ſubethico pro potu quàm aqua mellis, in quam poſt deſpumationem poteſt inijci nux muſcata in fruſtra conciſa vel hyſſopus.

Corollarium. Omnes carnes aſſæ ſunt conuenientiores Epilepticis, quàm elixæ.

Corollarium. Aues ſylueſtres nemoraléſue (præter coturnicem) bonæ ſunt, quia diſponit ad ſpaſmum, eò quod helleboro veſcatur.

Omnis Epilepticus amoueatur ab ira, & ſit in gaudio.

Corollarium. Quoniam infantes non poſſunt ſeruare diætam, ſeruet nutrix in omnibus ac ſi ipſa pateretur Epilepſiam, & hoc non ſolum in Epilepſia, ſed etiam in aliis ægritudinibus.

Intentiones.

Digeſtio. Euacuatio. Diuerſio. Confortatio. Accidentium correctio.

Conſideretur à quo humore dependeat. Si à ſanguine, tunc non eſt opus digeſtione, ſed fiat phlebotomia de alterutra cephalica, & ſi opus eſt de duabus: poſt quartum diem fiat phlebotomiæ particulares per frontem & nares, ſequenti die

mundi-

mundificatio ſanguinis, appoſitio ventoſarum.

Corollarium. In peccato ſanguinis prius facienda eſt phlebotomia, & pharmacia poſtea: è cõtra in peccato aliorum humorum.

Sanguinis mundificatiuum.

℞. El. Sebeſten drach. 5. ſucci roſarum drach. 2. Syrupi de ſtœchade drach. 6. áq. betonicæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Rhabarb. el. drach. j. ß. myrobal. citrin. chebul. añ drach. 3. Spicæ ℈. ß. tamarindorum vnc. j. incidantur minutiſſimè, & infundantur in ſufficienti quantitate aquę dulcis feruentis per horas x. facta confricatione & expreſſione, colaturę admiſce caſſiæ extractæ vnc. ß. El. è ſucco roſatum drach. 2. miſce, fiant hauſtus vnus vel plures ad libitum.

Iſtis factis confortetur caput cum oleo roſato, & abradatur.

Si à phlegmate: Præmittatur enema minoratiuum, vel drach. j. pillularum cochiarum.

℞. Syr. de ſtœchade, mellis roſ. añ drach. 6. aquę hyſſopi, betonicæ añ vnc. j. ß. miſce. fiat hauſtus.

℞. Syr. de hyſſopo vnc. j. oxymel. compoſiti vn. ß. aquæ betonicæ vnc. 3. miſce, fiat hauſtus. vel detur ſerò in quantitate nucis auellanæ de Acoro condito vel Zingibere condito, & manè in aurora Syrupi.

℞. Sp. diambræ, diacalamenthi, diagalangæ añ drach. j. zuccari diſſoluti aqua rutę vnc. 2. fiat confectio in morſellis.

Corollarium. In confectionibus communiter pro drac.j. Specierum, capitur vnc. j. zuccari. Sed ſi vis vt confectio ſit fortior, non tantum Zuccari addendum, ſed ſufficiunt pro drach.3. ſpecierũ, vnc.2. Zuccari.

℞. Pill. cochiarum drach.j. fiant pillulæ 9. vel plures, vel pillularum: Sine quibus eſſe nolo, de agarico, aggregat. vel aliorum: vel ſyrupo magiſtrali addantur laxatiua, & fiat decoctio digeſtiua & euacuatiua.

Pillulæ magnæ trahunt à longinquis partibus & à capite fortiter.

℞. Diaphœniconis tabul. vnc. ß. in debili, in forti drach.6.ſ.

℞. Diaphœniconis in liquida ſubſtantia drach. 7. zuccari q.ſ. fiat bolus, & detur abſterſiuum, vt aqua lactis, hydromel calefactum, brodium cicerum, piſorum, vel carnis cum ciceribus.

℞. Elect. indi ℥ 6. aquæ ſaluiæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Turbith. boni & gummoſi ℥ ß. zingiberis albi ℈ j. zuccari ℥ 2. fiat puluis, cum brodio detur.

℞. Agarici electi, turbith an ℈ j. zing. ſalis gemmæ an gr. 7. diagridij gr.5. zuccari quantum totius, miſce, fiat puluis.

Corollarium. Agaricus eſt appropriatus Epilepſiæ & peſtilentiæ.

Si opus fuerit iteratione digeſtionis & euacuationis, perpende per exeuntia & alia.

Corollarium. Si Epilepſia eſt à communitate, curetur membrum mandans, & fiat membri recipientis confortatio. Corrigatur membrum mandans,

mandans,& confortetur caput:fiat abraſio capitis,præmiſſis particularibus prius, videlicet frictionibus & gargariſmis.

℞.Oxymellis ſcillit.vnc.iii. aquæ decoctionis pyrethri,hyſſopi,rutæ,maioranæ, ſaluiæ,fiat gargariſmus.

Confortatiua.Oleũ de caſtoreo, liliorum alb. pyrethri,chamomelinum,aurea, alexãdrina per os,pyrethrum conditum,theriaca,mithridatum.

℞.Rad.pyrethri vnc.j. pulueriſetur ſubtiliſſimè,& cum melle fiat Electuarium.

Experimentum probatum ad Epilepſiam.

℞.Omnium granorũ piperum, chamædryos, agarici,colocynthidos,hellebori albi, pæoniæ añ drach.3.ſcammonij,ammoniaci,opii añ drach.j. caſſię drach.8.gentianæ,baccarum lauri,violarũ, ſalis ammoniaci,ariſtolochiæ rotundæ añ drach, j.ſquillæ aſſatæ pondus ęquale ad prædicta, mellis quantum ſufficit ad conficiendum.Doſis drac. j.manè & ſerò cum hydromelite.

AliudGaleni in lib.experiment.laxatiuum humorum viſcoſorum, eſt valde pretioſum contra epilepſiam & paralyſin.

℞.Agarici,abſynthii,colocynthidis añ drach. j.aniſi,ligni aloës,maſticis añ ʒ 2.ſpatanæ,ammoniaci,ſerapini,aſæ fœtidæ.rad.lilii cæleſtis añ ʒ j. ß confice cum aqua decoctionis aniſi, & vtriuſque ariſtolochiæ,atque melle,ſumatur pro vice quãtitas auellanæ.

Aliud probatum, quo multi pueri ſunt vſi.

℞. Opopanacis, caſtorei, ſanguinis draconis, antimonij añ drach. 2. fiat puluis. Doſis ℈ 2. in pueris ℈ ß. vel detur nutrici.

Aliud. ℞. Succi ſquillæ, penidij añ ℔ ß. piperis nigri, zingib. ana quanta eſt medietas penidij. Dentur drach. 2. pueris delicatis.

Vide Aggregatorem in tract. de epilepſia, rhazem in generali, Guainerium Archiatrum qui laudat bolum Armenum.

Corollarium. Inter oſſa hominis nihil ita valet, ſicut anterior pars pericranij.

Chirurgia. Si commemorata nihil attulerint iuuamenti, ad Chirurgiam eſt recurrendum. Fiat in commiſſura capitis cauteriū, vbi medius digitus attigerit illam, radice manus poſita ſuper radicem naſi.

Corollarium. Cauteria nunquam adminiſtrentur niſi præmiſſis vniuerſalibus.

Corollarium. Cauterium actuale fit cum ferro ignito.

Cauterium potentiale:

℞. Realgar, i. Arſenici ſublimati ℈ j. Boli Armeni ℈ ſ. Aceti guttulas aliquot. apponantur per biduum aut triduum.

℞. Arſenici, calcis viuæ, ſaponis gallici, añ p. æqual. commiſceantur & applicentur.

Vt Eſchara cadat, accipiatur ſulphur, & contempe-

temperetur cum butyro, & applicetur, cadétque portio carnis eſcharatæ & corroſæ.

Corollarium. Cum applicatur cauterium potentiale, diligenter cauendum eſt ne plus corrodat quàm volueris: ideo cauterium imponitur laminæ plumbeæ perforatæ, & membrum in circumferentia cuſtoditur defenſiuo ex bolo armeno, aceto, & oleo roſato, vel vnguento de ceruſa, vel aperiatur caput trepano.

Experimentum D. Entzianeri.

℞. Sem. pæoniæ debito tempore collectæ, viſci quercini, cranij hominis de anteriore parte, ſtercoris pauonis añ drach. ß. Sp. electuarij de ligno aloes, Diamuſci añ ℈ ſ. Sacchari albiſſimi q. ſ. fiat tragea in ſcatula pini ratæ. Quod ſi huius trageæ fieret baſis ex ſecundina exiccata & pulueriſata, in qua maſculus fuit, illa miro modo valeret.

Valet radix pæoniæ recens collecta & exiccata: huius poteſt dari quotidie drach. j. cum aqua tiliæ, lauendulæ, &c.

DE APOPLEXIA.

Apoplexia terminatur vel ad mortem, vel ad paralyſin. Epilepſia non terminatur in ſanitatem: & ſi curatur, reuertitur.

Apoplexia omnis vel eſt
- Fortis cum ablatione ſenſus, motus, & multitudine ſpumæ, guttiſque in facie, quæ ſignificant vehementem anguſtiam, paruumque anhelitum.
- Debilis.

In quolibet Apoplectico pulſus eſt vndoſus, inordinatus, magnus; ergo iſte pulſus nõ decipiat

Medicum,quia ſignificat prope eſſe mortẽ: magnitudo iſta eſt propter vehementem anguſtiam, non robur virtutis.

Corollariũ. Ablatio, vel in ordinatio anhelitus ſignificat fortem Apoplexiam.

Corollarium. Omne illud quod poteſt humores commouere in cerebro, & diſponere ad oppilationes, eſt cauſſa apoplexiæ primitiua.

Aliquando difficulter dignoſcitur appoplecticus ab epileptico,niſi per ſpaſmũ alicuius mẽbri.

Corollarium. Apoplexia differt à ſyncope,quia in ſyncope nullus eſt pulſus : ſed in apoplexia eſt magnus,vndoſus,inordinatur.In ſyncope eſt albedo & citrinitas faciei, ſeu liuiditas, quod non ſemper in apoplexia cõſpicitur.In ſyncope anhelitus eſt ordinatus:in apoplexia inordinatus & difficilis.

Corollarium. Quomodo apoplexia differat à lethargo,ſubeth, congelatione,& ſuffocatione matricis, alibi eſt videndum.

Corollarium. Vertigo capitis perſeuerans, tarditas loquelæ,& dormitio ſuper dorſum, incubus,tremor manuum & capitis, prænunciant apoplexiam:item frequens ſaltus & icctigatio.

Apoplexia eſt morbus peracutus, ideo nulla digeſtio expectanda eſt,ſed citò ſucurratur.

Corollarium. A principio nulla localia ſunt apponenda,quia augerent materiam, & plus illam commouerent. Ergo malèfaciunt indocti, qui à principio apponunt ſuccum lauendulæ, vel theriacam

riacam cum aqua lauendulę, vinoque ſublimato, vel qui ſternutatoria adminiſtrant.

In ſanguinea Apoplexia fiat phlebotomia ex ambabus cephalicis & ſaphenis: vel per ventoſas & omnes modos diuerſionis trahatur ſanguis, & poſtea ſtatim ſubordinetur clyſter fortis.

♃.Origani, calamenthi, centaurii, aſari, maioranæ, ſtœchados vtriuſq; añ M j. Pulpæ colocynthidos, agarici añ vnc.j. Coquantur pro medietatis conſumptione in aqua, pro Enemate.

℞.Col.℔ j.Bened.laxatiuæ vnc.j.olei rutæ vnc. 2.ſalis gemmæ drach.j.adminiſtretur citò.

Si aliquis nihil horum haberet, accipiat corticem ſambuci internum, colocynthidis vnc.3.Decoquantur, addantur olei communis ℥3.Salis ʒ 2.

Si ne hæc quidem præſtò ſint, capiatur aqua bene ſolita, & in vicem clyſteris admoueatur.

Corollarium.Dum enema præparatur, caput radatur.

Corollarium.Poſt enema, apponantur ventoſæ multæ dorſo & pedibus.

Cura duplex eſt: in paroxyſmo, & poſt paroxyſmum.

PROCESSVS D. MARQVARDI communiter obſeruandus in Apoplecticis.

HISTORIA. In primo acceſſu cùm patiens iaceret ſine ſenſu & motu, aperuit cephalicã vnam, & mox ordinauit enema forte. Enemate admoto, patiens illud ſeruabat per mediam vel

vnam horam, exibat cum magna multitudine fecum & phlegmatis. Quo emiſſo, ſtatim ordinauit ſecũdum. Interim fecit caput abradi, & aſperrimas frictiones per dorſum, brachia, & pedes fieri, à ſuperioribus ad inferiora trahendo, cum pannis aſperis & calidis: poſtea imperauit ligaturas doloroſas, eo ordine & modo quo debent iſta fieri. Deinde iuſſit ventoſas ſedecim vel plures ad pedes poni cum ſcarificatione, trahendo ventoſas fortiter ad inferiora, & nares percuti virgulis: his factis, fricuit caput cum pannis calidis, & dedit de theriaca, mithridato, aurea alexandrina, cũ quibus, dum ligaturæ fierẽt, linguam & palatum inunxit. Poſt ſecũdi enematis adminiſtrationem, voluit fieri ſuffumigium cum Carabe, Aſa, Thure, & aliis rebus calidis: vltimò adhibuit ſternutatoria, gargariſmata, vnguenta calida, embrochas, ſeu lotiones capitis, prouocauitque vomitũ: ſucceſſerunt omnia ex voto. nam æger continuò loqui cœpit, & corpus mouere non ſine admiratione aſtantium.

Corollarium. Peracutæ ægritudini debetur citiſſima cura, & forti ægritudini debetur fortis cura.

Corollarium. A principio non fiant frictiones in capite, vel collo, cum pannis, ſed poſt enemata; nam à principio conueniunt magis diuerſiones, quæ, cum hoc, ſint euacuatiuæ, vt, phlebotomia; poteſt tamẽ infernè in trunco corporis, brachijs & pedibus frictio fieri: neque etiam vomitus, aut

vlla alia euacuatio particularis, à principio fieri debet.

Cura Apoplexiæ phlegmaticæ conſiſtit in diæta & potione,

Diæta:
- Subtilis, vt ptiſana, aqua mellis, aqua hordei, ius carnis, panada, aqua zucc. caſeada.
- Subtiliſſima, vbi nihil dať, vt in peracutis.
- Craſſa, pulli caro, hædina, auiculæ.

Corollarium. Sola hæc ægritudo habet quatuor tempora: quia in declinatione nemo moritur, niſi per recidiuam. In ęgritudine autem mortifera, in ſtatu eſt mors & ſalus.

Corollarium. Apud nos pro ſubtiliſſima diæta, vtimur ſubtili, propter voracitatem, quia ſumus ſeptentrionales.

Corollarium. Defectus virtutis vult aliquādo vt in ſtatu & paroxyſmo diætemus, & dicitur diçta coacta.

Corollarium. Apoplecticus ſit contentus vſq; ad 14. diem aqua mellis, cui poſſunt incoqui aromatica, iure ciceris, & poſtea cibetur.

Intentiones.

1. Diuerſio. 2. Euacuatio.
3. Euacuatio particularis. 4. Alteratio.

Enema in Apoplexia: ℞. Origani, maioranæ, rutæ, calamenthi, ſtœchados vtriuſque, centaurij añ M j. pulpæ colocynthidos, agarici añ vnc. j. rad. iridis, cyclaminis, cucumeris aſinini añ drach. 3. bdellij, ammoniaci, opopanacis añ ʒ 2. Deco-

quantur pro vnico Enemate. ℞. Col. ℔ j. Benedictæ laxatiuæ, hieræ compoſitæ añ drachm. 6. olei rutæ vnc. ʒ. ſalis drach. j. miſce, fiat Enema.

℞. Centaurij, ſtœchados vtriuſque ſaluię, maioranæ, hyſſopi añ M 2. Pulpæ colocynthidos agarici añ vnc. ß. turbith drach. ʒ. Decoquantur.

℞. Colat. ℔ j. hieræ compoſitæ vnc. j. electuarij Indi vnc. ß. olei rutæ vnc. ʒ. ſalis gemmæ drach. 2. miſce, fiat Enema.

Corollarium. Si patiens non ſeruet enema diu, ordinetur mox aliud: ſi illud etiam citò exiuerit, ordinetur tertium.

Patiens non cogatur vt diu ſeruet enema.

Fiant omnia genera diuerſionum: frictiones, ligaturæ, percuſſio cum virgultis, appoſitio ventoſarum, & non deſiſtatur à diuiſione per interualla, quin expectetur tertius dies.

Corollarium. Aliquando opus eſt vt reiteretur enema, & fit poſt tres horas: ſi primum ſeruauerit æger, fiat continuatio donec materia viſa fuerit ſufficienter euacuata.

℞. Colocynthidos drach. j. ſalis nitri drach. j. euphorbij ℈ j. ß. mellis q. ſ. fiant duo ſuppoſitoria groſſa, longa.

Corollarium. Si patiens poſt adminiſtrationẽ enematum, & diuerſionem, non loquitur, timẽdum eſt de morte.

Si poſſibile eſt, fiat vomitus cum penna & oleo cum potu vomitiuo.

℞. Sem̃ raphani, anethi, vrticæ añ drach. ʒ. fiat decoctio ſufficiens. ℞. Colat. vnc. ʒ. Oxymell. ſcil-

litici vnc.j.ß. miſce, detur tepidè. Et poteſt addi huic vomitiuo Hieræ vnc.j.ſimplicis vel compoſitæ. Fiat ſternutatorium.

℞. Sem̃.ſtaphiſagriç, ſinapis, piperis, pyrethri, euphorbij, caſtorei, condiſi añ ℈ j.fiat puluis.

℞. Rad.ireos, cyclaminis, acori, apii, feniculi añ drach.j.nigellæ, ſinapis, erucæ, ſtaphiſagriæ añ drach.2.Decoquantur in ℔ 2.ad conſumptionẽ medietatis. In colatura diſſolue Oxymellis ſcillitici vnc.4.miſce, fiat gargariſmus.

℞. Saluiæ vtriuſque, ſtœchados, maioranæ centaurij, hyſſopi, rutæ añ M j.rad.pyrethri vnc.j.rad. acori drach.3.agarici electi vnc.j. ß. zingib. albi ℥ ß.Decoquantur in ℔ 3. aquæ pro remanentia ℔. j.colato commiſce oxymellis ſimplicis vel compoſiti, vel ſcillitici vnc.3.ſalis. gemmæ drachm. j. miſce, fiat gargariſmus.

Poſt hæc dentur ad intra Theriaca, & confectio Anacardina cum aqua mellis, vel dentur mellis faui:ſed ſi non poteſt accipere, inungatur lingua. His factis, caput abradatur, altereturq; cum oleis & vnguentis calidis, vt oleo liliorum, euphorbio, & cæteris, & patiens ſic regatur vſque ad 14.diem.

Poſtea adeſt cura Paralyſis.

Detur vinum vetus:melius tamen eſt vt abſtineat vſque ad 40. diem, & interim bibat aquam mellis cum hyſſopo & maiorana.

Corollarium. In aquam mellis pro vnc.j.mellis, accipiat ℔ j. aquæ.

℞. Mellis ℔.ſ.aqu.fontis M8.bene deſpumetur & decoquatur ad conſumptionem ℔j.

℞. Mellis deſpumati vnc. 4.aqu.fontis ℔ 4.adde ſem.carui,vel cumini aliquid. decoquantur.

Corollarium. Vbi accipiuntur vnc. 4. mellis deſpumati,accipiantur vnc. 5. mellis non deſpumati, quia in deſpumatione vnc.j.perit de melle.

DE PARALYSI.

Corollarium. In Paralyſi eſt vniuerſalis ſpaſmus: ſpaſmus, eſt particularis epilepſia alicuius membri.

Corollarium. Apoplexia eſt vniuerſalis Paralyſis.Paralyſis eſt particularis apoplexia.

Paralyſis eſt quędam relaxatio vel mollificatio potius corporis, (propter caput) vel aliquorum membrorum,in motu & ſenſu,vel vtroq; prouenięns ab humore pituitoſo,oppilante neruos, & prohibēte, quo minus ſpiritus animalis in membrum diſtribui poſſit, cuius ratione motus vel ſenſus deperditur.

Corollarium. Paralyſis eſt morbus in materia compoſitionis,etſi aliquando prouenire poſſit à mala complexione frigida,pura,vel humida immateriali.

Corollarium. Aliquando Paralyſis fit,quia ſpiritus prohibetur ingredi membrum, & dicitur morbus in materia compoſitionis.

Aliquando verò Paralyſis fit, quia membrum eſt ineptum ad recipiendum ſpiritus ſibi immiſſos,vt ſi membrum nimium infrigidatur, vel humectatur.

Reſpice

Reſpice Gal. in primo inter, cap. penultimo, vbi dicit quod aliquando motus aufertur, & ſenſus non: aliquando ſenſus perit, & motus permanet. Item Gal. 3. inter. cap. vltimo de paralyſi & mollificatione: paralyſis ſequitur lethargum, ſubeth, ſtuporem, apoplexiam, colicam, & dicitur conſecutiua.

Ex colica paralyſis.

Quòd Paralyſis ſequatur ad colicam, experientia teſtatur: quia inteſtina intrinſecus ſunt neruoſa, qui nerui inteſtinorum communicant cæteris. Ergò, ſi colica permutatur, tunc ex mala cura permutatur in Paralyſin, & hoc maximè quando colici balneantur. Si ergo balneantur, materia indigeſta exiſtente, tunc balneum attrahit materiam illam indigeſtam & non euacuatã ad neruos, & tunc nerui inhabilitantur ad motum.

Paralyſis aliqua fit { Conſequendo, hoc eſt, quæ ſequitur ad alias ægritudines. | Incipiendo, quæ habet ſuas cauſas extrinſecus & intrinſecus. }

Nota Aliquando Mercurius ſublimatus poteſt inducere Paralyſin & ſpaſmum, qui dicitur non proportionatus ad materiam.

Paralyſis vt plurimum eſt à phlegmate, rariſſimè à cholera ſeu bile.

Corollarium. Cura Paralyſis dubia eſt à quacunque proueniat cauſſa.

Corollarium. Tria ſunt conſtituentia pulſum, virtus, inſtrumentum, & aucta neceſſitas.

IN CVRA PARALYSIS quando dependet ſola à mala complexione pura, indigemus tantũ alteratiuis,& poſtea confortatione. Vbi autem fuerit cauſſa corporalis,maximè coartatoria, aut phlegmatica,vt ſæpè contingit,tunc circa medicinalia quatuor principales intentiones inſurgunt.Prima,eſt æquatio materiæ, ſecundum Auicennam &Meſuem,non oportet properare ad vſum pharmacorum à principio,ne ſubitò tollatur virtus aut reſoluatur, ſed vomitus & clyſteria procuranda ſunt ex bonis euacuantibus. Et hanc ſententiam ipſe etiam Auicenna ponit dicens: non properes ad vſum medicinarum fortium in principio ęgritudinis,imò tarda vſque ad 4.vel 7. diem,quando ægritudo fuerit multum fortis, id eſt,reſiſtens materiæ eductioni vſque ad 14.diem.

Secunda intentio eſt euacuatio, vbi iterum à leuioribus eſt incipiendum.

Tertia intentio eſt conuerſio materiæ ad appoſitum, quæ compleri poteſt cum clyſteribus quaſi continuis.

Quarta eſt ad accidentia.

Si Paralyſis eſt à mala complexione pura,frigida,immateriali,cura eſt ſola alteratio. Per intus, vt Acorus conditus,Zingiber conditum, Theriaca,Mithridatum,Triphera Perſica,Diacalamenthum,Diatriumpiperum, Diambra.

Ad extra.Vnguentum Aptippæ Regis, Merciaton,Arhogon, oleum Euphorbij, Pyrethri, ſuccus maioranæ,& reliqua calida alterantia.

Corollarium.

Corollarium. Et vtatur reliquis ſpeciebus calidis in cibo & potu.

Si à mala complexione calida immateriali, quod rarò fit, cura eſt per contraria, vtpote per frigida intus & extra.

Cura Paralyſis à mala complexione frigida phlegmatica.

Circa curæ initium notandum, quod à leuioribus ſit incipiendum. Vnde & Serapio: In principio non detur medicina fortiter euacuās, quando humor eſt indigeſtus, ſed curetur cum clyſtere & decoctione Hieræ pachii confecta cum melle. Poſtea da fortia: illa enim paſſio expectat beneficium Medici: ſecus in Apoplexia, vbi cum fortioribus oportet incipere, quia periculum eſt in mora. Et licet Rhazes in cura de Paralyſi ſcibat: Incipiemus curam eius à pillulis fœtidis: non voluit quod à principio ſtatim iſtud ſit faciendum: ſed quum materia eſt euacuanda, vt pharmaca adminiſtrentur fortia pro omnimoda materiæ eductione.

Notandum etiam quod vbique Meſues conceſſit Theriacam & Mithridatum, non tantùm in fine, ſed etiam in principio, quum tamen ſint fortiſſima alterantia & digerentia: verùm præmiſſis aliquot euacuationibus minoratiuis.

Digestio. Quæ licet prima intentio in cura Paralyſis materialis ſit: quia tamē ad digeſtionem multum proficit materiæ minoratio, ideo primū hoc faciendū eſt, & minorandum cū clyſtere acuto, & potius cum clyſtere quàm cū alia medicina:

quia cum hoc quod euocat & materiam minorat, ſimul etiam diuertit. Diuerſio autem & principio, & in augmento morbi locũ habet, ita quod concurrit cum intentione digeſtionis & euacuationis, quapropter communiter practicantes circa principium ad diuertentia cum ventoſis, frictionibus, ligaturis ſe conferunt, primo tamen leui præmiſſo clyſtere diuerſiuo.

℞. Aniſi, fœniculi, rutæ, ſiccæ, fl. camomillæ, meliloti, fl. anethi añ M j. maioranæ, fl. ſtœchados arab. acori, ſaluiæ, roriſmarini añ M. ſ. agarici vnc. j. Coquantur ſimul in ſufficienti quantitate aquę. ℞. Colat. ℔ j. cui admiſce hieræ pachii vnc. j. turbith, agarici drach. j. ſalis ℥ j. ß. fiat clyſter, & ille eſt diuerſiuus & reſolutiuus. De laxatiuis licet aliquid addere pro Medici arbitrio.

℞. Centaurij, rutæ, hyſſopi, roriſmarini, maioranæ, origani, betonicæ, vtriuſque ſaluiæ, iuæ, aſari, ſtœchados vtriuſque añ M j. agarici drach. 5 pulpæ colocynthidos vnc. ß. Coquantur in aqua ſufficienti, & fiat bona confrictio. ℞. Col. ℔ j. adde Hieræ Pachij vnc. j. ſalis gemmę drach. j. ß. miſce, fiat Enema.

℞. Syrupi de hyſſopo, mellis roſati añ drach. 6. aqu. betonicę q. ſ. fiat hauſtus.

Syrupi vſuales: Syrupus de hyſſopo, de ſtœchade, praſſio, acetoſi ſ. de quinque radicibus ſyrupus de calamentho, miua cydoniorum compoſita.

℞. Herbæ paralyſis, fl. ſtœchados Arab. maioranæ, acori, betonicæ añ M j. baccarum lauri, cubebarum, ſaluiæ, fl. roriſmarini, pulegij, origani, calamen-

calamenthi, menthæ añ M.ſ.ſem̃.ſinapi, ocymi, garyoph.cardamomi,Melegetæ añ vnc.ß. Ex his omnibus fiat ſyrupus,vel zulapium, addẽdo oxymellis ſcillit.parum.

♃. Rad.acori, fl.ſtœchados Arab.betonicæ, maioranæ,ſatureiæ,herbæ paralyſis,hypericonis añ M j.vtriuſque menthæ,ſaluiæ,anthos, fol.lauri,ſchœnanthi,chamæpythios añ M. ſ. rad. apij, feniculi,petroſel.añ drach.ȝ.ſeſeleos,baſiliconis, xylobalſami,carpobalſami añ vnc. ß. fiat horum decoctio,& cum zuccaro aut melle fiat ſyrupus, qui aromatiſetur cum cinamomo, macere, nuce Muſcata.

COROLLARIVM.In paſſionibus neruorum non debemus vti ſyrupo acetoſo,niſi in quibus ſit parum aceti:nec competunt oxymelita, quia acetum facit materiam plus fluere ad neruos,& plus ipſos lædit.

COROLLARIVM.Conuenientius medicinæ dantur in forma ſolida quàm potabili, quia longior ſic fit mora medicinarum, & completius eradicant materiam, quæ difficulter educitur, vel in pulueribus.

℞.Pil.fœtidarum drach.j.fiant pilulæ 7.vel cocchiarum ℈ 4.vel ſine quibus eſſe nolo,vel aggregatiuarum drach.j.

℞.Hieræ ſimplicis ℈ 1. Troch. Alhandali ℈ ſs. ſalis gemmæ gr.5.cum ſyrupo de ſtœchāde, fiant pilulæ 5.

Diaphœnicon non eſt laudabile in Paralyſi, de quo dantur drach.5. ad ℥.6. vel drach.8.

℞. Diaphœnici in liquido ℥ 6. zuccari q. ſ. fiat bolus. Si quis non poſſet accipere propter abominationem, tunc accipiatur cum melle.

℞. Hieræ Pachij drach. vi. Turbith. el. drach. ß. Zingib. ℈ ſ. ſalis gemmę gr. 4. miſce ſimul pro doſi vnica.

℞. Cinamomi, macis, xyloaloës, cardamomi an̄ drach. 1. nucis muſcatæ, diagalangæ an̄ drach. 1. ſenæ, turbith. an̄ vnc. 1. ß. Auellanarum mundat. à cortice vnc. 3. Mellis q. ſ. fiat Electuarium. Doſis vnc. ſs. ad drach. 6.

℞. Cinamomi, garyoph. macis, nucis muſcatæ an̄ drach. 1. zingiberis drach. 2. acori drach. 3. turbith. vnc. ß mellis q. ſ. fiat Electuarium.

Corollarivm. Vſus caſſiæ fiſtulæ inutilis eſt ſecundum Rhazem in paralyſi. Item in minoratiua euacuatione propter eius humectationem: quapropter idem Rhazes vituperat eam, ſimiliter alias lenitiuas medicinas, licet à quibuſdam ponantur.

Corollarivm. In paralyſi electuariis ſolutiuis conuenienter commiſceri poteſt drachm. 1. vel parum plus de electuario ſucci roſarum: nam ipſum per ſe parum ſoluit, ſed ſolutiua facit citò ſoluere.

Corollarivm. Pilulæ dentur ſerò, electuariū verò manè, & patiens ieiunet v. horis: his enim medicinę laxatiuę ſuam complent operationem: poſtea accipiatur abſterſiuum, poſt quod ieiunet vnam horam, & deinde comedat.

Alij

Alij volũt, quod in principio debeat fieri phlebotomia, alii verò non. Quicquid ſit, cùm videris etiam materiam phlegmaticam pro cauſſa eſſe, corporis tamen habitudo, complexio, ætas, & aliæ conditiones pro phlebotomia conſentirent, tunc fiat minuta per vices, in quantitate diſcreta magis, quàm continua. Verùm vbi ſanguis fuerit in cauſſa, tunc audacter phlebotomandum, & copiosè euacuetur ſanguis phlegmaticus.

Corollarivm. Oportet etiã in morbo chronico de materia difficulter mobili ſæpius digeſtiua & euacuatiua reiterare. Si poteſt virtus ſufficere digeſtiuis & euacuatiuis oblatis, fiat euacuatio per tres vel quatuor dies, in quibus patiens confortetur, & regatur bona diæta: poſtea reiterentur digeſtiua & euacuatiua.

Corollarivm. Si poſt digeſtiones & euacuationes patiens non alleuiatur, fiat ceſſatio vſque ad quatuordecim dies, in quibus patiens ſola diæta regatur.

Euacuationes particulares. ℞. Maioranæ, rutæ, ſem. nigellæ, pyrethri, caſtorei, acori, piperis an̄ drach. n. 1. terebinthinæ quantum ſufficit, incorporetur cum his pulueribus, & formentur Naſalia.

℞. Origani, hyſſopi, rutæ, maioranæ, ſaluiæ, iuæ an̄ Mj. rad. acori, apii, feniculi, petroſelini an̄ ℥ 3. aniſi, marathri an̄ drach. 2. ſem̄. nigellæ drachm. 1. Decoquantur in aqua ſufficienti. ℞. ℔ 1. colat. adde oxymellis ſcillit. vel compoſiti vnc. 3. miſce, fiat gargariſmus.

Confortentur nerui ſequentibus intus & extra acceptis.

Ab intus: Acorus conditus, piper conditum, nux muſcata condita, pyrethrum conditum, theriaca, añ drach.j. ad drach. 2. qua nihil eſt melius, ſi manè & ſerò paralyticus ſumat pondus præſcriptum, vel quantitate fabæ, & ſuperbibat vinũ generoſum: hæc enim medicina corpus inflammat, & febrem inducit conſumptiuam humiditatum, molliciemque membrorum corrigẽtem.

Similiter caſtoreum eſt optimum omni modo adminiſtratum, tàm intus, quàm extra.

Aqua deſtillationis Alfeſeræ, id eſt, vitis albæ bryoniæ, paralyſin curat: propterea Meſues dicit ipſam valere ad paralyſin & ſpaſmum.

Fiat ſtupha ex lapidibus ignitis vino extinctis: vt eſt camomilla, origanum, ruta, artemiſia, iua, & ſi quæ ſunt alia.

Corollarivm. Poſt exitum balnei patiens inungatur cum vnguentis & oleis calidis, in loco originis neruorum tendentium ad membrum paralyticum.

Vnguentum Marſilij de Sancta Sophia. ℞. Olei multum antiqui ℔ 1. Ceræ rubræ vnc. 2. liquefiant ad ignem, & proiiciatur de ſuper euphorbii pulueriſati vnc. 1. caſtorei vnc. ſs. fiat vnguentum.

℞. Succi ſaluiæ vnc. 1. abſinthii, maioranæ, apii añ vnc. ſs. baccarum lauri, iuniperi, caſtorei añ ʒ ſ. Marciati vnc. 2. Ceræ rubræ drach. 5. aceti parum, ſ. a. vnguentum.

Conducunt & alia calida, Arogon, Marciatũ, Agrip-

Agrippæ,ol.liliorum, pyrethri,coſti, euphorbii ℈ ſs.

Ad inducendam febrem,fiat linimentum, vt ſequitur,quo inunge pulſus brachiorum & temporum,etiam ſub axillis,item vtraque emunctoria,dextrum & ſiniſtrum:viris pudenda, mulieribus mamillas,omni die.

℞.Olei petræ,vel laurini, vel ſimpliciter oliuæ ℔ 1.ouorum formicarum vnc.3.bulliant ſimul ad conſumptionem tertiæ partis.Vtere.

℞.Pyrethri,euphorbii,piperis an̄ drachm. j ſs. pulueriſata bulliant in vno ex notatis oleis.

Diæta in ſex rebus non naturalibus ordinetur ad calidum & ſiccum.

Corollarivm.Ad tenendum ventrem laxum patiens accipiat pilulam vnam ex infraſcriptis ante cœnam.

℞.maſſæ pil.alephang drach. 2. Troch. Alhandali,de agarico an̄ ℈ 1.ſalis gemmæ ℈ ſ. incorporentur cum ſyrupo de ſtœchade,fiant pilulæ 21.

Corollarivm.Si quis vult componere pilularum maſſam ad longum vſum,ne indurētur,conficiat ipſas cum Syrupis.

℞. Piperis vnc.j. zingib. cardamomi, piperis longi,cinamomi,zedoatiæ an̄ drach.ſs.ſpicæ nardi,maceris,acori an̄ ℈ j. miſce trita optimè, fiat puluis.

Hydromel aqua mulſa.℞.Aquę ℔.xl.boni mellis ℔ 5.calamenti,origani,hyſſopi,iuæ,maioranę, ſaluiæ an̄ M.ſ.omnia bulliant ad medietatis conſumptionem,fiat colatura, cui addantur ſpecies

ſequentes. ℞. Cinamomi vnc. ſs. nucis muſcatæ, gingib. cardamomi, trium piperum añ drach. 1. ſs. Bulliant vnica ebullitione, & reponantur in vas aliquod vitreum, & permittantur reſidentiam facere de manè vſq; ad ſerum ſeu veſperam: poſtea, id quod clarum eſt, reſeruetur pro vſu quotidiano: durat ad 6. menſes nullo modo alteratum.

COROLLARIVM. Poſt purgationem, phlebotomiam, & alia vniuerſalia, coque folia tithymalli maiora, ablue loca paralytica cum decoctione, & folia, ſine conquaſſatione, per modum emplaſtri appone.

Emplaſtrum valens in ablatione ſenſus. ℞. Pyrethri, baccarum lauri, ſtaphiſagriæ, euphorbii, ſambuci, boraginis, ſem. ſinapis, caſtorei, piperis añ vnc. 1. terantur & conficiantur cum ſucco cucumeris aſinini pro emplaſtro.

℞. Ceræ, olei liliorum alborum añ part. æq. diſſoluantur ad ignem: adde caſtoreum, myrtham, galbanum, fiat vnguentum.

Syrupus Magiſtralis, valdè bonus in paſſionibus neruorum, Paralyſi, Spaſmo, Epilepſia.

℞. rad. acori veri drach. 2. pimpinellæ drach. 3. pæoniæ, bugloſſæ añ drach. 2. ſem. feniculi, cubebarum añ. drach. 1. agrimoniç, matricariç, primulæ veris añ. m. ſ. ſaluiæ, nepetæ, mentaſtri, maioranæ añ M. ſ. florum anthos ʒ 3. agarici ℥ 1. ſs. cinamomi, nucis muſcatæ añ ʒ 1. Incidant & infundātur in ℔ 6. aquæ fontanæ, vel ſi ſit diues, in aqua

ſaluiæ

ſaluiæ & feniculi ana ℔ ȝ.ſtent per horas 10. poſtea coquantur ad conſumptionem ſextæ partis, fiat colatura quæ dulcoretur cum ſimplici zuccaro vel melle: dentur manè & ſerò vnc. ȝ. ſs. potenter materias ſciatici & ſpaſmoſi morbi reſoluit, & dolorem mitigat.

DE TORTVRA.

COROLLARIVM. Tortura aliquando præcedit apoplexiam & epilepſiam, aliquando ſequitur ad illas ægritudines.

NOTA cauſſas, quæ ſunt paralyſis & ſpaſmi.

SIGNA torturæ à paralyſi & ſpaſmo: ſi à paralyſi, tunc pars læſa cadit ſuper partem ſanam, & pars læſa eſt mollis; & adeſt humiditas & ſaliuoſitas oris: ſed ſi à ſpaſmo, tunc pars læſa trahit ad ſe partem ſanam, & pars læſa eſt dura, & pauca ſaliuoſitas & humiditas oris in illa animaduertitur.

Cura conſiſtit in { Diæta ſeu victu, qui debet eſſe contrarius cauſæ, hoc eſt, torturæ. / Potione.

Si tortura eſt à complexione pura immateriali, cura eſt per ſola alterantia.

Si à ſanguine, tunc præmiſſo enemate leni, fiat phlebotomia de cephalica vna, vel ambabus.

COROLLARIVM. A principio in tortura non eſt incipiendum à fortibus & vehementibus medicamentis, niſi talia concurrerent accidentia, propter quæ timenda eſſet apoplexia vel epilepſia:

quo in caſu,acuto enemate euacuamus & diuertimus:alioqui materia prius eſt digerenda, quando morbus dat inducias.

COROLLARIVM. Si adſit multitudo ſanguinis, fiat primo die phlebotomia diuerſiua, altero euacuatiua.

Poſt phlebotomiam fiant alia quo ad localia, vt infra de materia phlegmatica.

De regimine ſex rerum non naturalium quære Guainerium.

Si à phlegmate, præmittendum eſt minoratiuum.

℞. Saluiæ, maluæ, biſmaluæ, mercurialis, branchæ vrſinæ, betonicæ añ M j. Decoquantur in aqua ſufficienti pro Enemate, ℞. colat. ℔ j. Hieræ compoſ. vnc. 1. olei chamæmelini vnc. 3. ſalis communis drach. 1. vel pil. Alephang. drach. 1. Agarici Troch. Troch. Alhandali añ gr. 5. cum aqua betonicæ fiant pilulæ 7.

℞. Diaphœnici in liquido, Hieræ ſ. añ vnc. ß. aquæ betonicæ q. ſ. fiat hauſtus, vel bolus cum zuccaro.

COROLLARIVM. In ſolida forma medicamenta per os ſumpta, meliora ſunt, præſertim in capitis affectionibus, quàm in liquida.

℞. Turbith albiſſimi drach. 1. zingib. albi ℈ 1. macis gr. 3. cinamomi interioris acuti drac. ß. diagridii. ℈ ſ. zuccari diſſoluti aqua hyſſopi vnc. 1. ß. fiat confectio in rotulis, vel morſellis, diuidatur in duas partes, detur vna, & poſtea alia.

COROLLARIVM. Diagridium non euacuat, ſed

eſt

eſt calcar aliarum medicinarum laxatiuarum.

℞.Mellis roſati,ſyrupi de hyſſopo añ vnc.1.ß.aquæ betonicæ,ſaluiæ añ q.ſ.fiat hauſtus.

℞.Pilularum Cochiarum drach.1.fiat euacuatio cum aliis ſolidis & liquidis.

Euacuationes particulares: ℞.Roriſmarini, hyſſopi,ſaluiæ,betonicæ,añ m 1.rad. acori, pyrethri añ vnc.ß.ſem.nigellæ,ſtaphiſagriæ,aniſi, marathri añ drach.1.ß.nucis muſcatæ drac.1. fiat decoctio in ℔ 2.ß. aquæ fontanæ ad conſumptionem ℔ 1.Colaturę adde oxymellis ſcillitici vn.5.miſce, fiat gargariſmus.

℞.Roriſmarini,rutæ,maioranæ,ſaluię,ſem.nigellæ,ſinapi,pyrethri, caſtorei,piperis, aſæ fœtidæ añ drach.1.fiat puluis,ex quo cum terebinthina formentur Naſalia.

Caputpurgia poſt tertium diem conueniũt, ex caſtoreo,pulpa colocynthidos,ſucco maioranæ,piperę albo:fiant manè gargariſmi, ante cœnam caputpurgia.

Poſt illa,teneat patiens in ore caſtoreum,aqua vitæ diſſolutum,& hoc eſt optimum.

Confortatio neruorum, & partis quæ torturã patitur, fit ab extra embrocationibus, cataplaſmatis,fomentationibus,epithematibus.

℞.Calamenti,origani,hypericonis,praſſij,iuę, fl.camomillæ,ſaluiæ,hyſſopi,añ M 1.maioranæ, roriſmarini añ M ſ.fiat decoctio,ex qua fiat fomẽtatio:inungatur pars affecta vnguentis illis, quæ valent in paralyſi & ſpaſmo, maximè circa originem neruorum.

Emplaſtrum: ℞. Ammoniaci, ſerapini an̄ vnc. ſs. euphorbii, caſtorei, aſæ fœtidæ an̄ drach. j. olei liliorum vnc. ȝ. ceræ & terebinthinæ an̄ q. ſ. fiat Emplaſtrum (poſſunt pulueres herbarum ſupra aſſignatarum pondere drach. 1. commiſceri) apponendum parti læſæ, vſque ad occipitium & mentum.

COROLLARIVM. Aſa fœtida, caſtoreum, & nux muſcata, habent principatum in tortura poſt vniuerſalia.

DE SPASMO.

Tres ſunt ſpecies ſpaſmi: Emproſthotonos, Opiſthotonos, Tetanus.

COROLLARIVM. Omne membrum quod mouetur motu voluntario, per muſculos mouetur.

Spaſmus eſt duplex
- Proportionatus ad materiam: de
  - repletione
    - humorali
    - ventoſa
  - inanitione
- Non proportionatus ad materiam, ex ventoſa & mordaci qualitate.

Cauſa ſpaſmi de repletione, eſt omne illud quod facit materiam currere ad lacertos, vel debilitas neruorum ex nimia fatigatione propter quam lacerti facilè recipiunt ſuperfluitates aliorum membrorum, vt contingit iter facientibus.

Cauſſa ſpaſmi de inanitione, eſt omne illud quod poteſt neruos exiccare, & eos ſua humiditate naturali priuare.

Spaſm-

Spaſmus de inanitione eſt ægritudo peracuta & difficilis curationis.

COROLLARIVM. Omnis ſpaſmus eſt difficilioris curationis quàm paralyſis, & eſt paſſio valdè metuenda.

COROLLARIVM. Signa diſtinctiua ſpaſmi de repletione & inanitione eſt habitudo corporis: ſpaſmus de inanitione fit paulatim: de repletione ſubitò.

NOTA. Rhazes in diuiſionibus capite proprio ſcribit, quòd ſpaſmus de repletione fiat paulatim: Auicenna & alii tenent oppoſitum. Ad tollendam illam apparentem controuerſiam, poteſt dici, quòd ipſe comparabat ſpaſmum repletionalem, factam per viam defluxus materiæ ad membra: vel aliter poteſt reſponderi, quòd ſpaſmus repletionis comparatus ad ſpaſmum inanitionis, etſi hic paulatim fieri dicatur, illè verò ſubitò: tamen comparando cum paralyſi quæ etiam eſt paſſio per viam defluxus, tardioris eſt motus quàm paralyſis.

De cura ſpaſmi ex repletione, cuius cauſſa eſt phlegma: conſiſtit in diæta & potione.

Diæta ordinetur ad calidum & ſiccum.

Intentiones.

Digeſtio.
Euacuatio.
Diuerſio.
Confortatio.

Notandum circa curam ſpaſmi, quòd ſpaſmus eſt ęgritudo magis timenda, quàm paralyſis: vnde

aliquando eſt neceſſaria euacuatio ante digeſtionem materiæ, vt in humoroſa paralyſi: at vbi eſt alicuius particularis & ignobilis membri, poſſunt dari digeſtiua ante euacuationem.

Nota inſuper ſecundum Gerardum, quòd cũ reſolutiuis localibus non eſt procedendum ſicut in paralyſi: ſed in ſpaſmo oportet primò mollificare membrum cum oleo de lilio, cum muſcilagine ſem. fœnogræci, lini, althçæ; vnguento de althæa, & poſtea ſunt faciendæ inunctiones reſolutiuæ.

℞. Maluæ, biſmaluæ, florum camomillæ, origani, foliorum lauri, betonicæ, maioranæ añ M j. agarici vnc. I. coquantur in ſ. q. aquæ ad ℔ j. In colat. diſſolue Hieræ ſ. ℥ j. Turbith electi vnc. ß. olei camomillæ vnc. 2. fiat Enema, adminiſtretur.

COROLLARIVM. Clyſteria minoratiua debent aliquantulum eſſe acuta in ſpaſmo.

℞. Maluæ, althçæ, ſaluiæ vtriuſque, betonicæ, ſtœchados, origani añ M j. rad. acori, polypodii, añ vnc. ß. Decoquantur ad ℔ j. Col. adde hieram, Benedict. laxatiuam, ol. camomillæ, vt ſupra.

℞. Syrupi de ſtœchade vnc. I. ß. aquæ betonicæ, ſaluiæ añ vnc. j ß. miſce, fiat hauſtus: idem fiat cum aliis phlegma digerentibus.

Digeſtiuum: ℞. Rutæ, ſaluiæ, hyſſopi, betonicæ, ſtœchados vtriuſque, calamenthi, roriſmarini añ M I. rad. acori, pæoniæ añ drach. 3. rad. apii petroſelini, feniculi, ruſci, aſparagi añ vnc. ß. ſem. aniſi, feniculi añ drach. 3. coquantur in aqua ad commodam exuirtuationem, ad remanentiam

℔ 3.

℔ 3.quibus colatis adde mellis boni vnc. ʃ. nucis muſcatæ,cinamomi an̄ drach.1.aceti Scillitici vn. j. ß. Bulliant quinque vel ſex ebullitionibus, administretur apozema debita quantitate ſeu doſi.

℞.Maſ.pil.Cochiarum drach.1.vel ℈ 4. vel aggregatiuarum, Hieræ cum agarico, ſine quibus eſſe nolo.

Corollarivm.Melius eſt accipere medicinas in ſolido quàm liquido, hoc loco.

℞. El. Diaphœnici drach.6.cum zuccaro fiat bolus.

℞.Diaturbith drach.6.zingib.℈ ß.zuccari drac. 1.ß.fiat puluis.

Corollarivm.Fiant euacuationes vt dictum in paralyſi,confortatio,localia adminiſtrentur & ponantur ad originem neruorum,& ad membrũ læſum quod mollificetur per vnguenta,olea,emplaſtra, fomentationes, epithemata, embrocationes.

℞.Vnguenti Dialtheæ,Marciati an̄ vnc. 1. miſce,vtere.eſt mollificatiuum & reſolutiuum.

Nota.Vnguentum de anſere & cato præcipuũ eſt in ſpaſmo poſt euacuationem, & ponitur à Nicolao.fuit autem Tadæi antiqui gloſſatoris,& fit hoc modo.

℞.Anſerem pinguem, quo euiſcerato, capiatur catus pinguis excoriatus& euiſceratus,in fruſta conciſus & piſtatus, ponatur in ventre anſeris,cum lardo,thure,myrrha,& ita ſuatur,vt non poſſit exire pinguedo de ventre anſeris:aſſetur in veru,& quod de pinguedine deſtillat in ſartaginẽ

plenam aceto albo dimittatur infrigidari: tunc ſupernatantem pinguedinem, ſæuum, & carnes anſeris & cati miſce, permittito bullire multis ebullitionibus in aceto: quod remanet, colligatur, ſeruetur que vſui: valet etiam ad podagram mirabiliter dolorem ſedando.

Vnguentum Marſilii de Sancta Sophia: Decolletur vulpes: abſcindantur extrema, & euiſceretur. dein ſequentia imponantur ventri.

℞. fl. ſtœchados, ſaluiæ, betonicæ, folliculorum ſenæ añ M ſ. rad. acori quartam manipuli partem. Accipiatur vulpes, & bulliat in aqua ſufficiente fluuiali, vnà cum pelle, quouſque pellis totaliter ſit diſſoluta: finito refrigerari: poſtea accipiatur pinguedo, liquetur & coletur.

℞. Medullæ ceruinæ, pinguedinis anatis, leonis añ vnc. 1. bdellii. ſerapini diſſolutorum in oxymelite, ſquillæ añ drach. 1. ß. œſypi humidæ vnc. j ß. cineris cranei leporis combuſti drach. 1. cinamomi puluerifati ℈ 4. croci ℈ 2. mucilaginis altheæ, luti vnctuoſi adhærentis parietibus balnei naturalis añ vnc. ß. ceræ citrinæ q. ſ. fiat vnguentum molle.

Olea vſitata ſunt hæc: vulpinum, coſtinum, de caſtoreo, liliorum alborum.

Corollarivm. Si adeſſent ſigna ſanguinis, poſſet fieri phlebotomia, minuta tamen propter vires.

Corollarivm. Accipiatur pinguedo renum arietis caſtrati, & membrum ſpaſmatum cum tali pinguedine inungatur, citò videbis alleuiationẽ.

Si

Si per duos dies adminiſtrata ſunt ea quæ reſoluunt, tunc per duos dies adminiſtrentur ea quę mollificant, vt in ſubtile reſoluatur, & in neruis fiat continuatio.

De cura ſpaſmi ex inanitione.

Ea eſt difficilis curatu, & plerumque mortifera: fit autem per humectationem, & corporis nutritionem: lacte amygdalato, balneatione in lacte, inunctione ex oleis humidis, muccilaginoſis, & axungiis poſt balneum, diæta bona. Dantur autem quæ corpus nutriunt, & humectant, ab intus & extra.

Si ſpaſmus eſt ab apoſtemate, pleureſi, vel aliis morbis, prius iſti morbi curentur: poſtea recurratur ad caput de ſpaſmo: omnes iſti ſunt de repletione, excepto eo, qui ſequitur ad febrem conſumptiuam.

Cura ſpaſmi ex punctura, vel venenoſa qualitate neruis communicata, petatur ex Guainerio.

DE MELANCHOLIA ET MANIA.

Melancholia eſt corrupta imaginatio, mentiſque alienatio ſine febre & cauſa manifeſta.

Corollarivm. Naturalis melancholia non facit ægritudinem, quia quod eſt ſecundum naturam, non facit morbum: ſed facit timidos, inuidos, pigros, obſtinatos, infideles.

Corollarivm. Nota tres ſpecies melancholiæ ſecundum loca: quia vel eſt in cerebro, vel eſt in Mirach, vel in venis. Mania ex ſanguine aduſto,

Lupina ex cholera aduſta, melancholia ex melancholia aduſta.

Corollarivm. Infinitæ ſunt imaginationes corruptæ, ſicut infinitæ imaginationes naturales: nam homo poteſt habere mille imaginationes in vna hora.

Nota cauſſas. Melancholia non tantum fit ex humore melancholico, ſed etiam ex complexione melancholica.

Gradus melancholiæ ſunt tres: Falſa cogitare, falſa cogitando loqui, falſa cogitata prolata opere exequi.

Signa hæc omnibus melancholicis inſunt, timor, triſtitia, mentis corruptio, Galenus 3. inter. cap. 7.

Corollarivm. Omnis melancholicus cauſſam timoris ſecum portat, ſcilicet humorem melancholicum.

Signa Melancholiæ { ſanguineæ, cholericæ, phlegmaticæ, atrabiliariæ.

Cura fit per diætam, quę ordinatur ad calidum & humidum, plus tamen ad calidum.

Patiens ſit in aëre calido & humido naturali, vel per artem humectato & luminoſo: auferantur picturæ, non ſint ſolitarij, radij ſolares non attingant eos multum: aër aromatiſetur, vel locus, in quo degit, ex ligno aloës & garyophillis.

Cura maxima eſt, vt patiens dormiat, & ſi non per ſe, tamen per artem ex cap. de Zaccara, de medi-

medicinis ſomniferis: prohibeatur ab exercitio corporis & ingenii: quieſcant animæ accidentia, verſetur in gaudio cum hominibus ſolatioſis, & quos ferre poſſit.

Cibus: Carnes conuenientes, vt inquit Rabi Moſes, pro melancholicis, ſunt gallinarum, pullorum: æger bibat earum brodia, quoniam hoc genus volatilium proprietatem habet in rectificanda intemperie humorum melancholicorum: non accipiantur multum antiquę, vt duorum annorum, ſint nec paruæ, nec nimis pingues, ſicut nec macilentæ: nutriantur autem huiuſmodi gallinæ cum farina hordei, diſtemperata lacte, & adminiſtrentur fruſta caricarum. Inſuper comedat phaſianos, turtures: rectificāt enim intellectum, & quia ſunt aues ſiccæ, dentur ipſæ in brodiis.

Corollarivm. Inter omnes quadrupedum carnes, agnellorum ſunt laudatiſſimæ, poſtea hædinæ, vitulinæ, iuuenis caſtrati.

Piſces boni comedantur.

Corollarivm. Nihil detur de leguminibus, excepto hordeo, ex quo fit ptiſana, vel miſceatur brodiis gallinarum.

Corollarivm. Ex oleribus detur borago, bugloſſa, ſpinachia.

Corollarivm. Lac eſſet medicina electiſſima, ſi patiens non febriret, & haberet ſtomachum mundum: ſed alius cibus cum lacte non commiſceatur, nec vinum aſſumatur, ad cauendam corruptionem in ſtomacho: lac enim nullum cibum patitur, quàm ſaccharum, aut mel.

℞.Duo vitella ouorum, conquaſſentur cum modico lacte,addatur libra lactis,zuccari ℥ß.bulliant ſimul ſemper agitando.

COROLLARIVM.Detur vinum bonum, & quando limphatur cum aqua bugloſſæ, debet hoc ſtare per horam aut plus,vt vinoſitas aquoſitatem ſuperet & alteret, aliàs generat ventoſitatem.Rabi Moſes.Item commendat vinum,quãdo ipſum cum tertia parte aquæ roſarum redolentiſſima limphatur,quoniam dicit ſe expertum eſſe quod confortet ſtatim,& faciat animam amplam,nec inebriat,aut cerebrum offendit.

COROLLARIVM. Idem commendat radicem bugloſſæ ſum̃operè, quòd habeat in ſe proprietatem dilatandi animam,delendi extirpandique affectus melancholicos:quapropter nunquã eâ carere deberet melancholicus, tam in cibis, quàm in medicinis.

COROLLARIVM. Iulep Baſiliconis maximè commendatur, vt cum aqua bugloſſæ commiſceatur, de quo bibere patiens ſæpiùs debet. Folia Baſiliconis coquantur in aqua tamdiu, donec tota virtus in aquam recipiatur,tunc coletur & cum zuccaro albo fiat Iulepium.

℞.Succi bugloſſæ,ſucci baſiliconis añ ℥ ȝ.depurentur.dein admiſce aquæ roſarũ redolentiſſimæ ℔ j.bulliant ſimul,& cum zuccaro albiſſimo fiat iulepus clarus ad ſpiſſitudinem ſyrupi roſacei coctus.

COROLLARIVM.Secundũ Rabi Moſem fructus humidi vituperantur,quoniã ſecundũ ipſum om-

omnes fructus humidi mali ſunt ſanis & ægtis: quia (vt ipſe ſcribit) alterant ad omnem malum humorem in corpore exiſtentem, & ſingulariter vituperat perſica: ſed comedat de amygdalis, vuis paſſis mollificatis, de auellanis parùm.

COROLLARIVM. Melancholici caueant à coitu: niſi melancholia eſſet ab abſtinentia, tunc in menſe ſemel conceditur.

COROLLARIVM. Balneum aquæ dulcis cōceditur de tertio in tertium.

COROLLARIVM. De condimentis poteſt vti moderatè de maci, nuce muſcata, cinamomo, & ſingulariter croco, qui vtiliter ponitur in omnibus cibis. De eo ſumenda eſt magna quantitas. quia appetitum cibi de proprietate ſua aufert.

COROLLARIVM. Hordeum conuenientiſſimè commiſcetur brodiis gallinarū, vel fiat ptiſana. Vide Gal. de melancholia & cibis generantibus melancholiam & ſignis, tert. interior. Cap. 1.

Intentiones.

Digeſtio præmiſſo minoratiuo.
Euacuatio.
Diuerſio.
Confortatio. Alteratio.

COROLLARIVM. Non omnis melancholia eſt curabilis, ſed ſolùm recens quæ eſt infra annum. Et ſi contingat aliquando melancholiam duorum annorum curari, ſed confirmata non curatur. Ergo non intromittat ſe Medicus ad quamlibet melancholiæ curam.

COROLLARIVM. Cura melancholiæ eſt difficilis & laborioſa, quia patientes ſunt inobedientes & non ſumunt med cinas.

COROLLARIVM. Si eſſet materia ſanguinea, poſſet fieri minuta phlebotomia in ſaluatella ſiniſtra vel ſi patiens eſſet carnoſus, fortis, vel muſculoſus, poſſet fieri phlebotomia propter diuerſioné, & poſtea in cephalica. Sed in aliis melancholicis teneatur ſanguis in cuſtodia magna, quia ſanguis reſiſtit ſuis qualitatibus melancholiæ.

℞. Diaſenæ, Diacatholiconis, caſſiæ, añ drach. 2. ſyrup. violarum vnc. ß. aquæ meliſſæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. m. p. de lapide lazuli, fumo terræ añ drac. ß. incorporentur cum vino, fiant pilulæ 9.

Nicolaus Florentinus hoc vſus eſt in multis pro euacuatione. ℞. Epithymi vnc. 1. ß aniſi drachm. 2. conquaſſentur, & bulliant ſimul vna bullitione in ſeri caprini vn. 6. colatura detur, poteſt dulcorari cum vnc. 2. mannæ.

Puluis lapidis lazuli, triceſies loti, primo ex aqua fontis decies, & poſtea ex aquis buglòſſæ vel borraginis vnc. 2. macis, ſpecierum diambrę, aromatici roſati añ gr. 5. zuccari q. ſ. fiat puluis.

℞. Lapidis Lazuli ſufficienter loti ℈ 1. thymi, epithymi, foliorum ſenæ añ ℈ ß. diagrydii gr. 6. ſpecierum diagalangæ ℈ ß. zuccari drac. 1. detur cum zulapio violarum.

Prima digeſtio. ℞. Syrupi fumi terræ, thymi, epithymi, fol. ſenæ añ vnc. ß. aquæ meliſſæ q. ſ. miſce.

Si non

Si non dormiat æger, ℞. Syrupi fumi terræ, violarum, nenupharis an̄ vnc. ſ. aquæ bugloſſæ q. ſ.

℞. Syrupi de ſtœchade, oxymelitis compoſiti, ſyr. violarum an̄ vnc. ß. aquæ buglоſſæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Conſeruæ buglоſſæ, boraginis, violarum an̄ vnc. 1. aquarum buglоſſæ, boraginis, meliſſę an̄ vnc. 1. ſs. ad ignem diſſoluantur, fiat colatura & adminiſtretur. Et eſt potus delectabilis. vel fiat Iulepus in hunc modum:

℞. Sacchari albiſſimi ℔ 1. aquarum ſupra notatarum ℔ ſ. decoquantur ad ſpiſſitudinem ſyrupi, ſeruetur ad vſum.

℞. Huius Zulapii calidi vnc. 2. aquę fontis vnc. 3. fiat hauſtus.

Ad ℔ 1. Zuccari capiatur ℔ ſ. aquæ.

℞. m. pilul. de lapide Lazuli drach. 1. fiant pilul. ix.

℞. m. pil. de fumo terræ drach. 1. diagridii gr. 7. fiant pilulæ 9.

℞. Diaſenæ, confectionis Hamech an̄ vnc. ß. Syrupi violarum drachm. 3. aquæ buglоſſæ q. ſ. fiat potio.

Corollarivm. Pilulæ de lapide Armeno valent optimè: ſed quia nullus ferè lapis Armenus verus habetur, potes omittere.

COROLLARIVM. Curandum eſt, vt lapis lazuli benè lauetur & præparetur, quia alias furentem & effrenem faceret euacuationem.

℞. Thymi, epithymi, fol. ſenæ, capillorum veneris, polypodij quærcini an̄ vnc. ß. buglоſſæ,

boraginis,fumi terræ,lupuli,cuſcutæ, flo. violarum,boraginis,bugloſſæ an̄ M ſ.coquantur in iii. ℔ aquæ ſ.a.ad remanentiam medietatis, coletur. Colaturæ impone tamarindorum vnc.1. prunorum num. 20. iuiubarum,ſebeſten an̄ num. 10. poſt ſufficientem decoctionem fiat colatura & paſſatio per pannum. ℞. col.vnc. 3. confectionis Hamech drac.2.ſyrupi violarum vnc.1.miſce, fiat hauſtus.

℞.Diapruni ſimpl.diacatholiconis,confectionis Hamech an̄ drach.3.ſyrup.viol.vnc. ſs. aquæ bugloſſæ q.ſ.fiat hauſtus.

℞.Caſſiæ fiſtularis drach.6.lapidis Lazuli puluerilati,prius benè loti,℈j. Diagridij gr. 7.ſyrupi viol.vnc.ß.aquæ bugloſſæ,meliſſæ,quantum ſufficit,fiat hauſtus.

℞.Conſ.violarum, boraginis, tamarindorum extract.an̄ drach.2.lapidis Lazuli loti,ſeu præparati vt oportet℈ j.vel drach.ß.diagridij gr.6.commiſce benè, & detur matutino tempore.

Diuerſio ſemper currit cum digeſtione.Diuerſiones,quibus fiunt euacuationes,benè valent,vt ſunt enemata:prouocatio hęmorrhoidum,menſtruorum,apertio varicum.

Clyſter: ℞. Maluæ,biſmaluæ, branchæ vrſinæ,baſiliconis,boraginis an̄ M j.ſtœchados vtriuſque drach.3.rad.acori drach.3.prunorum num. 10. decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, ad remanentiam ℔ 3. pro duobus vel tribus enematibus.

R.Co·

℞. Colati ℔ j.ol.violarum vnc.3.Hierę Ruffi drach.6.caſſiæ extractæ pro clyſteribus vnc.j. adminiſtretur.

Corollarivm.Pedes melancholici ponantur in aqua calida,in qua bulliant violę, bugloſſa, & fricentur cum ſale.

Confortatio & alteratio.

Corollarivm. Impinguatio corporis melancholici,optima eſt cura.

Conueniunt confectiones,electuaria,condita,confortantia,embrocationes,olea,vnguenta, balnea.

Confectio optima pro melancholicis:℞.Diambræ,diamuſci,dianthos,pliriſarchotici,el.è gemmis añ drach.2.rad.bugloſſæ minutiſſimè inciſarum,& recentium drach.6.cort.& ſem. citri, oſſis de cor.cerui,ſerici crudi,fl.roriſmarini, xyloaloës crudi añ ℈ j. ſem.baſiliconis,macis, nucis muſcatæ,garyoph.croci añ ℈ ß. margar.præparat. coral.rub.præparat.añ drach. 1. cinamomi acuti interioris drach.5.ſem.com.frigid.maior.excort. ſem.aniſi añ drach.3.papaueris albi vnc. 1. liquiritiæ drach.3.pinearum mundat.recentium vnc. 3, Zuccari diſſoluti in aqua bugloſſæ,roſarum, meliſſæ q. ſ. fiat Electuarium, cui commiſce conſeruæ bugloſſæ,violarum,roſarum añ ℔ ß. conſeruæ,nenuph.vnc. 4. addantur aliquot folia auri,de iſtis detur cochlear vnum horis duabus ante cęnam,in introitu lecti,& manè.

℞. Sp. dianthos,de gemmis, pliriſarchotici,

diambræ,margar.añ drach.1. zuccari diſſoluti in aquæ buglоſſę vnc.4.fiat confectio in morſellis. Fiat & balneatio in tinna de herbis quibuſdam & foliis ſalicum,ter in ſeptimana ieiuno ſtomacho, & poſt balneum ponatur in lectum,&confortetur cum cibis, caputq; inungatur cum oleo violarum.

COROLLARIVM. Balneum fiat poſt euacuationes,& cùm ſedet in balneo,fundatur aqua ſupra caput, niſi adſit catarrhus.

Io.Apo.E.In melancholia cerebri valet veſica facta in poſteriore capitis parte cum pede coruino.

COROLLARIVM.Cura continuetur & reiteretur digeſtiuis,euacuatiuis; nam difficulter eradicatur.

COROLLARIVM. Ponatur gallina nigra, vel canis exutus pelle ſupra caput.

COROLLARIVM.Digeſtiua,euacuatiua,& alia ſepties reiterentur,ordine quo debent: quia materia melancholica eſt groſſa, inobediens, & difficilis eradicationis.

Chirurgia:Quando illa non iuuerint, fiat cauterium potentiale, vbi attigerit Medicus digitus ſuturam coronalem,poſita radice manus ad radicem naſi,ad magnitudinem groſſi Bohemici, & craneum traponizetur, & foramen teneatur apertum ad xl.dies,vt dictum eſt in Epilepſia& dolore capitis.

Autores:Auicenna de mania cap.14.T. 4. primæ tertij,de melancholia cap. 18. T. ſupradicto.

Meſuæ

Meſuæ ſumma 3.de ægritudinibus cerebri. Serapio cap.21.& 22.T.primo.Gordonius cap.19.part. 2.Guainerius T.15.Valeſcus cap.12.& 13.primi.

DE CATHARRO.

Catarrhus eſt fluxus narium à capite ad membra inferiora.

Catarrhus aliquando capitur communiter pro quocunque fluxu ab vno membro ad aliud: propriè pro fluxu materiæ à capite ad membra inferiora. Et ſic capitur hic propriiſſimè pro fluxu materiæ ad pectus.

	Catarrhus		pectus	
Rheuma	Branchus	ad	fauces	fluens
	Coryza		nares	

COROLLARIVM. Catarrhus eſt principiũ multarum ægritudinum.

COROLLARIVM. In catarrho attendantur duo, materia, & fluxus materiæ. Ideo duæ ſunt cauſſæ generantes materiam, & facientes materiam fluere.

Cauſſæ generantes materiam ſunt, cibi omnes euaporantes & effumantes: vt omnia frixa, corruptio ciborum in ſtomacho. omnis repletio ſtomachi, indigeſtio, inordinata ſumptio ciborum, debilitas digeſtiuæ. Cauſſæ fluxus ſunt, omne mouens materiam diſſoluendo & exprimendo: radij lunares, ſolares, caput tangentes: infrigidatio pedum maximè lædit caput & membra neruoſa: odor nucum, violarum, muſci, ambræ, & aliorum ſenſibilium: item fœtor, præſertim caudelarum.

COROLLARIVM. Omnis catarrhus aut eſt frigidus, aut eſt calidus. Ergo duplex cura.

Nota ſigna { calidi à cholera, & aliquando à ſanguine. / frigidi à phlegmate. }

Vrina habens in ſuperficie circulum granuloſum, ſignificat catarrhum in capite & à phlegmate, tenditque ad albedinem: ſed à cholera ad flauedinem.

Cura eſt in diæta & potione.

Cura catarrhi calidi.

Aër declinet parum ad frigiditatem.

COROLLARIVM. Patiens remoueatur ab omnibus materiam mouere valentibus.

COROLLARIVM. Adſit beneficium ventris omni die.

Caſus tres requirunt phlebotomiam ante digeſtionem: Plethora, ſi cum catarrho inſurgeret, febris notabilis cum abundantia ſanguinis. Si etiam materia flueret ad mēbrum nobile: fiat phlebotomia de oppoſito latere, præmiſſo enemate. Gord. cap. 16. part. 3.

Intentiones.

Digeſtio.

Euacuatio.

Capitis confortatio, & catarrhi reſtrictio.

℞. Syrupi roſarum, nenuph. añ drach. 6. aquæ bugloſſæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Syrupi violarum, papaueris albi, acetoſę ſ. añ ℥ ß. aquarū ſolatri, plātaginis añ ℥ j. ß. fiat hauſtus.

℞. Con

℞. Conſ. violarum, roſarum, nenupharis añ ℥ j. miſce, detur de nocte quantitate nucis muſcatæ, vel caſtaneæ: manè dentur ſyrupi.

℞. Succi granatorum dulcium vnc. 3. detur pro potu delicatis cum aqua endiuiæ permiſceatur, vt bibi poſſit.

COROLLARIVM. Catarrhus non eſt ſiſtendus ante eius euacuationem notabilem & digeſtionem; non ſunt accipienda ſtiptica, vt ſuccus berberorum, nec ſyrupus de papauere ſolus eſt dandus.

℞. Pilularum Azaiereth ℈ 2. Rhabarbari ℈ j. Diagridij gr. 4. cum aqua nenupharis, vel ſyrupo roſato fiant pilulæ 9.

℞. Specierum Hieræ ſ. ℈ 2. rhabarbari electi ℈ j. aquæ endiuiæ pro incorporatione, fiant pilulæ.

℞. Electuarij de ſebeſten, ſucci roſarum añ drach. 3. ß. ſyr. violarum vnc. ß. aquæ endiuiæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Rhabarbari electi drach. 1. ſpicæ gr. 4. incidantur minutiſſimè, & vino bono redolenti aſpergantur, poſtea infundantur in aquarum caſei vnc. 4. ſtent per horas 12. facta confricatione bona & expreſſione colentur. Colaturæ admiſce caſſiæ fiſtulæ vnc. 1. El. ſucci roſarum Meſue drac. 3. miſce, fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Reſtrictio catarrhi non fiat niſi materia digeſta, & nobiliter euacuata.

Ad reſtringendũ valent ſyrupi de papauere, cydoniorũ ſuccus, berberorum, agreſtæ, myrtinus,

℞.Specierum diatrag. fr. diapapaueris, ſucci liquiritiæ, boli armeni præparati amyli añ drac. j. zuccari candi drach.3.penidiarum vnc.1.cũ muccilagine pſillii, & ſyrupo de papauere fiant trochiſci, ſeu formulæ ſub lingua tenendæ.

Poſſumus addere bolum Armenum, ſem. papaueris albi, opium, ſantalum rubrum. Confert odorari flores violarum, roſarum, nenupharis, ſantala: accipiantur ex his partes æquales vel conuenientes, fiat pomum odoratum.

℞.Roſarum rub. fl. nenupharis, ſantali albi & citrini, boli armeni añ ℈ j. camphoræ ℈ ß. fiat puluis ſubtiliſſimus cum gr. 4. macis & ℈ j. balauſtiorum, ponatur ad ſuturam coronalem madefactam aceto.

Meſue. Fiat ſuffumigatio cum decoctione hordei, furfuris, fabarum, cum aceto, in quo poteſt diſſolui camphora: aliquando additur ſemen lini. Ita etiam ſuffumigium fieri poteſt per ferrũ ignitum aceto roſato aſperſum, & per nares acceptũ.

Catarrhus à phlegmate.

Cura à cauſſa frigida & humida has habet intentiones.

1. Digeſtio.
2. Euacuatio.
3. Confortatio, & reſtrictio.

℞.Mellis roſarum, ſyrupi de ſtœchade añ ℥ 6. aquæ betonicæ q.ſ. fiat hauſtus.

℞. Mellis roſati vnc.1. ſyr. de hyſſopo vnc. ſs. aq-

aquæ ſaluiæ q. ſ. fiat hauſtus.

Digeſtio fit per conſeruas,electuaria,aquas.

Euacuatio per pilulas cochias,ſine quibus eſſe nolo.

℞.Pilularum azaiereth drach.1.troch. alhandali gr.6.fiant pilulæ nouem cum vino.

Infuſio agarici:℞.Agarici electi drach.2.incidatur fruſtatim,& aſpergatur cum ſale gemmæ pondere ℈ ſ.Infundatur poſtea in aqua lactis dulcis,& ſeruetur per horas 12.Deinde fiat confricatio, expreſſio, & colatura. Colaturæ adde caſſiæ fiſtulæ drach.6.el.Indi drach.3. fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Pilulæ contra catarrhũ præſertim in materia frigida ſint fortes.

Confortetur caput, & reſtringatur catarrhus.

Puluis garyophyllorum maximè valet ſynapiſatus ad commiſſuram capitis,aqua roſarum, vel aceto roſato præmadefactam.

℞.Cort.citri, roriſmarini, macis, xyloaloës crudi,balauſtiorum,ſandaracæ,thuris añ drac. ß. garyoph. ſelect.drach.1.fiat pul.vt alchool,madefiat commiſſura aqua roſarum vel maioranæ ſtillatitia,& inſpergatur poſtea puluis.

Fiant ſuffumigia ad nares.

COROLLARIVM.Sandaraca,vel vernix valet in catarrho à cauſa frigida, per fumum in nares accepta:at à cauſſa ſeu materia calida, aſpergatur prius aceto, poſtea ponatur ad regulam ignitam.

℞.Thuris,myrrhę,ſandaracæ, nucis muſcatæ añ ℈ j.cũ gummi Arabico fiant pilulæ,formentur

ex ℥j.num.7.ſumantur in introitu lecti.

℞. Ariſtolochiæ rotundæ, myrrhæ, thuris, ſandaracę, galliæ muſcatæ an̄ partem conuenientem cum ſtorace liquida fiant trochiſci pro fumo ſuſcipiendo in nares.

Meſue. Reſtringentia catarrhum frigidū ſunt, myrrha, thus, ſpica, lignum aloës, nigella, ſtorax, maſtix, ſandaraca, coſtus.

DE INCVBO.

Incubus eſt paſſio, qua homo ſentit ſe aggrauatum ac ſi magnum pondus ſuper ſe iaceret, & non habet anhelitum liberum, videturque ſuffocari propter arteriarum à corde ad cerebrum aſcendentium oppilationem: nam ſpiritus prohibentur aſcendere & deſcendere pro ſenſu & motu membrorum.

Corollarivm. Arteriæ procedunt à corde ad rete mirabile, vt ex vitali ſpiritu fiat animalis: qui ſpiritus facti animales, mittuntur ad alia membra pro ſenſu & motu.

Corollarivm. Non omnis ſpiritus ad cerebrum veniens, fit animalis, ſed manet vitalis pro viuificatione cerebri.

Corollarivm. Omnis ſpiritus ſecundùm ſuum eſſe & ſubſtantiam generatur in corde: quando autem venit ad cerebrum, aut hepar, tunc aliam inducit complexionem.

Corollarivm. Incubus fit propter oppilationem arteriarum à corde ad cerebrum aſcendentium, quia ſpiritus non poſſunt à corde aſcendere ad cerebrum, nec deſcendere à cerebro

ad

ad membra:nerui enim pectus mouentes procedunt à puppi. ergo facta oppilatione conſtringitur pectus, ad quam cōſtrictionem ſequitur conſtrictio pulmonis, & poſtea cordis; vnde homo exiſtimat ſe habere magnum pondus ſupra pectus. Cōſtrictio ſpirituum pulmonis primum incipit à membris lōginquioribus, ideo homo exiſtimat, quòd hoc phantaſma primum arripuerit pedes, & poſtea aſcenderit vſque ad regionem cordis.

COROLLARIVM. Paſſio hæc non eſt negligenda, quia eſt præſagium apoplexiæ & epilepſiæ.

COROLLARIVM. Incubus eſt paſſio cerebri, quia cerebrum patitur diminutionem ſpirituum animalium, propter oppilationes quæ in puppi cerebri ſunt commiſſæ.

Nota ſignorum & cauſſarum differentias.

Cura fit per diætam & potionem.

Si ſit à ſanguine, fiat phlebotomia, ſi opus eſt, in ſaphenis, cephalica, & aliis venis particularib.

℞. Iuiubarum, ſebeſten an̄ paria 6. prunor. nū. x. decoquantur in aquæ vnc. 8. ad conſumptionē medietatis. Colaturæ adde tamarindorum extractorum vnc. j ß. ſucci roſarum drac. 2.

℞. Prunorum num. 20. decoquantur in aquæ vnc. 8. ad conſumptionem medietatis. Colaturæ adde Caſſiæ extractæ vnc. 1. ſucci roſarum drac. 3. miſce.

Si eſt à phlegmate, fiat vt dictum eſt de dolore capitis à phlegmate, vel in epilepſia.

COROLLARIVM. Poſt euacuationem fiat

confortatio cerebri cum acoro & aliis conſeruis & electuariis calidis caput confortantibus.

Si eſt à cholera, fiat vt dictum de dolore capitis, peccante materia cholerica.

COROLLARIVM. Omnis cura digerendo, euacuando, ſimilis eſt curæ doloris capitis ab humoribus.

DE OPHTHALMIA.

Ophthalmia eſt apoſtematio oculorum quæ aliquando ex capitis oritur inflammatione, aut palpebrarum: aliquādo ex vento, puluere, fumo.

Nota ſigna humorum & cauſſas.

Signa ſanguinis ſunt rubedo oculorum, inflāmatio, multæ lachrymæ.

Signa choleræ, magnus pruritus, punctio in oculis, & non eſt tanta rubedo, vt in ſanguineo humore.

Signa phlegmatis, humor cum albedine & grauitate capitis, & dolor eſt remiſſior.

Signa melancholię: tumor eſt minor, habitudo corporis macilenta.

Cura ſtat in diæta & potione.

Caueat à vino, & omnibus euaporantibus, comedat oryzam, & lentes coctas cum aceto.

Si materia eſt à ſanguine, à principio inſtituatur phlebotomia. Si eſt magna repletio, ſaphena eiuſdem lateris ſecetur, vel mediana. Si minor eſt repletio, fiat de cephalica oppoſiti lateris, & poſtea patientis lateris: deinde ex minoribus venis, naſi & frontis. Fiat etiam mundificatio ſanguinis, vt ſupra.

Intentiones.

Intentiones.

1. Subtractio materię exuperantis.

2. Diuerſio.

3. Alteratio,& digeſtio eius quod eſt tranſmiſſum.

Prima intentio completur per phlebotomias, & lenitiua pharmaca, ſecundum exigentiam.

Secunda,per diuerſiua, per ventoſas.

Tertia,per appoſitionem localium in quatuor temporibus,vt materia coniuncta & tranſmiſſa alteretur,digeratur & reſoluatur.

In principio competunt repercuſſiua, in quibus ſit facilitas,quia oculus eſt membrum multi ſpiritus,& facilè læditur,nec multa poteſt pati.

Corollarivm. Poſt phlebotomiam ſtatim apponantur repercuſſiua.

Capiatur lac mulieris, & cum illo conquaſſetur albumen oui, ponatur ſuper oculum cum petia.

℞.Succi ſolatri vnc.2.albumen oui vnius,aquæ roſarum vnc.1.camphoræ gr.5.conquaſſentur ſimul optimè,intingantur petię in illo collyrio, & ſuperponatur oculo.

D. Sigiſmundus iuſſit miniſtrum ludi literarij accipere aquæ ſolatri vnc.2.roſar.vnc. 1.albumen oui,& benè conquaſſare fecit: & fuit benè adiutus,licet fuerit collyrium vulgare non pretioſum.

℞.Foliorum ſolatri,foliorum lactucæ,roſarum, nenupharis añ M. ſ. coquantur in aqua modica,

piſtentur benè, & incorporentur cum albumine oui, & actualiter frigidum ponatur ſuper oculum.

D. Sigiſmundus iuſſit illam aquam ex albumine oui accipere, quæ remaneat poſt fortem conquaſſationem: debet autem ouum eſſe recens.

COROLLARIVM. Apponantur tria folia vitis, vel vngula caballina cum ſuccis ſupra oculum.

COROLLARIVM. In principio & augmento apponantur frigida & ſtiptica.

℞. Olei roſarum vnc. ß. albumen oui vnius, conquaſſentur ſimul, apponantur oculo.

Ex albumine oui, ſucco ſolatri, farina hordei, poteſt fieri cataplaſma pro dolente oculo.

℞. Olei roſati, albuminis oui, farinæ hordei, ceruſæ, boli armeni partem conuenientem: terantur terenda ſubtiliter, fiat cataplaſma vel emplaſtrum.

In augmento miſcenda ſunt reſolutiua, vt melilotus, flores camomillæ, violæ ſiccæ, farina hordei; muccilagines ſem. fœnogræci cydoniorum, &c.

In ſtatu, ℞. Tria poma dulcia; aſſentur ad molliciem in cineribus: medulla tota colligatur, cum qua incorporentur tria vitella ouorum bona incorporatione, ſuperponatur oculis, ſi placeat, addatur puluis florum camomillæ propter maiorẽ reſolutionem.

Item cũ decoctione meliloti, camomillæ, feniculi fiat euaporatio, vel cum aqua tepida ſimplici.

In declinatione commiſceantur reſolutiua cum mollificantibus, & vltimò pura reſoluentia,

cum decoctione fænogræci, meliloti, camomillę, feniculi, &c.

Si à cholera, Poteſt fieri phlebotomia, non tamen ita magna, ſicut in ſanguinea: facta autem phlebotomia, apponenda ſunt repercuſſiua, quæ debent eſſe fortiora.

Fiat digeſtio: ℞. Oxyſacchatæ, ſyrupi nenupharis añ drachm. 6. aquæ nenupharis vnc. ʒ. miſce. Facta digeſtione euacuatio. ℞. Cort. myrobalan. vnc. j. decoquantur in vnc. 8. aquæ lactis caprini ad conſumptionem medietatis. Fiat confricatio & colatura, in qua diſſolue Caſſiæ extractæ vnc. j. electuarij è ſucco roſarum drach. ʒ. fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Localia ſint, vt in ſanguine.

℞. Ceruſæ ſexies lotæ in aqua roſarum drac. 2. tutiæ pręparatæ, & denuo in recenti aqua roſarum lotæ, coral. rub. margar. præparat. añ ℈ ſ. ſarcocollæ bene lotę ℈ 2. vel ℈ j. ſ. opij ℈ ſ. Conterantur omnia ſubtiliſſimè, & cum ſucco ſolatri fiat Sief: diſſoluatur tempore vſus cum lacte mulieris, & inſtilletur in oculum.

Si à phlegmate, non fiat phlebotomia, ſed euacuatio per pharmaca, & poſtea ponantur ſupra oculum frigida mixta calidis.

Cura completur obſeruatione quatuor temporum.

Intentiones.

1. Subtractio materiæ exuperantis.
2. Diuerſio materiæ affluentis.
3. Repercuſſio cum frigidis ſtipticis, & dolorem ſedantibus.

Prima completur per pharmaca lenitiua & venæ ſectionem, vt ſupra de repletione capitis dictum fuit.

Secunda per phlebotomiam diuerſiuam, & ventoſas collo & brachiis appoſitas.

Nota. Si opus fuerit propter magnum fluxum, ponantur veſicatoria ad collum vel brachia, facta ex fermento & cantharidibus.

Tertia per repercuſſiua, vt ſupra.

℞. fol. Solatri, recent. roſarum rub. camomillæ añ M. ſ. Bulliant ſimul in modica quantitate aquę, ad quandam molliciem, poſtea fortiter piſtētur, & cum farina hordei fiat cataplaſma.

Corollarivm. In primis tribus vel quatuor diebus, illa quæ ponuntur ſupra oculum læſum, etiam ponantur ſupra oculum ſanum, vt ſimul fiat curatio & præſeruatio.

In augmento obſeruentur hæ duæ intentiones.

1. Euacuatio.
2. Reſolutio & repercuſſio ſimul.

Prima completur in exhibitione pilularum aurearum & azaiereth.

Secunda in repercuſſione cum albumine oui, conquaſſati in aqua roſarum & feniculi: reſoluitur autem materia cum fomentationibus & cataplaſmatibus ex herbis & floribus ſupra aſſignatis.

In ſtatu fit pura reſolutio cum emplaſtro facto de pomis aſſatis, cum vitellis ouorum, cum puluere florum camomillæ & meliloti, ſimul con-

corporatis: vel euaporatio cum floribus camomillæ, meliloti, fœnogræci, feniculi.

Circa finem apponantur aquæ roſarum, cum qua tutia vel lycium diſſoluatur: & ſi opus eſſe videatur, leniatur venter, teneaturque apertus ſeu laxus.

In declinatione commiſceantur reſolutiua & mollificatiua, conueniunt aquæ feniculi, chelidoniæ, roſarum,

Si duret adhuc grauitas & obſcuritas viſus, fiat balneum aquę dulcis,

DE VISVS DEBILITATE.

Actio læſa oculorum	diminuta corrupta ablata.	Gal. de cauſſis Sympton.

Cauſſæ. Omnis cauſſa materialis, vel immaterialis indiſponens organa, inſtrumenta, & ſpiritus inſenſibiles.

Debilitas viſus fit per	nocumentum eſſentiale in cerebro. colligantiam ab aliis membris & maximè ſtomacho.

COROLLARIVM. Debilitas viſus eſt, quando aliquis diminutè videt, & tamen non ſenſibile nocumentum in oculo apparet,

Debilitas viſus perdurans, portẽdit cœcitatem: ergo citò eſt ſubueniendum, 10

SIGNA. Si debilitas eſt per colligantiam, vtpote ſtomachi, tunc eſt interpolata: quia quidam in ieiunio, quidam ab aſſumpto cibo in debilitatem viſus incurrunt, & hi peius habent.

Si verò à nocumento eſſentiali, præceſſit grauitas capitis aut dolor, cuius cauſa eſt aliquis ex quatuor humoribus.

Cura ſtat in diæta & potione,

Remoueantur omnes cauſæ extrinſecæ, viſum debilitantes. Exercitium oculorum eſt, videre res minutiſſimas, vt literas paruas,

Fiat lotio capitis, ſi non ſit ibi catarrhus, cum lixiuio leni, in quo bulliant camomilla & folliculi ſenæ, quia confortant viſum,

Cæpæ à proprietate nocent oculis, plus quàm allium, propter humiditatem.

Corollarium. Quæcunque petunt caput, illa nocent oculis, & ideo ſunt remouenda: vt cæpæ, ſinapi, raphanus, oua frixa, nuces, canabis, & omnia multiplicantia phlegma.

Corollarium. Pica ſingulariter prodeſt viſui, Rapæ quoque à proprietate conferunt oculis.

Intentiones.

1. Digeſtio,
2. Euacuatio,
3. Confortatio,

In phlegmate vel humiditate abundante: ℞. Syrupi de ſtœchade vnc. j ß. aquæ feniculi vnc. iii. miſce, fiat hauſtus. Aquę feniculi, chelidonij, maioranę, euphragię, verbenę, rutę, reſpiciũt caput.

Fiat euacuatio per pilulas: ℞. Succi ſummitatũ rubi, ſucci menthæ, ſucci apij an̄ vnc. j. & permittantur ſtare quoad fecerint reſidentiam, & pars ſuperior clareſcat: pars clara colligatur, cum qua miſce pulueres ſequẽtium rerum: aloës hepaticę,

ſpicæ,

ſpicę,garyophyllorum,nucis muſcatę,ligni aloës añ drach. j. Pulueriſentur ſubtiliter vt Alchool. adde his aquarum feniculi,chelidonię,betonicę, rutæ,verbenæ,euphragiæ añ vnc. 2. croci,camphoræ añ gr. 6. Ponantur ad ſolem feruentiſſimum,tempore æſtiuo,per menſem integrum: aqua illa confortat mirabiliter oculos, ſi aliquot guttulæ immittantur in eorum angulos. Delet etiam maculas & aufert lippas.

Aliud: ℞. Licij electi drach. j. ſyr. è roſis ſiccis vnc. 2. commiſce perfectiſſimè, ponantur ſimul ad cineres calidos aliquandiu,vt melior fiat diſſolutio licij cum ſyrupo, tunc coletur per pannum lineum duplicatum ſtrictum, & ſeruetur in vaſe æneo: de quo ſemel in die guttam vnam vel duas in oculos immittito.

℞. Tutiæ præparatæ extinctæ in aqua roſarum, & cum ſucco feniculi & maioranæ depuratorum, licij præparati añ drach. j. pulueriſetur tutia ſubtiliſſimè,& cum ipſa incorporetur licium,addendo,aquę feniculi,maioranæ,& euphragię añ ℔ ß. ducendo & incorporando in vaſe æneo cum piſtillo. fiat collyrium, quod in vaſe æneo ſeruetur.

Puluis confortans ſtomachum & oculos, valens ad vētris ſolutionem: ℞. Sampſuchi,euphragiæ añ vnc. j. acori,betonicæ,tymi añ drac. ʒ. ſem. feniculi,citranguli,ſampſuchi añ vnc. ß. aniſi,carui,coriandri præparati,piperis longi albi, garyophyllorum,macis,nucis muſcatæ,zingiberis, galangæ añ drach. ij. ſpicæ,croci añ drach. j. fol. ſenæ

ſcendit,ſed manet in via oppilando ſicut gutta ſerena,quæ deſcendit ad neruum opticum, & tunc apparet oculus ſerenus,nullumque in oculo animaduertitur nocumentum.

COROLLARIVM. In catarrhacta eſt ſemper quædam turbulentia & tenebroſitas:&ſic in gutta ſerena ſemper eſt neruus opticus oppilatus & læſus.

COROLLARIVM In quibuſdam hominibus per eaſdem vias, per quas fertur nutrimentum ad oculos,feruntur quoque humores, & ſic fiunt diuerſi colores.

Scotomia fit à vaporibus, & antecedit catarrhactam: catarrhacta autem fit ab humoribus.

Catarrhacta primò eſt ſicut tenuiſſima pellicula araneæ,& ſemper intenditur,inſpiſſatur,aliumque ſubinde recipit colorem,vltimò fit oculus totus vitreus: quod in gutta ſerena non accidit.

COROLLARIVM.Pellicula fit intus ex humore phlegmatico & melancholico, ita vt viſus omnino impediatur, ac ſi quis omnino careret viſu,vel cæcus eſſet.

COROLLARIVM.Catarrhacta quędam eſt recens ratione temporis,quædam diuturna& inueterata.

Vbi nihil apparet quod viſum impediat,poteſt curari morbus diæta & potione conuenientibus:inueterata non curatur,niſi opera Chirurgica.

Catarrhacta alia eſt à cerebro,alia à ſtomacho,

Si obſcuritas eſt in vtroque oculo, tunc à cerebro oritur affectio: & ſi iſta obſcuritas eſt æqualis ratione temporis, hoc eſt ſemper, ante & poſt prandium, & hodie quemadmodum heri, tum habet cauſſam fixam, & eſt in cerebro primariò. Si autem quis ſuffuſione laborauerit, & conqueritur de dolore ventriculi ab acri & mordente humore, qui ipſum moleſtet: tunc certum eſt quòd fiat per conſenſum ſuffuſio ſeu catarrhacta.

COROLLARIVM. Aqua hic accipitur largè pro humiditate vel humore quouis.

Qui libenter comedunt lac, caſeum, piſces, & qui habent caput humidum, parati ſunt ad catarrhactam.

Si ab humore phlegmatico, cura conſiſtit in diæta & potione.

In diæta caueat à piſcibus, caſeo, lacte, inteſtinis animalium, pedibus quadrupedum.

Potus ſit hydromel: ℞. Aquæ fontis ℔ j. mellis vnc. j. fiat hydromel.

Fiat digeſtio cum ſyrupo de ſtœchade, oxymelite compoſito, ſcillitico ſimplici.

Euacuatio cum pilulis cochiis, lucis, alephanginis.

℞. Pilul. alephang. drach. 2. troch. de agarico, alhandali añ ℈ j. Salis gemmæ ℈ ſ. cum ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ num. 30. deaurentur. Patiens capiat de tertio in tertium pilulas tres, prius facta bona digeſtione & euacuatione, vt eò completiùs liberetur ab ægritudine.

Conferunt confectiones dianiſi, diacidonium

 ſimple-

ſimplex, zingiber conditum, acorus conditus, diambra, myrobalani chebuli conditi, confectio ſeminis feniculi, vel ſimpliciter ſemen feniculi, aniſi.

℞.Boli armeni vnç. j. maſtiçis, tragacanthi añ drach. j. balauſtiorum, cupularum glandium, pſidiarum, nucis cupreſſi añ ℈ 2. pulueriſentur, & benè incorporentur cum albumine ouorũ quantum ſufficit: Emplaſtretur deinde frõs, tempora, oculorum circumferentiæ.

℞.Balauſtiorum vnc. ß. pſidiarum, cupularum glandium, nucis cupreſſi, roſarum rubrarum, gallarum añ vnc. j. aceriæ, hypocyſthidos añ ʒ. aquæ pluuialis ferratæ ℔ 4. fiat decoctio ſ. a. ad conſumptionem medietatis: cum colatura fiat epithema ſeu fomentatio temporum, frontis, & ſuperciliorum.

℞.Succi agreſtæ, cidoniorum, plantaginis, virgæ paſtoris depuratorum añ vnc. ß. albumina ouorum duo, boli armeni vnc. 2. fiat conquaſſatio pro epithemate frontis, temporum, oculorum.

Ad intra oculis inſtilletur ſuccus aggreſtę, ſemperuiui, ſolatri.

Collyrium pro oculis, ne poſt hac recipiant aquam: ℞. Ceruſæ lotæ, lithargyrii præparati cum aqua roſarum loti, coral. rub. margarit. præparat. añ ℈ j. tutiæ præparatæ, antimonij bene loti, mumiæ, ſpodij añ ℈ ß. boli armeni præparati vnc. j. camphoræ gr. 5. licij ℈ j. pulueriſanda pulueriſentur vt Alchool per ſubtiliſſimam ſyndonem: licium verò diſſoluatur in aquæ roſarum vnc. iij.

colet ur, tandem pulueres prædictarum rerum optimè commiſceantur; fiat collyrium, quod deſtillandum eſt in oculum.

Aliud confortans oculos & prohibens aquas deſcendere ad ipſos: ℞. Licij, hypocyſthidos, acatiæ añ dra. j, gummi arabici, tragacanthi añ ℈ j. diſſoluantur in aqua roſarum, vel ſolatri, ſucco plantaginis, vel agreſtæ, vel alio aliquo frigido ſtiptico ℥ 2. pondere, fiat poſtea colatura.

Si oculi propter ſtomachum ſuffuſionem patiuntur, rectificetur ſtomachus.

DE DOLORE AVRIVM.

COROLLARIVM. Mala complexio diuerſiua eſt, quæ citò aduenit, & citò recedit, & non eſt habituata.

Mala complexio { Diuerſiua / Habituata } hæc { non facit dolorem. / facit dolorem. }

Cauſſa doloris aurium eſt, aut { Mala complexio / Solutio vnitatis.

Quatuor humores ſunt, itaque doloris cauſſę, in quantum poſſunt introducerę malam complexionem per apoſtemata.

Nota ſigna quatuor humorum, ventoſitatis, vermium, apoſtematum, vlcerum.

COROLLARIVM. Non tutum eſt vermes interficere, quia putreſcunt, ſed educantur viui.

Cura fit per diætam, cibum videlicet & potum.

Intentiones.

Intentiones.

1. eſt,vt cauſſa remoueatur.

2. vt intendatur diſpoſitioni qualitatis.

Si eſt à ſanguine, præmittatur enema propter eductionem ſuperfluitatum communium:ſi noluerit accipere enema,detur potus ſequens.

℞.Caſſiæ extractæ vnc.j.elect.è ſucco roſarum drach.3.aquæ endiuiæ q.ſ.fiat hauſtus, qui capiatur manè.

Stante magna repletione,fiat phlebotomia de mediana vel ſaphenis.Aliàs aperiatur vena oppoſiti lateris,& poſtea patientis:ſi non poſſit, aut velit admittere venæ ſectionem,apponātur ventoſæ in magna repletione ad crura, alcatim, dorſum,brachia.

Corollarivm.Puer quinque vel ſex annorū poteſt benè ferre ſcarificationem & ventoſas.

Corollarivm. Si eſt reſtrictio fluxus fluere conſueti,prouocetur facta phlebotomia.

Fiat mundificatio ſanguinis:℞.Bugloſſæ,boraginis,capilli veneris,lupulorum,fumariæ, cuſcutæ,endiuiæ añ M.ſ.iuiubarum, ſebeſten añ num. x.prunorum Damaſcen.num.xii.aquæ fontis q. ſ. fiat decoctio ad remanentiam vnc.3.colaturæ adde caſſiæ fiſtul.vnc.1.elect.è ſucco roſarum drach. 2.miſce, fiat hauſtus.

Deinde facta mundificatione,intendatur diſpoſitioni, ita vt mala qualitas introducta remoueatur.

COROLLARIVM. Si dolor eſſet vehemens, oportet primo illi eſſe intentum, quia attrahit.

℞. Succi ſolatri, olei roſarum añ vnc. j. duo albumina ouorum, conquaſſentur ſimul mixta inuicem, & apponantur.

Immittantur in aurem, & ab extra applicetur oleum roſarum cum ſemine iuſquiami trito.

COROLLARIVM. Si dolor eſſet ita fortis, poſſemus addere oleum de ſemine hyoſcyami, oleum de mandragora, & aliquando parum opij, ne dolor attrahat materiam & fiat phreneſis.

Pro alteratione ab extra: ℞. Olei roſati, ſucci ſolatri añ ℥ j. albumen oui vnius, conquaſſentur.

Si à cholera, prçmittatur minoratiuum cholerae, fiat digeſtio, euacuatio, remotio & alteratio qualitatis per intus miſſa & extra applicata.

℞. Boraginis, bugloſſæ, fumi terræ, cuſcutæ, lupulorum, capilli veneris, endiuiæ añ M. ſ. Prunor. num. 12. iuiubarum, ſebeſten añ num. 20. fiat decoctio in ſufficienti aquæ quantitate ad caſum vn. 3. in quibus diſſolue tamarindorum extractorum vnc. j. elect. è ſucco roſarum drach. 3. miſce, fiat hauſtus.

Euacuatio fit per pilulas aureas.

Si à phlegmate, fiat digeſtio & euacuatio phlegmatis, & remotio malæ qualitatis facientis dolorem.

Oleum decoctum in cæpa magna excauata inſtilletur in aurem: poſſumus commiſcere modicum euphorbij.

Conferunt olea camomillæ, rutæ, maioranæ, laurin-

laurinum: item ſuccus origani cum lacte mulieris iniectus.

Si eſt ab apoſtemate detur minoratiuum, fiat phlebotomia & mundificatio ſanguinis, vt in ſanguineo dolore de cephalica patientis lateris.

Quietetur dolor per immiſſionem oleorum ſupra nominatorum.

COROLLARIVM. Venter teneatur laxus & apertus.

℞. Muccilaginis ſeminis fænogræci, lini añ vnc. j. farinæ hordei, camomillæ añ vnc. j. ß. ol. anethi, roſarum añ vnc. j. miſce pro cataplaſmate emolliente.

℞. Rad. althææ à cortice & ſordibus mundat. M. ii. coquantur in aqua bona decoctione, piſtentur fortiter, donec fiat vt axungia porcina: tunc cum ipſis incorporentur butyri maialis, axungiæ porcinæ non ſalitæ, axungiæ gallinæ añ ℥ j. pulueris ſeu farinæ fænogræci, ſeminis lini, camomillæ q. ſ. fiat cataplaſma, ſedat dolorem, reſoluit & maturat.

COROLLARIVM. Detur aqua hordei pro potu, & diæta inclinet ad frigiditatem.

℞. Berberorum M. 2. aquæ fontis ℔ 2. decoquantur ad conſumptionem medietatis, fiat Iulepus.

Nota an apoſtema reſoluatur aut ſuppuretur. Si reſoluitur, accidentia ſedãtur: ſi ſuppuratur, accidẽtia maiorantur: maturato apoſtemate, patiens commoueat caput, vel aperiẽtia immittantur in aurem: qualia ſunt ſuccus apij, cæparum.

Facta apertione, curetur vlcus mundificantib. conſidentibus, incarnantibus.

Mundificatio fiat per immiſſionem mellis, vel aquæ mulſæ, in qua parum de iride coquatur, vel cum vino aut ſucco abſinthij mundificetur vlcus.

℞. rad. ireos, ariſtolochiæ rotundæ, ſarcocollæ añ drach. 1. fiat decoctio in ℔. ſ. aquæ ad conſumptionem ℥ 2. mellis ℥ 2. miſce.

℞. Licij ʒ j. mellis roſati ℥ j. diſſolue, & miſce ſimul, addendo aliquid de radice iridis & ariſtolochię. Valet decoctio mirrhę, cui mel roſatum poteſt commiſceri.

COROLLARIVM. Facta mundificatione, conſolidantia admiſceantur, & in aurem admittantur.

℞. Thuris, pſidiarum, boli armeni, aloës hepaticæ, ariſtolochiæ rotundæ añ ℈ ß. fiat puluis tenuiſſimus, & cum melle roſato incorporetur, addendo aliquid de ſucco conſolidæ depurato, vt medicamentum fiat liquidum, & fluere poſſit ad locum malè affectum.

Si ex vermibus, educantur viui. Lac cum zuccaro calida fiant, & fumus ſeu vapor recipiatur intra aures: ſi hoc non iuuerit, interficiantur.

Nota. Radix milij ſolis collecta inter feſta aſſumptionis & natiuitatis Mariæ Virginis ex collo ſuſpenſa, facit vermes mori in ventre puerorum.

Conueniunt in aures immiſſa, ſuccus cæparũ, foliorum perſicorum, abſinthij, ol. amygdal. amar. ol. colocynthidis, radicis ſcrophulariæ decocta fortiter, aloë cum ſuccorum præſcriptorũ aut oleorũ parte aliqua diſſoluta, ſimiliter mirrha.

Si ex

Si ex ventoſitatibus, fiat ſacellatio cum puluere betonicæ,cumini,rutæ,milio, ſale: apponantur intus & extra carminantia:oleum rutæ, anethi, ſinapis.

℞.Sem.aniſi mundati vnc.j. piſtentur fortiter cum vnc.ʒ.olei anethini,reponantur ad cineres, calidos.Fiat euaporatio cum decoctione anethi, camomillæ, cumini,carui, fænogræci, origani meliloti.

Si ab oppilatione,facta digeſtione cum aperitiuis & inciſiuis,mittantur in aurem mundificantia& incidentia ſine mordicatione.

℞.Mellis deſpumati ℥ ß.baurach ℈ j.aceti guttas quatuor aut quinque.

Valet oleum vel ſuccus raphani, ſimiliter cucumeris aſinini,oleum in quo ebullierit maiorana,ruta.

Fiat mundificatio auris cum inſtrumento. Vinum forte parum poſt cibum ſumptum hauriat patiens,& deſuper dormiat,cùm ſurexerit, inueniet dolorem mitigatum.

Si eſt à percuſſione vel caſu,præmiſſis vniuerſalibus,ſi opus eſt phlebotomia, fiat diuerſiua, præmiſſa apertione ventris, poſtea intendatur mitigationi doloris.

Medulla panis calida trita cum melle, & frequenter appoſita confert.

℞.Lactis vnc.j.thuris ℈ j.thus diſſoluatur in lacte,& guttatim immittatur in aurem ad mitigationem. Fiat euaporatio cum decoctione agni caſti, meliloti, fænogræci, mirrhæ.

DE TINNITV AVRIVM.

Plerumque tinnitus prouenit ex repletione: tunc ſi videtur ſanguis redundare, fiat phlebotomia ex cephalica. Si phlegma, fiat digeſtio & euacuatio cum pilulis cochiis, & poſtea confortetur cum theriaca vel mithridato intra corpus ſumptis. Si prouenit ex debilitate nerui, tunc confortetur cum his quæ corroborant cerebrum: vt diambra, dianthos, pliriſarchotico, conſerua acori, nuce muſcata: & facta euacuatione, ſi eadem repletio perſeueret, detur Triphera Sarracenica, Aurea Alexandrina, Theriaca, &c.

COROLLARIVM. Conſeruæ bugloſſæ, acoris conditi, theriacæ añ ℈ j. detur manè.

COROLLARIVM. Poſſunt his commiſceri cubebæ, garyophyli, lignum aloës, & ſimilia.

Ab extra, confortetur cum ſtipticis, oleo roſarum incompleto, cui admiſceatur parum olei camomillæ.

Si ex fortitudine ſenſus nerui auditiui, tunc deſtruatur ſenſus per frigida. Commiſceatur ergò cum oleo roſarum, ol. papaueris, vel nenupharis.

Si ex ventoſitate, apponatur ſacculus cum milio & maſtiche, carui, cumini, & accipiat fumum in aures ex ruta, calamento, baccis lauri, origano, ceruo, cumino, &c.

DE SVRDITATE ET GRAVITATE AVDITVS.

Surditas & grauitas auditus differunt ſecundum magis & minus.

Surditas
- Congenita non recipit curam.
- Aduentitia
  - recens accipit curam ſi Deus vult.
  - Antiqua non accipit, vel difficulter.

Nota cauſſas & ſigna.

Si ex vento frigido prouenit, immittantur oleũ de ſpica actu calidum, chamæmelinum, coſtinũ, de maiorana, liliorum, de caſtoreo.

Ab extra apponantur ſacculi cum ruta, maiorana, origano, &c. decoctæ ſic madidæ, vel ſacculus cum milio vel ſale torrefactis apponitur.

Cura dicta eſt in dolore auris ex ventoſitate.

Si ex caſu, vel percuſſione, videatur vbi ſit oppilatio, remoueatur, & phlebotomia fiat, ne fiat accurſus humorum, & membrum confortetur cum oleo myrtino: & ſi ex affluxu, curetur cura apoſtematis.

In omnibus ablationibus ſenſus vel motus alicuius membri, medicinæ apponantur ad originem nerui ad membrum venientis, dãtis ſenſum & motum. Et membrum etiam læſum confortetur, & remota oppilatione membrum iterum ſit aptum ad recipiendum influxum ſpirituum ſenſus vel motus.

Si ex carne ſuperflua, quæ videtur in aure, & fœtor incidat, adminiſtrentur corroſiua: vt vnguentum viride vſitatum apud Placentinũ, quod fit ex alumine, zuccaro, viridi æris, & melle añ part. æq. vt añ drach. j. Similiter & Ægyptiacum:

quod fit ex viridi æris, melle, & aceto, cum penna immittatur vnguentum.

Facta corroſione, fiat mundificatio cum vnguento Apoſtolorum.

℞. Mellis roſati ℥ j. ſ. Calidum fiat benè ad ignẽ & tunc incorporētur ſarcocollæ ſubtiliſſimè pulueriʒatæ ℈ 4.

Corollarivm. Facta mundificatione, fiat conſolidatio cum thure.

Si ex aliquo humorum, hoc habetur ex grauitate capitis. Si ex ventoſitate, ex phlegmate eſt grauitas capitis ſignum tinnitus.

Si eſt plethora, fiat phlebotomia: ſi non adeſt plethora, fiat digeſtio & euacuatio bis vel ter: & ſi materia euacuata fuerit, poſſunt fieri euaporationes aperientes per flores camomillæ, bethonicæ, maioranæ, origani, calamenthi, hyſſopi.

Ex his & conſimilibus euaporationibus recipiatur fumus per embotum intra aures: poteſt etiam immitti oleum amygdalarum amararum, oleum de colocynthide, ol. aniſi.

Corollarivm. Euaporationes fiant ſtomacho ieiuno.

Oleum de colocynthide fit hoc modo: Infundatur oleum ad colocynthidem, & fiat ebullitio in cineribus, fiat dein expreſſio, ſeruetur ad vſum.

Oleum aniſi. Capiatur aniſum, contundatur in oleo, & ſtet aliquandiu, poſtea exprimatur, vt ſupra de colocynthide.

Cura dicta eſt in dolore capitis ex mala complexione materiali & immateriali. Si ex ſordibus

in aure cõtentis, mundificatio fiat per inſtrumẽta. Si ex ſiccitate, quod habetur ex eo, quia præceſſit nimius fluxus, adſunt vigiliæ, macies corporis, faciei, nutriatur corpus benè, & humectetur, præcipuè caput cum oleo roſarum, violarum, lac muliebre immittatur in aurem, & regatur patiẽs vt hecticus.

℞. Flor. cucurbitæ, nenupharis, violarum. Decoquantur in aqua ſufficiente pro ſuffumigio.

Si ex apoſtemate, fiat cura vt ſupra.

De flvxv sangvinis narivm.

Quidam fluxus eſt morbus, quidam accidens morbi: accidens morbi, quando ſequitur ad aliquem morbum primum.

Corollarivm. Morbus requirit curam per ſe, ſed accidens non; quia curato morbo, curatur morbi accidens, ſeu ſymptoma.

Quidam fluxus ſanguinis eſt arterialis, quidam venalis: ſanguis arterialis eſt ſubtilior, rubẽs, clarus, & purpureus, & exit ſaltando: ſed venalis eſt groſſior magis, ad nigredinem tendit, & exit ſine diuerſitate motus: arterialis difficilius extinguitur quàm venalis: ad egreſſum ſanguinis arterialis ſequitur de facili ſyncope, non ſic ad ſanguinẽ venalem.

Quidam fluxus eſt criticus, quidam non: Criticus eſt, qui ſequitur ad pugnam naturæ cũ morbo: criticus fluxus ſanguinis quidam eſt laudabilis, quidam non.

Vide.2.Comment. Aphoriſm. part. j. de conditionibus criſis laudabilis.

SIGNA digeſtionis habentur ex ſputo, vrina, egeſtione.

COROLLARIVM. Fluxus criticus ſanguinis laudabilis eſt, qui ſequitur ad ſigna digeſtionis.

COROLLARIVM. Nullus fluxus criticus à principio reſtringatur.

Si in corpore repleto, & ſit venalis, ſinatur aliquandiu currere, & poſtea reſtringatur: ſi verò arterialis, tunc reſtringatur.

In plethora phlebotomentur ambę cephalicę, & emittatur tantum modicum: patiens interim ante phlebotomiam confortetur cum ſucco granatorum, & vino agreſtæ, & ſic fiat reſtrictio fluxus.

COROLLARIVM. Si Medicus vocatus venit poſt magnam copiam emiſſionis ſanguinis, fiat ſtatim reſtrictio per phlebotomiam diuerſiuam modicam, & apponantur ventoſæ fortiter diuertentes. Fiant ligaturæ, prouocentur mēſtrua, hæmorrhoides, frictiones, & poſtea apponantur reſtrictiua ab extra ad frontem, vt aqua roſarum, & aliquando intromittantur in aures.

Reſtringunt: bolus Armenus, terra ſigillata, lapis hęmatites, antimonium, tutia, pſidię, balauſtia, camphora, mumia, ſanguis draconis, maſtix, thus, aloë, pili leporum combuſti, ſoleæ antiquæ combuſtæ, cornu cerui vſtum, ſpodium, karabe, acatia, hypocyſthis, fuligo furni, ſquama ferri, tela araneæ, veſica bufonis, colla piſcium.

 135

Corollarivm. Fiat ex his puluis, & inſufſletur, vel cum albumine oui, ſucco agreſtæ, berberis, burſæ paſtoris, craſſulæ. Fiat incorporatio, & lentè madefacta naribus immittantur.

Medicamentum Galeni: Aloë, thus, ſanguis draconis, pili leporis, cum albumine oui incorporentur.

Medicamentum reſtrictiuum D. Marquardi. ℞. Pilorum leporis minutiſſimè inciſorum ℥ j. ß. mumiæ, telæ araneæ, nigri quod in ore furni reperitur, boli armeni, aloes, tragacanthi, ſanguinis draconis añ drach. ß. gypſi drach. j. pulueris æruginis drach. j. ß. lapidis Hæmatitis drach. j. ß. fiat puluis ſubtiliſſimus, & tenta madefacta in albumine oui inuoluatur prædictus puluis, & admoueatur.

Linteum madefactum vel intinctum in aqua frigida, & collo iniectum, item aqua frigida in ore contenta, valet ad reſtringendum ſanguinem. Quære alia quæ à proprietate ſunt apta, vt ſanguinem cohibeant.

Corollarivm. In fluxu ſanguinis narium caput non eſt refrigerandum cum epithematibus, vel aliis, niſi poſt phlebotomiam. Poſtea fiat appoſitio ventoſarum ad collum, aliis diuerſiuis per frictiones & ligaturas non neglectis.

Si ex acuitate ſanguinis, fiat mundificatio ſanguinis, vel potius ſanguinis cholerici alteratio, poſtea ſanguis inſpiſſetur & refrigeretur.

℞. Cort. myrobal. citrinorum vnc. j. piſtentur parum. prunorum num. 20. iuiubarum, ſebeſten

añ num.8.florum violarum ℥ ß. Fiat decoctio in ſ. q.aquæ. Colaturæ adde caſſiæ vnc.j.el.è ſucco roſarum drac.2.miſce,fiat hauſtus.

℞.Rhab.el.℈ 4.aſpergatur vino optimo. cort, myrobal.citrin.℥ ß.ſpicæ ℈ ſ. Infundantur in ℥ 4. ß.aquæ feruentis,vel caſei,per horas x.fiat decoctio ad lentum ignem,confrictio bona,expreſſio & colatura,cui adde electuarij de ſebeſten ℥ j. de ſucco roſarum ʒ j. miſce, fiat hauſtus.

COROLLARIVM.Si opus eſt, fiat phlebotomia poſt ſanguinis mundificationem.

COROLLARIVM.Sanguis infrigidetur & inſpiſſetur per diætam & localia.

Detur aqua mixta cum ſucco granatorum,rob berberorum,de ribes, mororum.

Si eſt à febre,criticus non reſtringatur, niſi cũ fuerit ſuperflua fluxio,& incipit naturam proſternere,tũc ſiſtatur per ea quæ ſuperius ſunt poſita: & febris extinguatur cum ſucco agreſtæ, iulepio roſarum,violarum, aquis endiuiæ & lactucæ, & ſyrupis.

Si à cauſa primitiua, hoc eſt, quando aliqua vena eſt rupta,conſolidetur vena: vt cum amylo, farina volatili, tragacantho, raſura chartæ.

αἱμαστικόν,hoc eſt,ſanguinẽ cohibens vnguentum: ℞. Farinæ volatilis,telæ araneæ,boli armeni an ℈ j.incorporetur cum albumine oui.Et ab extra ad caſum & locum læſum apponatur vnguentum album.

Ad reſtringendum:℞. Antheræ drach.j.ſanguinis draconis,terræ ſigillatæ, boli armeni ℈ j. fiat puluis.

puluis, cum modico aceti & albumine oui fiat optima incorporatio.

Notentur quinque genera medicinarum reſtringentium in Valeſco capide eodem.

DE POLYPO, HAEMORRHOIDIBVS, RHAGADIBVS ET CANCRO narium.

Polypus eſt quædam excreſcentia carnis in naribus, propter catarrhalẽ fluxum alicuius materiæ phlegmaticæ, vel ſanguineæ corruptæ, & eſt diffuſa, non oblonga.

Rhagades, vt hæmorrhoides, ſunt quædam excreſcentiæ longæ inſtar hæmorrhoidum ani in naribus.

Cancer, eſt apoſtema ex humoribus corruptis & melancholia aduſta.

Corollarium. Polypus eſt piſcis habens pedes ſicut cancer, cui ſimilis morbus.

Corollarium. Differentia inter polypum & cancrum eſt conſideranda. Si homo ſit melãcholicus & habuerit infirmitates melancholicas, tũc laborat cancro.

Polypus quidam eſt mollis, albus, tractabilis, ex phlegmate generatus, & eſt difficilioris curæ, propter maiorem infiltrationẽ ſui ipſius in ſubſtantia narium.

Signa habentur ex inſpectione, ponendo patientem ad ſolem, & introſpiciendo intra nares.

Cura fit per diætam, potionem, chirurgiam.

Diæta. Si ex phlegmate, ſit contraria cauſſæ, & ſic de alijs.

Secundò potio: fiat digeſtio & euacuatio, prout noſti cauſſam.

Chirurgia: Polypus euellitur per inciſionem, aduſtionem, corroſionem.

COROLLARIVM. Actus chirurgicus non eſt faciendus in corpore repleto, id eſt plethorico: ſed oportet prius ſoluere plethoram: Gal. 3. artis Med. de cura apoſtematum.

Poſtea vbi locum habet Chirurgia, abſcindatur polypus, & reliquum euellatur cum vnguento viridi, & poſtea fiat mundificatio cum melle & myrrha.

COROLLARIVM. Opus eſt vt polypus radicitus euellatur, quia ſi modicum remaneat, vt granum milij, renaſcitur.

Cura hæmorrhoidum & rhagadum conſimilis eſt curæ polypi, ſecundum variationem cauſſæ.

Vnguentum ad rhagadas humidas: ℞. Myrrhę, maſticis, thuris añ ℈ ſ. plumbi vſti, ceruſæ lotæ, lithargyrij añ ℈ j. balauſtiorum, pſidiarum añ ℈ ſ. ſanguinis draconis, aluminis vſti añ ℈ j. olei roſarum & ceræ q. ſ. fiat vnguentum.

Ad rhagadas ſiccas: ℞. Olei amygdal. dul. roſarum añ ℥ ß papaueris ʒ 2. pinguedinis gallinæ, anatis añ drac. 3. butyri non ſaliti vn. ß. thuris, myrrhæ, ſanguinis draconis añ dra. ß. cum farina hordei q. ſ. fiat cataplaſma. Poſſet addi farina molendini.

Cura cancri eſt palliatio,& melius eſt vt dimittatur,ne mollificetur & putreſcat:id quod etiam in leproſis eſt faciendum.

℞. Olei roſarum facti de oleo omphacino & capitibus roſarum vnc.2.ponantur in mortarium plumbeum, & piſtillo plumbeo ducantur tamdiu,donec oleum denigretur & inſpiſſetur instar butyri,vel axungiæ, vngatur cancer & circumferentiæ eius bis in die.

℞.Olei roſarum vnc.j.ſolatri vnc.ß.ceruſæ vel lithargyrij vnc. j. albuminis oui medietatem: miſce.

COROLLARIVM. Habeatur bonum regimen,contrarium melancholiæ,&fiat ſæpius euacuatio humorum melancholicorum cum foliis ſenæ,polypodij,paſſulis,&c.

D.Nicolaus Ror mortuus eſt ex polypo, propter applicationem emollientium per indoctum chirurgum.ex polypo enim factus eſt cancer.

CVRA VLCERVM IN AVRIBVS.

Fiat mundificatio,& poſtea conſolidatio.Apoſtemati duro confert emplaſtrum factum ex artemiſia & ſemine anethi: apoſtema tamen retrò aures prius ſcarificetur.

DE DOLORE DENTIVM.

In cauſſa frigida materiali fiat digeſtio & euacuatio,ſimiliter etiam in immateriali.

Ea quæ dentibus apponuntur ad quietandum dolorem,debent fieri ieiuno ſtomacho,& manè. Si poſt cibum neceſſe eſſet vt applicaretur, fiat poſt multas horas.

Nota. Acetum tàm in diſpoſitione calida, quã frigida, vtiliter ponitur cum medicinis quietantibus dolorem dẽtium. Valet decoctio pyrethri in aceto, mentaſtrum, acetum decoctionis pulpæ colocynthidos, decoctum myrobalanorum citrinorum, acetum in quo decoctum eſt cornu cerui raſum, vinum decoctionis rad. plantaginis, acetoſæ; decoctio origani, calendulæ; vinum decoctionis ſandaracæ, vitellus oui calidus dẽti appoſitus, frictio dentis doloroſa cum oleo. Ex enumeratis fiant collutiones.

In cauſſa calida, frigida quietant dolorem: prodeſt tenere niuem in ore, vel glaciem, donec dens ſtupeſcat: ſuccus ſolatri, lactucæ, portulacæ, ſem. hyoſcyami, actuali frigiditate & cõmixtione pauca aceti apponantur denti dolenti.

Si ex nimia humiditate, fiat purgatio, & apponantur ſtiptica.

Si ex nimia ſiccitate, apponantur humida, vt lac, ſuccus cucurbitæ, &c.

Corollarivm. In omni forti & exceſſiuo dolore, in quo medicinæ regulariter appoſitæ non iuuant, poteſt dari Philonium, ita vt teneatur ſupra dentem, quia per hoc quod ſomnum inducit, quietat dolorem, pondere ʒ ß datum: fiat hoc mane, vel multis horis poſt cibum.

Thapſiæ radix collo appenſa, tollit dolorem dentium.

Si dolor dentium eſt ex vermibus, tũc ſignum eſt, quod dolor eſt continuus vel remiſſus cum pruritu & titillatione. Educantur ergo vermes

viui:

viui:ad hoc valet ſuffumigatio dentis,cum pulpa colocynthidis,& ſemine porri,Iuſquiami; & poſtea fiat gargariſmus cum aqua calida,quæ proiecta in aliam aquam oſtendit vermes.

Repleatur foramen dentis cũ aloë & myrrha.

Corollarivm.Si dolor non remouetur, tunc eradicetur & lauetur locus cum vino tepido & ſale.

Si ex putrefactione & corroſione,ponatur in corroſum dentem myrrha, maſtix.

Si ex ſtupore,qui fit ex comeſtione rerum acrium ponticarum:iuuat maſticatio ceræ, auellanarum,amygdalorum,paniscalidi nouiter piſti,granatorum,lauri,ariſtolochiæ rotundę,portulacę, apij,aſæ fætidæ:remouet & ſal ſtuporem dentiũ.

Si ex commotione, decoctiones conueniunt rerum ſtipticarum,& pulueres earũ: qualia ſunt balauſtia,pſidię,nux cupreſſi,ſumach,grana myrti,meſpili,ſorba,cornu cerui vſtum.

In delicatis accipiantur corallus vterq;, & bolus Armenus,& fiat puluis qui apponatur dentib.

Galla vſta extincta in aceto,in eodem piſtetur, & fiat linimentum.

Valet ſal gemmæ ignitum,& extinctum in aceto,& cum ipſo diſtemperatum: pannus intinctus dentibus apponatur.

Rotula ex radice acori exiccat: ponatur ſuper linguam.Habenti multam humiditatem, fiat euacuatio.

Eradicatio dentium ſine dolore. Pyrethrum infundatur per triduum in acetum, donec in eo

mace-

maceretur bene,& fiat vt mel: apponatur denti excoriato à carne gingiuarum.

DE APOSTEMATE DENTIVM.

In repletione capitis fiat phlebotomia & euacuatio per pharmaca: apponantur ſtiptica vel frigida in principio, vt ſuccus mororum immaturorum, berberorum, granatorum, acetoſorum. Si autem facta eſſet collectio & ſanies, fiat apertio, mundificatio, conſolidatio.

Mel cum licio pulchrè mundificat.

Corollarivm. Commutanda ſunt medicamenta, ne natura iis aſſueſcat.

DE GENERATIONE CARNIS gingiuarum & corroſione.

Corrodunt carnem gingiuarum alumen, arſenicum, vitriolum.

Remoueatur caro putrida decoctione balauſtiorum, pſidiarum, gallarum, nucis cupreſſi, & ſimilibus. Coquantur duo albumina ouorum ad duritiem: poſtea viridis ęris drach. j. ß. ponatur ſuper marmore, conteratur optimè, & exprimatur per duplatum pannum, apponaturque dentibus corroſis.

Corollarivm. Nulla medicina acuta generat carnem.

Carnis generatiuum: ℞. Ariſtolochię rotundę, ſanguinis draconis, thuris maſculi, farinæ orobi, ireos añ ℥ 2. puluериſentur, & cum aceto ſcillitico & melle fiat miſtura inſtar vnguenti.

Si

Si ex vermibus, quære in Valeſco.

DE DENTIBVS ALBANDIS.

℞. Rad. & lignum roriſmarini combuſtum: puluis ille ligetur in panniculum: conferunt, ſi cũ aceto fricentur dentes, oſſa ſepiæ, maſtix, &c.

Pro dealbatione & confortatione dentium.

℞. Ariſtolochiæ rotundæ, gran. mal. an̄ drach. ß. pumicis, ſalis gemmæ, aluminis vſti an̄ ℈ j. cornu cerui vſti, gallarum vſtarum an̄ ℈ 2. ſalis torrefacti, nucis muſcatæ, garyophyllorũ an̄ ℈ j. Fiat puluis.

DE ALCOLA ORIS.

Alcolæ oris ſunt puſtulæ generatæ in panniculo cooperiente os, habentes ſecum caliditatẽ igneam propter ſanguinem aduſtum, phlegma putrefactum vel aduſtum.

Corollarivm. Puſtulæ linguæ comprehenduntur ſub alcola.

Ex cauſſis ſequuntur genera tria: alcola rubra, nigra, alba.

Cura fiat in diæta & potione.

Aër ſit frigidus, vel fiat frigidus artificialiter ꝑ folia ſalicis, vitium, quercus, aquâ frigidâ cõſperſa per habitationem: panni linei aqua imbuti vel intincti appendantur: fiat flabellatio.

Verſetur patiens in quiete, habeat ſomnũ mediocrem, vtatur frigidis in cibo & potu, & vtatur aqua hordei, aqua ex berberibus, iulapio, vitet vinum. Dentur pulli in agreſta cum limonibus non ſalitis, ordeum, pulmentum auenæ cum aceto; lactuca, portulaca, acetoſa.

COROLLARIVM. Spinachia & beta habẽt in ſuperficie quandam ſalſedinem, quare prima aqua, in qua lauantur, debet remoueri.

Caueat æger ab ira, & ab omni ſuperfluo accidenti animi, abſtineat à balneo, quia auget putrefactionem, habeat lenem ventrem, non reſti ictũ.

Intentiones.

1. Reſpiciendum ad materiam facientem puſtulas.

2. Quomodo poſſint remoueri.

Si ſint à ſanguine præmiſſo lenitiuo, fiat phlebotomia: ſi nihil ſit quod prohibeat de cephalicis & particularibus, de vena ſub lingua.

Ventoſę apponantur his quibus phlebotomia non eſt facienda.

Corollarivm. Si puſtulæ ita ſint ſæuæ, ante phlebotomiam dentur ab intra medicinæ frigidæ, ſtipticæ, vt ſuccus granatorum cum melle roſarum, ſuccus plantaginis, lactucę, portulacę, virgæ paſtoris, ſolatri.

Quilibet ſuccus poteſt per ſe dari ſolus, vel cũ melle roſarum, cum quo inungantur puſtulæ.

Succus extremitatum vitium, plantaginis, ſuccus agreſtæ, vuę acerbę, morotum celſi immaturorum, acatiæ ſuccus cum melle: camphora cum ſucco aliquo ex præſcriptis, admixto zuccaro, eſt optima pro puſtulis rubris & nigris, à principio adhibita.

℞. Zuccari vnc. j. ſucci plantaginis vnc. 2. cam-

phoræ

phoræ ℈ j. diſſoluatur aceto, miſce.

Corollarivm. In augmento & ſtatu commiſceantur exiccantia, vt puluis balauſtiorum, pſidiarum, roſarum, boli Armeni.

Si alcolæ rumpantur & vlcerentur, fiat mundificatio & conſolidatio hydromelite, melle roſarum, melle cum licio: Item balauſtijs, pſidijs, bolo Armeno.

Si alcolæ ſunt nigræ, ſignificant magnam aduſtionem: adhibeatur cura cum corroſiuis, mundificatiuis, conſolidatiuis.

Ad intra detur ſuccus ſolatri, ad extra puſtulæ inungantur vnguento Ægyptiaco.

In cholera & phlegmate fiant euacuationes, vt noſti.

CASVS VVLAE.

Vuula vel { inflatur & apoſtematur ex quatuor humoribus. | elongatur nimis, & dicitur Vuulæ caſus & relaxatio ex materia imbibẽte & mollificante illam. }

Corollarivm. Apoſtematio vuulæ, amygdalarum, & ſquinantia veniunt ab ijſdem cauſis, & non differunt niſi ſecundum magis & minus in cura. Maior enim cura eſt in ſquinantia quàm in vuula, vide Nicolaum Florentinum.

Corollarivm. Vuula aliquando in radice eſt groſſa, & in extremitatibus eſt acuta & parua, aliquando è contra.

Cura fiat in { diæta chirurgia potione. } Intentiones tres quibus è regione respondent { Euacuatio Diuerſio Appoſitio localium.

Si à ſanguine, fiat phlebotomia ambarum cephalicarũ, niſi phlethora expeteret ſaphenæ vel medianæ ſectionem.

Fiat phlebotomia venę ſub lingua:apponantur illis ventoſæ,quibus phlebotomia fieri non poteſt.

Poſtea fiat gargariſmus repercuſſiuus in cauſſa calida,ſi nihil aliud in promptu eſt,per aquam & acetum. Vel

℞.Succi mororum immaturorum,aquæ plantaginis añ vnc.ʒ.vel rob mororum quod Diamoron vocant,dianucum,quod cum ſtipticitate penetratiuum eſt.

℞.Tria poma granata,piſtentur fortiter, deinde infundatur ℔ 2.aquæ fontis vel plantaginis, & decoquantur ſimul ad remanentiam ℔ j.Colaturę addito mellis roſati vnc.2.rob mororum immaturorum vnc.j. Fiat gargariſmus.

℞. Cort.granatorum,balauſtiorum,glandium cupreſſi añ vnc.ß.ſumach,myrtillorum añ drach. ʒ.berberorum M j.Decoquantur in ℔ 2. aquæ ad caſum ℔ j.in fine adiiciantur roſarum rub.vnc. ß. colentur.In colatura diſſolue diamoron, dianucum,mellis roſati añ vnc.j.fiat gargariſmus.

℞.Succi plantaginis,virgæ paſtoris,portulacę deputat.añ ℥4. mellis roſati ℥2. diamoron ℥j. miſce pro gargariſmo.

℞. Suc-

℞.Succi mororum, granatorum an̄ ℔ ß. miſce.

Fiant inſufflationes per pulueres; vt

℞.Pſidiarum, balauſtiorum, roſarum, gallarum, ſumach, myrtillorum, boli Armeni an̄ ℈ j. fiat puluis.

COROLLARIVM. Caueatur ne frigus contingat collum.

COROLLARIVM. Aſa fœtida habet mirabilē proprietatem in vuulis, amygdalis, & ſquinantia.

Si à phlegmate, fiat purgatio per ſuperiora & inferiora cum enemate: poſt euacuationem gargariſmus detur.

℞.Nucis cupreſſi m j. pſidiarum, balauſtiorum, gallarum, glandium cupreſſi an̄ vnc. ß. aluminis drach. 3. Decoquantur in ℔ 2. aquæ ad remanentiam ℔ j. in colat. diſſolue diamoron, diarnucum an̄ ℥ j ß. miſce, fiat gargariſmus.

Si illa non iuuerint, & vuula tendat ad corruptionem, tunc facit inquietudinem; fiat ergo abſciſſio per canulam, quæ habet foramen.

Facta cauteriſatione fiat gargariſmus ex ſucco plantaginis, rob mororum, aqua roſarum.

Reliqua inuenies in tractatu de ſquinantia.

COROLLARIVM. Si vuula ſit ita magna, vt prohibeat anhelitum, ponatur ventoſa magna ſupra collum.

DE APOSTEMATE AMYGDALARVM.

Habet hæc affectio eaſdem cauſſas quas

vuula,& eaſdem curationis intentiones.

DE SANGVISVGIS.

Vide Auicennam Tert. primi,de regimine vini & aquæ,quòd aqua bibenda eſt iter agentibus per pannum ad cauendum nociua.

COROLLARIVM. In exterioribus ſanguiſugam remouet acetum,ſuccus cæparum,cinis,ſal, ſuccus alij , lixiuium.

Si videtur ſanguiſuga,extrahatur cum tenaculo:ſi non videtur,detur gargariſmus ex decoctione ſinapi.

Si in ſtomacho ſit,comedat de hiera picra,ſucco allij,ſucco foliorum perſicorum,abſinthij , & alia quæ interficiunt illas,& poſtea expellunt.

COROLLARIVM. Si poſt remotionem ſanguiſugæ ſanguis fluat, dentur reſtrictiua,vt ſuccus plantaginis,ſuccus mororum cum balauſtijs,pſidijs.

Nota de ſanguiſugis. Apponantur tres vel duæ ſanguiſugæ,& poſt remotionem &caſum ſanguis fluens per puncturam non ſiſtatur ,ſed foramen teneatur apertum. Intrinſecus ſumatur ſyrupus vel ſuccus acetoſæ.

DE INFIXIS.

Si videatur aliquid , extrahatur cum tenaculis; ſi non videtur,fiat percuſſio retrò in collo ad cōmotionem ſpinæ, cui alligatur Meri. & hoc eſt verum,ſi eſt in loco vicino,& non inhæret. Si eſt in loco remotiore & profundiore , tunc remoueatur cum rebus vnctuoſis , vt butyro, & oleo roſaceo, & deſuper comedatur buccella panis, vel ſi poteſt fieri, prouocetur vomitus.

Si au-

Si autem infixum eſt,& inhæret, fiat immiſſio radij,ſed difficile eſt,vel præmiſſo butyro&oleo, petiæ immittantur.

Nota.Spongia cui filum eſt alligatum,deglutiatur,& poſtea extrahatur.

DE GRAVITATE LINGVÆ.

Lingua habet duo nocumenta,in motu& ſenſu:in motu dicitur grauitas linguæ: in ſenſu dicitur nocumentum guſtus.

Grauitas linguæ eſt impotentia motionis linguæ requiſitæ pro ſermone & loquela, benè & debitè dearticulata voce.

Grauitas linguæ,vel eſt à { natiuitate
certo tempore facta.

Corollarivm. Humiditas paralyticat, ideo infantes non loquuntur.

Nerui dantes linguæ ſenſum, veniunt à tertio pari:dantes verò motum à ſeptimo. Galen. 4. intern.

Generalis cauſſa grauitatis eſt humiditas, quæ paralyticat, vel emplaſtra frigida puppi cerebri appoſita.

Corollarivm. Lingua bona eſt,quæ facilis eſt ad circumferendum & ad dearticulādam vocem.

Corollarivm. Etiam aſperitas & ſiccitas eſt grauitatis cauſſa, vt in febribus.

Diæta ordinetur in contrarium.

Si eſt ab ebrietate, iniungatur abſtinentia nimij potus,dormiat, & ſe exerceat.

Si ab humiditate impediente neruos & lacertos linguam mouentes, ſi huiuſmodi humectatio eſt propter ſanguinem, fiat phlebotomia, & mūdificatio ſanguinis per ea quæ reſpiciunt caput, & poſtea exiccatio humiditatis per gargariſmata, vel pulueres conſumentes ſuperfluā humiditatē.

Intentiones.

1. Digeſtio.
2. Euacuatio.
3. Exiccatio.

Si ab humiditate phlegmatica, ℞. Betonicæ rubræ, hyſſopi, maioranæ, ſaluiæ, roriſmarini añ M. ſtœchados vtriuſque P.j. rad, bugloſſæ, acori añ drach. ʒ.ß, nucis muſcatæ drach.j ß. aquæ fontanæ ℔ 2. fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis. ℞. Col. vn. ʒ. ſyr. de ſtœchade vn.j ß. fiat hauſtus, detur quatuor vel quinque diebus matutinis.

℞. Syrupi de ſtœchade vnc.j ß. aquæ ſolatri q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Pilularum cochiarum drac.j.

℞. Turbith albiſſimi electi drach.ß. zingib. albi ℈ ß. zuccari drach.j. fiat puluis, detur cum hydromelite.

℞. Diaphœnici in liquido drach.6. zuccari q. ſ. fiat bolus, vel cum aqua betonicæ fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Diaphœnicon in tabulis, diaturbith, electuar. è ſucco roſarum in tabulis: abſint à nouitio Medico, propter negligentiam Aromatariorum, qui diuerſo modo rotulas componunt.

℞. Electuarij Indi ʒ 6. aquæ ſaluiæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞.Cort.myrobalan.kebulorum an̄ vnc.j.
Incidantur & coquantur in ℔ j.ſ.aquæ lactis caprini, ad remanentiam vnc.3.facta expreſſione & colatura, diſſolue diaphœnici vnc.ß.detur matutino tempore.

Dentur abſterſiua poſt ſolutiua.

Facta euacuatione, fiat exiccatio humiditatis ſubſtantiam linguæ imbibentis per gargariſmata & alia.

℞.Hyſſopi, betonicæ, origani an̄ M j.rad.pyrethri, acori, bugloſſæ an̄ drac.3. roriſmarini vnc. ß. nucis muſcatæ, macis an̄ drach. 2. zingiberis albi inciſi drach.3.Coquantur in ℔ j ß. aquæ fontis ad conſumptionem partis tertię.Coletur.adde oxymellis ℥ 4.miſce, fiat gargariſmus.

℞.Maioranæ, ſem̄. nigellæ, piperis, pyrethri, ſem̄.ſtaphiſagriæ, caſtorei an̄ drac.j. fiat puluis, & dein cū terebinthina naſalia cum filis, vt oportet.

℞.Olei pyrethri, coſti, liliorum an̄ vnc. j. ceræ vnc.ß.terebinthinæ drach. 2. pul.euphorbij, pyrethri, caſtorei an̄ drach.j.pul.fl.camomillæ, maioranæ an̄ drach.2.Fiat emplaſtrum, quod poſteriori parti capitis apponatur, abraſione pilorum facta, vel poſterior pars capitis cum vnguentis Marciato, Arogon, inungatur, vel lana intincta in oleo camomillæ, pyrethri, caſtorei an̄ vn. j. apponatur.

℞. Stœchados vtriuſque, maioranæ, camomillæ, roriſmarini, calamenthi an̄ M ſ. caſtorei, pyrethri an̄ vnc.ß.ammoniaci, ſerapini, opopanacis an̄ drachm. 2. Gummi diſſoluantur

aceto.adde ceram,& fiat emplaſtrum.Maſticetur pyrethrum.

℞.rad.pyrethri puluerif.℥ j.mellis ℥ 3. zingib. albi ʒ 2.:miſce inſtar Electuarij: cum hoc fricetur ſæpè lingua, & maximè manè: teneantur rotulæ denſæ radicis acori exiccatæ ſub lingua.

Ad ciẽdam loquelam: ℞. Foliorum hederæ arboreæ quot voles: teneantur per noctem in vino bono:de his folijs ponatur vnum poſt aliud ſuper linguam.

Decoctio radicis bugloſſę ciet loquelam,&remouet impedimentum linguæ.

℞.Electuarium factum de floribus roriſmarini cũ melle optimo deſpumato:valet multum ad reparandam loquelam propter imbibitam humiditatem.

℞.El.anthos ℥ j.mellis optimi deſpumati ℥ 4. fiat electuarium:quod ſi fortius habere velis, admiſce aliquid de zingibere albo, rad. pyrethri, & parum de aqua vitæ.

Conueniunt pyrethrũ, zingiber, acorus, cõdita.

℞.Sem.ſtaphiſagriæ,nigellæ, rad. pyrethri, acori,caſtorei añ ʒ j.ſalis gemmæ quantum totius, fiat puluis exiccatiuus humiditatũ imbibitarum in lingua.

Si ex breuitate ligamẽti,abſcindatur,fiat reſtrictio cum balauſtiis,pſidijs,bolo Armeno.

Si ex ſiccitate,vt in febribus, dẽtur humectãtia.

℞.Sem.pſillij drach.j. infundatur in aquam calidam, & ibidẽ tandiu iaceat,donec fecerit muſcilaginem.

℞.Sem

℞. Sem. cytoniorum ℥ ß. infundatur in aquam calidam per horas tres, fiat muccilago addito zuccaro.

Ab extra collum inungatur cum oleo, & teneat in ore ſyrupum violarum: auferatur febris quã-tum eſt poſſibile.

DE MAGNITVDINE. LINGVÆ.

Magnitudo linguæ facit grauitatem linguæ, & præcludit viam cibo & potui, & impedit loquelam; quare anguſtantur patientes.

Magnitudo linguæ fit vel per humiditates ſubſtantiam linguæ imbibentes, vel per vapores: & rarò lingua magnificatur ſecundum omnem dimenſionem.

Nota ſigna quæ ad ſenſum apparent.

Cura. A principio ſi non tantum eſſet magnificata, detur diamoron, dianucum, ad prohibendam vlteriorem magnificationem & maius augmentum & affluxum humorum. Si autem lingua ad vltimum eſſet magnificata, tunc illa non poſſunt dari, ſed viſa plethora corporis fiat phlebotomia: & licet phlebotomia qualitatiuè non conueniat, conuenit tamen quantitatiuè, in quã-tum de phletora minuit: fiat autem de mediana, ſi eſt communis plethora.

COROLLARIVM. Si non adeſſet plethora, ſed ſolum caput rheumaticũ, tunc non fiat phlebotomia, ſed fiat euacuatio per pharmacum, & internè cum aceto calido bono & ſale abluat os, Fiat quoque gargariſatio. Si ferre poſſit, fricetur

lingua cum ſale gemmæ, poſtea vtatur infra ſcripto gargariſmo.

℞.Sinapi vnc.j.aceti fortis ℔.ſ. Bulliant ſimul ad conſumptionem vnc.2. Fiat collutio & gargariſatio.

Hiſtoria. Venit aliquando ruſticus ad quẽdam Doctorem (fortè auctorem vel quendam alium ipſi familiarem) eumque conſuluit quid in hoc caſu faceret, ſuaſit D. vt intraret balneum & poneret quatuor ventoſas ad ſcapulas inf. a collum, & duas in cubitis; & vt inter ventoſandum fierent frictiones cum ſale gemmæ, & aceto: & ſic in balneo minor facta eſt lingua, & fecit collutionem cum decoctione ſinapis, vt ſupra eſt notatum. Verùm is poſtea ingratus fuit, nec rediit vt gratias ageret D. pro exhibito beneficio.

Corollarium. Poſuit ventoſas pro diuerſione materiæ. Fiat ergo diuerſio per enemata. Fiat decoctio herbarum reſpicientium caput, cuius decoctionis ℞.℔ j. electuarij Indi vnc.j. ſalis gemmæ ʒ 2. olei communis vnc.3.

Fiat digeſtio cum ſirupo de ſtœchade, hyſſopo, oxymelite. Euacuatio verò cum pilulis cochijs.

Corollarium. Si lingua eſt ita magna, tunc primo intendendum eſt magnitudini; vt cum clyſteribus, & his quę dantur intus ad os de aceto, ſale, puluere: & poſtea fiat digeſtio & euácuatio.

℞.Caſtorei, aſæ fœtidæ añ drach. j. ſem. nigellæ drach. j ß. rad. pyrethri drach. 3. zingiberis albi ʒ 2. aceti fortis de vino ℔ ſ. fiat decoctio ad conſumptionem vnc. 3. aceti. Poſt inſ. i[illegible]idationem,

facta

facta frictione rerum decoctarum, colentur: cum iſta colatura fiat gargariſatio collutioque linguæ. Poteris in delicatis parum addere de melle roſato vtiliter: poſſunt etiam ad hanc decoctionem addi aliquot laminæ ſquillæ. Prodeſt tenere ſuper lingua pyrethrum, valent rotulæ rad. acori ſiccatæ.

Si ex vaporibus, vapor eſt eiuſdem eſſentiæ, cuius eſt materia, quæ illum excitauit. Ergo pro illius ratione inſtituenda euacuatio.

COROLLARIVM. Frigida applicanda ſunt, quia euaporatio fit à calido: ergo frigida reprimunt vapores, vt diamoron, dianucum, balauſtia, pſidia.

DE RANVLA.

RANVLA eſt quædam excreſcentia carnea ſub lingua, ſeu nodi ex humore groſſo viſcoſo.

Cura. Si dominium ſanguinis adeſt, fiat phlebotomia: Si alij humores adſunt, fiat illius humoris euacuatio.

COROLLARIVM. Si ranula eſt magna, facta phlebotomia vel euacuatione humorum, fiat inciſio, corroſio, & cauterium, vt docet Placentinus optimus in chirurgia practicus. Fiat puluis corroſiuus ex vitriolo, viridi æris, alumine zuccarino, hermodactylis.

℞. Viridis æris, vitrioli, aluminis zuccarini, melis añ part. æqual. fiat puluis, apponatur ad ranulam cum petijs, & corrodet inferiorem partem. Poteſt etiam apponi atramentum ſutorium & arſenicum: Cauendum tamen ne patiens ſaliuam deglutiat. Fiat mundificatio cum ſarcocolla &

melle, aut myrrha, vel cum farina hordei & melle, vel cum ſucco apij & melle, cum abſynthio & melle, vel licio & melle.

Conſolidatio fiat cum pulueribus, ſanguine draconis, balauſtiis, pſidijs, bolo Armeno, ſarcocolla.

COROLLARIVM. Fiat ſanguinis reſtrictio, & reliquiæ quæ ſunt in cute eradicentur, & hoc facit vitriolum & aduſtiua combuſtinaq; ſua virtute: reſtringit ſanguinē, & corrodit ſuperfluum.

COROLLARIVM. Vitriolum aduſtum dicitur à Chirurgis terra aduſta, vel terra nigra.

℞. Vitrioli aduſti, boli armeni añ drach. j. fiat puluis ad reſtringendum ſanguinem, & corrodēdum reliquum, qui poſt abſciſionem ranulæ apponatur cum petiis, vt reliquiæ poſt deciſionem relictæ eradicentur. Fiat mundificatio cum viridi æris & ſarcocolla, vt ſupra.

Poſtea fiat conſolidatio cum ſtipticis.

COROLLARIVM. Si ranula eſt ita magna, tunc abſcindatur tantum quantum poteſt: & ſi quid de ranula eſt relictum, eradicetur cum corroſiuis, & ſanguis ſiſtatur. Fiat mundificatio & cōſolidatio.

DE SQVINANTIA, SYNANCHE GRÆCE.

Synanche eſt præfocatio, & apoſtema gutturis, vel colli, vel illius partium; denominatur ab antecedente, quia hoc accidens inſeparabiliter ſequitur ad hoc apoſtema.

Hoc apoſtema vel eſt in gutture, vel collo, vel meri, vel canna pulmonis, vel iſthmo, vel lacertis, vel ligamentis eorum.

Quoddam tendit magis ad exitum, & apparet, & eſt ſalutarius: quoddam tendit magis ad interiora, & non apparet, & eſt peius, imò læthale.

COROLLARium. Stante magna anguſtia anhelitus cum apoſtemate apparente, tunc non eſt ſalubre, quia arguit multitudinem materiæ facientis apoſtema. Sed ſi apoſtema apparet, & accidentia ſunt leuia & toleranda, tunc eſt ſalubrius eo quod non apparet.

COROLLARIVM. De quanto apoſtema tendit magis deorſum verſus orificium ſtomachi, de tanto peius: de quanto magis ſurſum ſuper epigottida, de tanto ſalubrius.

Corollarivm. Squinantia poteſt fieri in epigottide & lacertis eius.

Corollarivm. Apoſtema ſquinantiæ fit per viam defluxus, quia ſubitò venit.

COROLLARIVM. Squinantia generatur à triplici materia, ſcilicet ſanguine, cholera, & phlegmate.

Nota cauſas & ſigna generis & ſpecierum: ſunt enim diuerſa apoſtemata: à materia cauſante, & à loco in quo eſt apoſtema.

Cura in diæta & potione.

℞. Iulep roſarum, ſucci granat. añ q. j. aquæ hordei ℔ ʒ. miſce ſimul pro cibo, & in cauſa calida, quia apud nos non vtimur ſubtiliſſima diçta.

Corollarivm. In decoctione aquę hordei nõ

accipitur hordeum cum cortice, quia cortex nocet cannæ pulmonis: ideo accipitur in cannę pulmonis paſſionibus hordeum excorticatum, ſed in alijs affectibus hordeum integrum.

COROLLARIVM. Si virtus deficit, detur ptiſana cum zuccaro albiſſimo.

℞. Hordei M j. lauetur & benè mundificetur, poſtea coquatur in brodio carnis non pingui, fiat ptiſana.

COROLLARIVM. Venter ſit lenis omni die cum enemate vel ſuppoſitorijs,

℞, Mellis deſpumati vnc. ȝ. ſalis drach: 6: fiant ſuppoſitoria.

Si à ſanguine, vbi magna fuerit repletio, fiat phlebotomia, præmiſſo lenitiuo ſi venter eſt reſtrictus, de mediana dextri brachij; & poſt horam dato ſucco granatorum pro confortatione fiat phlebotomia cephalicarum. Poſt v. horas detur iterum ſuccus granatorum, & poſtea fiat inciſio venæ ſub lingua. Fiant diuerſiones per frictiones, ligaturas, & omni arte qua poſſumus.

℞. Cantharidum num. x. incorporentur cum paſta panis fermentati, quantitate duorum ouorum: fiat optima incorporatio & extenſio emplaſtri, quod ponatur ſuper pectus: optimè diuertit materiã ad pectus, & eſt experimentum optimũ.

COROLLARIVM. Etiam in cauſa cholerica fiat ſtatim phlebotomia, ſed non tanta quanta in ſanguinea, & poſtea euacuetur cholera.

COROLLARIVM. His factis, ſcilicet euacuatione & phlebotomia, tunc fiant gargariſmi ex frigidis & ſtipt-

& ſtipticis repercuſſiuis, vſque ad 4. diem. Poſteà commiſceantur diſſolutiua, ſcilicet aſa fœtida, ſtercus canis: fiant gargariſmi ex ſucco plantaginis, ſolatri, mororum celſi immaturorum, extremitatum vitium, virgæ paſtoris ſucco.

℞. Succi plãtaginis, mororum immaturorum, aceti roſarum añ vnc.j. aquæ plantaginis, corrigiolæ añ vnc.3. fiat gargariſmus.

℞. Diamoron, dianucum añ ℥ 2. aquæ plantaginis ℔ j. miſce, fiat gargariſmus.

COROLLARIVM. Collum extrinſecus ſemper teneatur calidum cum pannis & alijs.

COROLLARIVM. Caſſia fiſtula emplaſtrata, calida appoſita ab extra optimè iuuat.

COROLLARIVM. Stercus caninum omni ingenio adminiſtratum iuuat.

Stercus autem à cane colligatur ſole exiſtente in leone: & canis recludatur nutriaturque oſſibus caſtrati vituli: detur aqua fontis non multa, & in primis diebus ſtercus abijciatur, reliqua verò colligantur.

A principio collum illinatur cum oleo actualiter calido: anethino, camomillæ, liliorum alborum.

Item conficiatur cataplaſma ex decoctione hyſſopi, anethi, althęæ, farinæ ſem. lini, fœnogræci, floribus & folijs camomillæ, piſtentur, & addito croco modico & oleis amygdal. dulc. liliorum alborum, apponatur collo, & reſoluetur apoſtema citiſſimè.

Tres ſunt ſpecies Synanches: Synanche, paraſy-

nanche, cynāche, paracynancheHip.3. prognoſt. & Gal.in commentarijs ibidem. Gal. de locis affectis lib.4.cap.5. & 6.

Cura. Si Synanche ſit à phlegmate, ſtante pletora fiat phlebotomia, quia plethora debetur multitudini: mox enema forte, euacuās phlegma & diuertens, ſubordinetur.

COROLLARIVM. Enema in Squinantia valet maximè, quia patientes nequeunt deglutire pilulas.

COROLLARIVM. Si patiens nolit enema, & poſſit deglutire pilulas, dentur pilulæ.

℞. Elect. Diaphœnicon electuarij ʒ 6. aquæ betonicæ q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Electuarij Indi ʒ 6. aquæ ſaluiæ q. ſ. fiat hauſt⁹.

COROLLARIVM. Ponantur etiam ad diuertendum ventoſæ ad loca renum: fiant particularia, gargariſmi, qui repercutiant & diſſoluant.

℞. Succi plantaginis, mororum immaturorū añ ℥ 2. ſyrupi acetoſi compoſ. ℥ j. aquæ ſaluiæ, plātaginis añ ℔ j. miſce, fiat gargariſmus.

℞. diamoron, dianucum añ ℥ j ß. oxymell. ſcillit. ℥ j. aquæ betonicæ, plantaginis añ ℔ j. miſce pro gargariſmo.

In ſtatu apponantur reſolutiua, & non vltra aſam fœtidam, quæ non ſolum à qualitate valet, ſed à tota proprietate: valet in reſolutionibus apoſtematis, gutturis, ſicut etiā ſtercus caninum.

℞. Albi Græci collecti debito tempore ℥ 2. aſæ fœtidæ ʒ j. aquæ betonicæ, plantaginis añ ℥ 9. diſſoluantur ſimul ad ignem, primò aſa bulliendo in aqua, dein album Græcum ſine ebullitione, &

admi-

admiſtione aceti pondere vnc. ß.

Corollarivm. Lignum hederæ à proprietate valet ad apoſtemata gutturis: ideo comedens ex cochleari de hederæ ligno, vel bibens ex vaſe ligneo hederaceo, nunquam vel rarò in apoſtema gutturis aut vuulæ incurrit.

Hiſtoria. Quidam mercator cui nomen Antonius, habuit ſquinantiam circa vuulam magnitudine oui, quæ tendebat ad œſophagum, & tamen videbatur ore apetto. Dedi prima die gargariſmum repercuſſiuum, & feci minutionem cephalicæ. Secunda feci gargariſmum ſupra aſſignatum cum diſſolutiuis ac albo Græco, & feci minutionem ſub lingua: ſub nocte dedi pilulas capitales, quæ optimè operabantur. Tertia die accedens, volens videre ſedes, percepi augmentari apoſtema: tunc poſt duas horas circa horam 9. feci iterũ minutionem alterius cephalicæ, & exiuit mirabilis ſanguis. Poſtea circa 12. feci aperiri apoſtema cũ phlebotomo, & exiuit materia phlegmatica aſperſa ſanguine, & feci hunc gargariſmum diſſolutiuum.

℞. Rad. acori ℥ ß. pyrethri drac. 2. ſaluiæ, betonicæ, origani añ M j. maioranæ, roriſmarini añ M ſ. ſtœchados Arabicæ ℥ ß. roſarum M ſ. plantaginis M j. coquantur in aqua ſufficiẽte ad remanentiam ℔ ſ. Fiat colatura: admiſce diamoron, dianucum añ ℥ j. albi Græci ʒ j. fiat gargariſmus. Poſtquam bis vel ter accepit circa horã tertiam, exibat materia ſanioſa rubra in magna quantitate, & quarta die fuit ſanatus auxilio Dei Opt. Max.

DE TVSSI.

Tuſſis eſt motus violentus pectoris vel pulmonis, vel voluntarius, ad educendum id quod eſt nociuum.

Nota cauſſas.

Corollarium. Natura æque nititur expellere malam complexionem immaterialem, ſicut materialem.

Corollarium. Tuſſis frequentius fit à mala complexione frigida, ab aëre frigido extrinſecus introducto, quàm à mala cõplexione calida: natura enim magis amat calidum quàm frigidum.

Nota ſigna. Si à mala complexione immateriali frigida, fiat cura per ſola alterantia contraria, ſcilicet calida in diæta & potione.

Ab extra vngatur pectus cum oleo liliorum, anethino, apponanturque panni calidi.

Ab intra dentur diagalanga, diatrion pipereon, zingiber viride conditum.

Si à ſanie contenta in pectore, cura eſt mundificatio pectoris à ſanie; citò enim ſanies vlcerat.

COROLLARIVM. Sanies poteſt eſſe in pulmone, nulla ſoluta cõtinuitate in ſubſtantia pulmonis exiſtente, vt in pleureſi cum apoſtema reſoluitur per viam ſuppurationis.

Si ſanies eſt cum vlcere, cura dicetur in capite de pleureſi.

Si ab apoſtemate pulmonis, vide caput de peripneumonia, vbi ſigna & cura tradentur.

Si ex ſiccitate tuſſis, aduertendum hoc corollarium. Tuſſis ſicca fit à mala complexione

ſmmateriali:etiam ab humiditate ſubtili pulmoni imbibita,& ideo cognoſcitur, quia præceſſit catarrhus.

COROLLARIVm. Sicut aqua frigida conuenit ſtomacho calido, ſic aër frigidus cõuenit pulmoni calido.

Cura per humectantia.

Ptiſana cum lacte, ſi non adeſt febris, optimè iuuat: vtatur pullis & gallinis nutritis cum farina hordei. Detur vinum dilutum cum aqua decoctionis liquiritiæ: aliàs bibat iulapia violarum, roſarum, vel aquam cucurbitæ cum zuccaro, vel cum iulapio violaceo.

Dentur pilulæ bechiæ.

℞. Succi liquiritiæ, amyli, tragacanthi añ ʒ j ß. quatuor ſem. frigidorum maiorum excort. añ ʒ j. penidiarum ℥ j ß. muccilaginis pſillij, cydonioru͂ añ q. ſ. fiant trochiſci, hypoglottides, id eſt formulæ ſub lingua tenendæ.

Valet & lambitio ex ſucco violaru͂ & liquiritiæ.

℞. Muccilaginis pſyllij, ſem. cydoniorum, ſyrup. liquiritiæ añ ℥ j. ſyrupi violarum vnc. 2. quatuor ſem. frigidorum maiorum excort. & minutiſſimè inciſorum añ drach. j ß. amygdalarum excort. recentium vnc. j. amyli drach. 2. zuccari q. ſ. fiat electuarium inſtar loch ſani, de quo lambat patiens cum vel ſine febre.

Ponatur & in balneum, vbi ſunt flores violaru͂, portulacæ, lactucæ. Poſt balneum fiat inunctio pectoris cum oleo violarum.

℞. Butyri maialis recentis non ſaliti,axungiæ porcinæ non ſalitæ aā ℥ ß.olei violarum ℥ j. olei amygdal.dulcium ℥ ß. ceræ albæ q. ſ.fiat vnguentum,quod ter vel quater bene lauetur in redolétiſſima aqua roſarum,cū iſto vnguento fiat inunctio colli,gulæ,pectoris,ſpinæ.

Corollarivm. Si adeſt febris, prædictis commiſceantur frigida: vt cum oleo violarum, vnguento populeonis.

Si à groſſo phlegmate pulmoni imbibito, patiens eijcit cum difficultate phlegma.

Digeſtio fiat cum ſyrupo aceroſo compoſito: oxymelle compoſito,praſſio,melle roſato.

℞.Syrupi de hyſſopo ℥ j ß.aquæ hyſſopi q. ſ. fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Syrupus de hyſſopo digerit materiam quæ parata eſt fluere, & euocat coniunctam in pulmone exiſtentem, & ad faciliorem deiectionem præparat & reſoluit.

Corollarivm. Syrupus de hyſſopo & praſſio propriè valent pectori.

Fiat euacuatio cū pilulis cochiis, & de agarico.

Particularia. Mel roſatum, ſyrupus de liquiritia,de hyſſopo,de praſſio Meſuæ,loch ſanúm.Illa dentur ad lambendum pro facilitate eijciendi phlegma.

℞.Loch ſani ℥ 3.croci ℈ ß. Variatio propter ruſticos in colore: aliàs minime variare debet intentio.

℞.Loch ſani & experti,de pino, de ſquilla aā ℥ 2.miſce,ſimul eſt digeſtiuum & euacuatiuum.

℞.Lo-

℞.Loch ſani, de pino, mithridatij añ ℥ j. ſyrupi de hyſſopo ʒ ß. miſce, vtatur patiens manè poſt purgationem, & ſerò ſolo Lohoch ſani, ſi non adeſt febris.

℞. Tab. vel pulueris diaireos Solomonis vel Nicolai, diapraſſij.

℞. Specierum diaireos Solomonis ʒ ȝ. ſucci liquiritiæ ʒ j. ſem. vrticæ, capil. ven. rad. ireos, rad. inulæ, cumini præparati añ ʒ ß. penidorum ℥ ꝛ. ſyrupi de hyſſopo q. ſ. fiant trochiſci.

℞. Hyſſopi ſicci, rad. ireos, ariſtolochiæ rotundæ, rad. liquiritiæ, polypodii quercini, rad. inulæ camp. cumini præparati, ſem. vrticæ, capil. ven. amygd. amar. añ ʒ j. croci ℈ i. cinamomi interioris ℥ ß. mellis deſpumati q. ſ. fiat electuarium, de quo detur ſerò & manè ad lambendum.

COROLLARIVM. Myrrha eſt optima in groſſo phlegmate.

℞. Myrrhæ rubræ, ariſtolochiæ rotundæ, cymini pręparati añ ʒ ꝛ. rad. iridis q. ſ. fiat puluis, manè accipiat quantum tres digiti compreſſi capere poſſunt, in ouo ſorbili.

℞. Hyſſopi ſicci, ſcolopendriæ, praſſij añ M ſ. rad. iridis, liquiritiæ añ ℥ ſ. rad. inulæ, ariſtolochiæ rotundę añ ʒ ꝛ. polypodij quercini ℥ j ß. capil. ven. ℥ ß. ſem. feniculi ℥ ß. cymini præparati ʒ ꝛ. ſem. vrticæ ʒ ꝛ. ciricarum pinguium num. x. dactylorũ excorticatorũ, iuiubarum, ſebeſten, paſſularum enucleatarum añ num. 6. aquæ fontis ℔ 8. decoquantur ad conſumptionem ℔ ꝛ. integrè, & propè finem decoctionis addatur mellis deſpumati ℥ 4. fiat decoctio pectoralis.

℞. Butyri maialis recentis non ſaliti,axungiæ porcinæ non ſalitæ añ ℥ ß.olei violarum ℥ j. olei amygdal.dulcium ℥ ß.ceræ albæ q.ſ.fiat vnguentum,quod ter vel quater bene lauetur in redolẽtiſſima aqua roſarum,cũ iſto vnguento fiat inunctio colli,gulæ,pectoris,ſpinæ.

Corollarivm.Si adeſt febris, prædictis commiſceantur frigida: vt cum oleo violarum, vnguento populeonis.

Si à groſſo phlegmate pulmoni imbibito, patiens eijcit cum difficultate phlegma.

Digeſtio fiat cum ſyrupo acetoſo compoſito: oxymelle compoſito,praſſio,melle roſato.

℞.Syrupi de hyſſopo ℥ j ß.aquæ hyſſopi q. ſ. fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Syrupus de hyſſopo digerit materiam quæ parata eſt fluere, & euocat coniunctam in pulmone exiſtentem, & ad faciliorem deiectionem præparat & reſoluit.

Corollarivm. Syrupus de hyſſopo & praſſio propriè valent pectori.

Fiat euacuatio cũ pilulis cochiis, & de agarico.

Particularia. Mel roſatum, ſyrupus de liquiritia,de hyſſopo,de praſſio Meſuæ,loch ſanũm.Illa dentur ad lambendum pro facilitate eijciendi phlegma.

℞.Loch ſani ℥ ȝ.croci ℈ ß. Variatio propter ruſticos in colore: aliàs minime variare debet intentio.

℞.Loch ſani & experti,de pino, de ſquilla añ ℥ ɩ.miſce,ſimul eſt digeſtiuum & euacuatiuum.

℞.Lo-

℞.Loch ſani,de pino,mithridatij añ ℥j.ſyrupi de hyſſopo ℥ß. miſce, vtatur patiens manè poſt purgationem,& ſerò ſolo Lohoch ſani,ſi non adeſt febris.

℞. Tab.vel pulueris diaireos Solomonis vel Nicolai,diapraſſij.

℞.Specierum diaireos Solomonis ℥ 3.ſucci liquiritiæ ℥ j.ſem̃.vrticæ,capil.ven.rad.ireos, rad. inulæ,cumini præparati añ ℥ß. penidorum ℥ 2. ſyrupi de hyſſopo q.ſ.fiant trochiſci.

℞.Hyſſopi ſicci, rad.ireos,ariſtolochiæ rotundæ,rad.liquiritiæ,polypodii quercini, rad. inulæ camp.cumini præparati,ſem̃. vrticæ, capil. ven. amygd.amar.añ ℥j.croci ℈ i.cinamomi interioris ℥ ß.mellis deſpumati q.ſ.fiat electuarium,de quo detur ſerò & manè ad lambendum.

COROLLARIVM. Myrrha eſt optima in groſſo phlegmate.

℞. Myrrhæ rubræ, ariſtolochiæ rotundæ, cymini prǫparati añ ℥2.rad.iridis q.ſ.fiat puluis,manè accipiat quantum tres digiti compreſſi capere poſſunt,in ouo ſorbili.

℞.Hyſſopi ſicci, ſcolopendriæ, praſſij añ M ſ. rad.iridis,liquiritiæ añ ℥ ſ. rad.inulæ,ariſtolochiæ rotundę añ ℥2.polypodij quercini ℥ j ß.capil.ven. ℥ß.ſem̃.feniculi ℥ ß.cymini præparati ℥ 2. ſem̃. vrticæ ℥ 2.ciricarum pinguium num. x. dactylorũ excorticatorũ, iuiubarum,ſebeſten, paſſularum enucleatarum añ num.6.aquæ fontis ℔ 8. decoquantur ad conſumptionem ℔ 2.integrè, & propè finem decoctionis addatur mellis deſpumati ℥ 4.fiat decoctio pectoralis.

Si à humiditate ſubtili tuſſis acuta, cura eſt quæ & catarrhi acuti. Prohibeatur catarrhus aliquot diebus manè & ſero, detur ſyrupus de papauere, cum ſyrupis nenupharis, roſarum.

Trochiſci contra catarrhum acutum. ℞. Succi liquiritiæ, amyli, tragacanthi, boli armeni añ ʒ j. ſem. papaueris albi ℥ j. ſem. melonum, cucurbitæ excort añ ℈ 2. zuccari ℥ 2. cum muccilagine pſillij, & ſyrupo de papauere incorporentur; fiant Trochiſci ſub lingua tenendi.

DE ASTHMATE.

Aſthma eſt concluſio, conſtrictio, vel difficultas anhelitus, ex læſa actione virtutis naturalis motiuæ pectoris & pulmonis.

Difficultas anhelitus { Dyſpnœa. / Aſthma. / Orthopnœa.

Corollarium. Vbicunq; ſanguis ſtat, ſub naturalitate ſua ſtat intra venas, excepto ſanguine qui eſt in cerebro & corde, qui eſt naturalis, & nō ſtat in venis. Vbicunque aliàs ſtat ſanguis extra venas eſt innaturalis, vel fit ſtatim innaturalis.

Nota cauſſas.

Corollarium. Tuſſis ſemper ſequitur aſthma.

Cura ſtat per diætam & potionem.

Si eſt à frigido extrinſeco, ita quod paralyticat lacertos pectoris & pulmonis: cura fit per alterātia cum oleo liliorum, anethi, coſti.

Ad extra ponentur illa olea, vnguenta calida, panni calidi.

Ad intra

Ad intra, diagalãga, diaireos, theriaca, zingiber conditum, acorus conditus, diatrion pipereon, ſyrupus de hyſſopo, de praſſio, diahyſſopu.

Si à ſiccitate, cura eſt tuſſis ſiccæ ad intra & extra, per humectantia: & ſi adeſt febris, commiſceantur frigida.

℞. Muccilaginis ſem. cydoniorum, factæ cum aqua violarum, muccilaginis ſem. pſillij, añ vnc. j. diatragacanthi frigidi, diapenidij añ vnc. ß. vel q. ſ. pro bona incorporatione fiant trochiſci, vel ad modum Lohoch, quod lambendo ſumatur.

Si ab humiditate calida acuta ſit, fiat phlebotomia de baſilica, vel eius ramo ſaluatella.

Catarrhus reſtringatur, quæ intentio currit à principio ad finem.

Fiat digeſtio per ingroſſantia, vt ſyrupo de papauere, ſucco liquiritiæ.

Sandarachæ decoctæ in aceto, vel aceti proiecti ſuper lapidem ignitum fumus accipiatur per nares: ſiſtit enim catarrhum.

Euacuatio fiat cum educentibus phlegma ſubtile, admiſtis choleram reſpicientibus.

℞. Pilularum de rhab. cochiarum añ drach. ß. fiant pilulæ 9.

℞. Pil. de agarico ℈ 2. de rhab. ℈ j. cum ſyrupo violarum, fiant pilulæ 9.

℞. Specierum hieræ ſimpl. ℈ 2. agarici troch. rhab. electi añ ℈ ß. ſalis gemmæ, troch. alhandal, añ gr. 5. cum ſyrupo violarum incorporentur & fiant pilulæ ix.

Corollarium. Affectus hic curatur eodem

modo quo tuſſis ab humiditate acuta.

Nota. Aliquod vehementer diſſolutiuum, vel valdè ſiccum, vel etiam vomicum, patientibus in pectore dari non debet, niſi prius iungatur dialthæa & butyro. Platear. de ſimpl. med. Cap. de aſa fætida.

Si à phlegmate groſſo viſcoſo, diæta ordinetur ad temperiem, parum tamen declinet ad caliditatem.

Dentur cibi ſubtiles.

Remoueantur quæ phlegma generant.

Detur hydromel cum pauco hyſſopi.

Forma hydromelitis: ℞. Aquæ ℔ 4. mellis ℔ 5. fiat deſpumatio, & vltimo imponatur hyſſopi m j. marathri parum. Hic aqua eſt exiguæ quantitatis.

Digeſtio. Oxymel ſcilliticum, ſyrupi calamenthi, vt prius in tuſſi de groſſo phlegmate.

Corollarium. Illa faciunt pro digeſtione & euacuatione, id eſt faciliori eductione per tuſſim, per ſuperiora.

COROLLARIVM. Diairis, Loch de ſcilla, de pino, ſanum & expertum, & reliqua dantur manè & ſerò.

COROLLARIVM. Secundum rationem facienti, & non eueniente quod ſperatur, non eſt tranſeundum ad aliud Hipp. aphoriſ. 52. part. 2. Ideo intentio medicationis non eſt varia niſi ſecundùm ſolam formam propter ruſticos.

℞. Succi liquiritiæ, ſem. feniculi, rad. ireos, capil. ven. añ ʒ 3. rad. ariſtolochiæ rotundæ, enulæ, ſem. vrticæ, cumini præparati, piperis, cardamomi

mi añ ʒ j ſs hyſſopi ſicci ℥ ſs. amygd. amararum ʒ 2. mellis deſpumati q.ſ. fiat electuarium ſecũdum artem.

COROLLARIVM. Ad ʒ 2. ſpecierum accipitur mellis ℥ j.

℞. Loch ſani & experti, de pino añ ℥ j ſs. Croci ʒ j. miſce. Poteſt etiam cõmiſceri, ſed euacuatione facta, mithridatium, & mane euacuatio pillulis de agarico, cochijs. etiam valet hiera cum agarico.

Corollarivm. Si adeſt catarrhus, reſtringatur, vt ſupra eſt dictũ de catarrho à phlegmate groſſo.

Si à vaporibus & ventoſitatibus; vapor & ventoſitas non manent diu ſine materia fouente.

Cauſſa fouens materialis phlegma vel melancholia, quæ eſt euacuanda.

COROLLARIVM. Quando pulmo repletur vaporibus, fiat phlebotomia de baſilica ſiniſtra ſolùm pro euacuatione, vt euacuentur vapores.

Corollarivm. Caſtanea & omne frixum nocent anhelitui.

Corollarivm. Cum pulmo repletur vaporibus, tunc patiens facillimè habet anguſtiam & difficultatem anhelitus, etiã nullo catarrho prægreſſo, & nihil ſputi cum tuſſi reijcitur.

His fiat euentatio ſæpius, quemadmodum facere ſolemus in imprægnatis propter alleuiationem ipſius imprægnatæ, & etiam infantis, quæ ex tali ſequitur euentatione.

DE PLEVRITIDE.

Pleuritis denominatur à loco in quo eſt ſita.

COROLLARIVM. Omnis panniculus aut oritur à pleura, aut à Siphac.

Pleureſi- alia eſt
- Vera quantum ad
  - 1. Materiam, quę fit à ſanguine cholerico.
  - 2. Locum, quæ fit à pleura interiore.
  - 3. Vtrũque, de qua nos proprie agimus.
- Non vera quãtum ad
  - 1. Materiam, quæ fit à phlegmate.
  - 2. Locum, quæ fit in muſculis exterioribus.
  - 3. Vtrumque.

Pleureſis phlegmatica terminatur rarò per reſolutionem, ſed per collectionem.

Cauſſa primitiua eſt omne illud quod ducere poteſt humores ad fluxionem ſubtiliando, ebulliendo, ſuppoſito quòd pleureſis fit per modum defluxus.

COROLLARIVM. Pleureſis habet adiunctam febrem, quia ab apoſtemate fuligines mittuntur ad cor.

COROLLARIVM. Ad anhelitũ ſanum & naturalem ſufficit ſolus motus & dilatatio diaphragmatis.

COROLLARIVM. Tuſſis adeſt propter vapores & fuligines pulmoni communicatas.

Tres ſunt cauſſæ pulſus: Virtus, inſtrum ẽtum, & aucta neceſſitas, id eſt euentatio. Lege Gal. de cauſſis pulſuum, & primo de criſibus, vbi agit de ſignis pleuritidis.

Pleuri-

Pleuritis differt ab apoſtemate hepatis: quia in apoſtemate hepatis tuſſis eſt ſicca, parua, & dolor grauatiuus in hypochondrio dextro, & ſub diaphragmate, item fœditas coloris in facie: In pleuritide verò aliquid exit cum tuſſi, & dolor adeſt pungitiuus.

Signa differentiæ pleuritidis à peſtifera lue: quoniam in peſte eſt maius καῦμα color ad tactum vehemens, & febris: itẽ vbi eſt dolor pungitiuus ſentitur in cute, glandula ad tactum, vel ad viſum macula, & patiens eſt ſine ſputo.

Pleuritis terminatur in phreneſin & peripneumoniam.

COROLLARIVM. Reſolutio in pleuritide accipitur tripliciter: vno modo propriiſſimè, prout reſolutio eſt materiæ in vapores cõuerſio, & iſta reſolutio eſt inſenſibilis. Secundò accipitur pro reſudatione materiæ paulatim factæ, quæ recipitur in pulmones, & ex conſequenti per tuſſim expellitur: & hæc reſolutio eſt ſenſibilis, ſæpiſſimè pleuritidem terminans. Tertiò accipitur reſolutio pro permutatione materiæ in alium locum vel membrum: & ſic pleuritis ſoluitur in apoſtema pulmonis, hepatis, cerebri.

COROLLARIVM. Si materia eſt ſubtilis, vel pauca, & natura vireſque fortes, tunc fit reſolutio inſenſibilis. Si materia eſt cauſſa, & virtus fortis, tunc fit reſolutio ſenſibilis, ſcilicet per reſudationem in pulmonem, & à pulmone reijcitur materia per tuſſim.

Signa reſolutionis inſenſibilis ſunt, ſi patiens poſt phlebotomiam incipit alleuiari:ceſſat tuſſis, febris,ſputatio.Signum reſolutionis ſenſibilis eſt digeſtio ſputi.

Pleureſis habet tẽpora,quę conſiderantur dupliciter,penes accidẽtia,& materiæ digeſtionem.

Corollarium. In omnibus morbis, demptis ijs quæ ſunt cum apoſtematibus internis, tempora accidentium & materiæ coincidunt. Lege Guainerium & Matthæum de Gradib.

Principium morbi intelligitur,cum parũ ſpuit patiens,idque eſt indigeſtum:quod ſi ſubrubrum aut ſubcitrinum apparet, iam finis inſtat principij.Quando autem à ſubrubedine aut ſubcitrinitate in albedinem aut ſubliuidum colorem mutatur,maiorique copia redditur, & ipſa quoque accidentia increſcunt,augmentum morbi dicitur. Statum verò adeſſe ſignificat ſputum æqualiter album, accidentiumque remiſſio. Cum autem ſputum minuitur vná cum aliis accidentibus,erit declinatio.

COROLLARIVM.Qualis eſt humor peccãs, talis quoque eſt color ſputi.Itaq; ſi materia pleureſis fuerit cholerica, ſputum ſolet apparere citrinum igneum; ſicut eſt ipſa materia apoſtematis.Si autem fuerit à ſanguine, apparebit rubra, ſicut eſt color ſanguinis. Idẽ iudiciũ eſt de cęteris.

Quamdiu ſputum apparet ſimpliciter rubrum, citrinum, aut aquoſum, pro toto illo tempore materia ſimpliciter eſt indigeſta,& proinde morbus in principio. Et ſi multo tẽpore ſputum tale appa-

apparet, malum. Sed cum incipit fieri ſubcitrinū ex citrino,& ſubrubrum ex rubro,ſignum eſt digeſtionis,& conſequenter augmentum.

Rhaſes ponit quatuor intentiones in omni pleureſi obſeruandas.

Prima eſt,vt Medicus in quantum fieri poteſt, in prohibitionem apoſtematis incumbat.

Secunda: Si apoſtema non poteſt prohiberi, Medicus operam det ne augmentetur,& vt inſenſibiliter reſoluatur.

Tertia:Si Medicus non poteſt prohibere quin materia iam fluxa apoſtema faciat, curet vt ſenſibiliter per ſputum reſoluatur.

Quarta: Si hæc tertia intentio locum non habuerit, & ſputum retineatur, curet vt materia apoſtematis ad ſemen conuertatur.

COROLLARIVM. Saniatio eſt melior induratione.

Intentiones.

1. Expeditur repercuſſiuis, & ſi expedit, cum diuerſiuis.

2. Per phlebotomiam diuerſiuam & euaporatiuam.

3. Completur per diuerſiuam & eradicatiuā, nec non per ea quæ ſputum facilitant.

4. Completur per eam quæ conuertunt materiam in ſaniem.

Si pleureſis eſt à ſanguine cholerico: Principio fiat phlebotomia(ſi nihil ſit quod prohibeat.) de ſaphena oppoſita: & ſic per duos diametros; ſed non niſi in vehemēti repletione: aliàs de ſaphena

eiuſdem lateris,vel in brachio de vena baſilica.

Corollarivm. In phlebotomia quid faciendum ſit,vide inferius de repercuſſiuis. Conſule Guainerium.

Secunda intentio: Facta phlebotomia apponantur euaporatiua:apponatur milium cum ſale torrefactum. Item admoueatur ſpongia vel veſica aquâ calidâ repleta:fiat inunctio cum oleis amygdal.dul.camæmelino,violarum.

℞.Florum camomillæ, meliloti, anethi, verbaſci añ M 2. decoquantur in aqua ſufficientis quantitatis,cum qua latus dolens fomentetur.

Corollarivm. Reſolutio inſenſibilis inde cognoſcitur, quòd accidentia manifeſtè ad ſenſum diminuuntur.

Corollarivm. Hodie facta phlebotomia diuerſiua,cras fiat eradicatiua, & hoc ſi Medicus à principio vocatur. Sed ſi vocatur tertio die,fiat ſimul diuerſiua & eradicatiua:& tunc euaporantia non multum valent,quia materia eſt fluxa.

COROLLARIVM. Phlebotomia eradicatiua fit in brachio patientis lateris de baſilica.

In phlebotomia eradicatiua expectatur coloris mutatio.

Corollarivm. In principio fluentis materiæ, vbi per phlebotomiam facienda eſt diuerſio, nō oportet expectare mutationem coloris. Quod ſi materia fluxiſſet, & duraſſet dolor per notabile tempus, vtpote diē vnum,duos aut tres, cū vehemētia febris,difficultate anhelitus,tuſſi,vti notabilis eſſet facta alteratio circa locum apoſtematis; tunc

tunc non tantum ad diuertendum,ſed etiam euacuandum alterandumque ſanguinem oportet coloris mutationem expectare.Igitur expectatio mutationis in colore magis debet fieri in eradicatiua,quàm diuerſiua phlebotomia,& hoc de mẽte Auicennæ& aliorum practicantium.

COROLLARIVM. Phlebotomia eradicatiua non ſemper debet fieri, vſque dum in colore appareat mutatio,vt quando virtus eſt debilis.

De termino phlebotomiæ diuerſiuæ non poteſt dari certa regula,ſed debet fieri maior vel minor,ſecundum maiorem & minorem plenitudinem ſæuitiamque accidentium, & citiorem tardioremque eorundem remiſſionem:nam vbi eſt maior anhelitus difficultas& dolor copioſior, ibi competit maior phlebotomia diuerſiua:&vt primum accidentia incipiunt minui, finem habere debet phlebotomia.

Tertia intentio:Facta phlebotomia eradicatiua,cura omni ingenio,vt ſputum adæquetur, & materia ad facilem eductionem præparetur: vt aqua hordei per ſe,vel cum zuccaro,liquiritia, ſeminibus aniſi& feniculi, ficubus:cũ iulepo violarũ,aqua mellis,aqua zuccari,decocto iuiubarũ,ſebeſten,vuarum paſſarum,ficuum,liquiritię,loch, de caulibus, quod fit ex ſucco cauliũ rubrorum & zuccaro, diapenidio, diatragacantho, ſyrupo violarũ,ſyrupo liquiritiæ,de hyſſopo:diaireos Solomonis,ſi non adeſt febris, & materia eſt groſſa.
℞.Succi liquiritiæ ʒ j. Sp.diapenidij ℥ 2.amili ℈ j. Sem̃.feniculi ℈ ß zuccari candi, penidiorum añ ℥

j.Cum ſyr.liquiritiæ formentur trochiſci, qui teneantur ſub lingua.

Si materia eſt nimis groſſa, & ſentitur difficultas anhelitus pectoriſque conſtrictio, valet loch ſanum, de pino, ſquilla, ſyr.de praſſio.

Ad extra fiat inunctio cum oleis camomillæ, anethi,

COROLLARIVM. Si apparet digeſtio in ſputo, ſignum eſt reſolutionis ſenſibilis.

COROLLARIVM. Signum laudabilis ſputi, digeſtionem ſignificantis, quære ſupra, & apud Valeſcum in capite de pleuritide.

Quarta intentio: Si materia non euacuatur per ſputum, & fit collectio materiæ, tunc eſt adiuuanda per generationem ſaniei.

Sanies eſt laudabilis alba, ſubtilis, æqualis, non fœtida: è contrario ſanies eſt illaudabilis quæ iſta non habet.

Natura eſt adiuuanda in generatione ſaniei, quia natura facit ſaniem: adiuuatur per anodyna & temperata.

♃.Rad.ibiſci è cortice interiore & ſorditie exteriore mundat. ℥ 4. decoquantur optimè, & piſtentur: cum his incorporentur farinæ fœnogræci, ſem̃.lini, fl.camomillæ, anethi an̄ ℥ j.miſce, fiat emplaſtrum maturatiuum & ſedatiuum: cum his axungiæ gallinæ, butyri maialis, anetis, olei anethi, camomel.an̄ ℥ j.ceræ q.ſ.fiat emplaſtrum maturatiuum.

℞.Duo vitella ouorum durè coctorum, incorporentur cum axungia gallinæ & anatis, addatur farina

farina fœnogræci,ſem̃.lini,fiat emplaſtrum.

℞.Maluæ,althęæ,fl.camomillæ,anethi, meliloti añ M.j.Coquantur in modica aqua, piſtentur,fiat emplaſtrum.

Facta generatione ſaniei, quod cognoſcitur, quia accidentia aliquãtulum ſedantur: quum accidentia ſunt maiora in generatione ſaniei,quàm facta ſanie, tunc apoſtema rumpatur per motum fortem,reuoluendo ſe de vno loco ad alterum ad latera.

Rupto apoſtemate, patiens patitur rigorem. Iſte rigor & horripilatio eſt ſignum rupti apoſtematis:& tunc patiens melius ſe habet,& accidentia ſedantur,& morbus tranſit in Empyema.tunc fiant illa,quæ dicuntur in Empyemate.

Corollarivm. Illa ſanies debet euacuari è clibano pectoris in quadraginta diebus; quod ſi non fiat,tunc patiens tranſit in phthiſin.

Fiat mundificatio quàm citò fieri poterit,& ſit per facilitantia ſputum.

Corollarivm. Si ſanies empyicorũ in 40.diebus non mundificatur,tranſit in phthiſin.

℞.Aquam mellis & decoctionem cauliũ rub.

℞.Caul.virid.rub. M 3. elixentur in aqua vel bono iure carnium,& tamdiu coquantur,donec tota virtus fuerit ſuſcepta.bibatur cum zuccaro, vel melle, vel ſine his. Valent omnia quæ dicta ſunt in facilitatione ſputi;in reſolutione materiæ ſenſibilis in pleureſi.

Vide mundificantia in Meſue cap.de aſthmate & pleuritide.

Vales & lohoch apud Serapione in antidotario.

COROLLARIVM. Omnia quæ dantur, ordinentur in via cibi, potus, vel medicinæ, ad facilitandum ſputum.

Corollarivm. Hordeum commiſceatur & crocus in omnibus cibis.

Signa perfectæ mundificationis & liberationis ſunt, quando ceſſant accidentia, tuſſis, bonusque ſit anhelitus.

Tunc patiens eſt confortandus, & vtatur diæta bona, quę confortet pectus, adminiſtranda ad intus & extra.

Si à phlegmate ſit pleureſis, fiat purgatio cum pilulis cochijs vel enematibus fortibus, & tunc fiat phlebotomia; quæ etſi non conueniat qualitatiuè, conuenit tamen quantitatiuè. Phlebotomia fiat diuerſiua poſt euacuationem ij. dierum, & poſtea iterum detur forte enema.

COROLLARIVM. Apoſtemata phlegmatica rarò terminantur ſenſibiliter per ſputum: rariſſimè inſenſibiliter, ſed per collectionem: tunc conducunt fortiora, quàm prius dicta ſunt in ſanguinea: Vt ſyrupus hyſſopi, de praſſio, diairis.

℞. Syrupi hyſſopi ℥ j. oxymellis ℥ ß. aquæ vngulæ caballinæ q. ſ. fiat potus ſerò detur lohoch. Dentur poſtea expectorationem iuuantia, quæ ſupra tradidimus in facilitatione ſputi, & fortiora.

DE SPVTO SANGVINIS.

Sputum ſanguinis poteſt prouenire ex quinque locis, ſcilicet ſtomacho, pectore, ore, capite & pulmone.

Si à ſtomacho & pectore prouenit, hæmoptoiſis, vel hæmoptoica paſſio nuncupatur.

Tribus modis exit tale ſputum: Vel ſpuendo, vel raſcando, vel vomendo & tuſſiendo. Et deterior eſt, quando cum tuſſi exit, quia phtiſin portendit: nam ſi non citò conſolidetur, facit vlcus in pulmone.

Si à capite, exit cũ raſcatione; ſimiliter à gingiuis.

Primò fiat phlebotomia ſaluatellæ dextræ, tãdem, ſi opus fuerit, baſilicæ vel medianæ dextræ. Poſt hoc ſtatim adminiſtretur ʒ j. philonij Perſici.

Sed prius patiens interrogetur an ſentiat aliquam alleuiationem poſt vomitum, vel non: An aliquis fluxus conſuetus ſit retentus, vel non. Si ſentit alleuiationem, tunc non citò eſt reſtringẽdus: ſi verò non, ſtatim ſine mora reſtringatur.

Poſt minutionem dentur reſtrictiua, vt eſt aqua chalybeata cum ſucco agreſtæ, berberorum, granatorum vel cydoniorum. Cibus declinet ad ſtipticitatem, vt ſunt auiculę aſſatæ, in quarum ventre prius ſint aliquot grana myrti poſita.

Inſuper cibi condiantur cum ſuccis ſtipticis vel pulueribus.

℞. Boli Armeni, ſanguinis draconis, balauſtiorum, roſ. rub. maſticis, lapidis hæmatitis, ſumach, myrtillorum añ ʒ 2. fiat puluis, de quo detur ʒ j. cum ſucco granat. vel aliquo ſimili, vel ex pul. fiat tragea, vel Electuarium, commiſcendo eos cum rob de ribes vnc. 3. cùm ſyr. myrtino & conſerua roſarum.

Comedant oua cum nuce muſcata:& coralli valent.

Ab extra.℞.Succi agreſtæ, vel extremitatum vitium,plantaginis,virgæ paſtoris añ ℥ j. boli armenæ ℥ 2.Incorporentur bene ſimul & applicetur in modum emplaſtri, admiſcendo aliquid de aromatib. calidis,vt de garyophillis,cinamomo.

℞.Spodij roſarum rubrarum, acatiæ, hypocyſthidis,granorum myrti,ſumach,carabe, thuris, maſticis añ ℥ 2.boli armeni,balauſt.añ ℥ ß.cum albumine oui & ſucco plantaginis fiat emplaſtrum ſuper hepar,vt retineat ſanguinem.Super ſtomachum verò ad cõfortandum ipſum,ne ab hepate ſanguinem recipiat.

Si ab hepate,contingit quoque vomitum fieri propter oppilationem partis gibboſæ hepatis. Vnde ſanguis in hepate generatus cùm non habeat exitum,tũc regurgitat iterum ad ſtomachũ: & id cognoſcitur ex ſignis oppilationum hepatis vel apoſtematis: vt grauitas in latere dextro &c. Etiam vomitus nõ eſt tantus in quantitate.In iſto caſu ſtiptica reſtrictiua ſunt formidanda: ſed aperitiua dentur.Detur ſyrupus de abſinthio, de byzantiis cum ſyrupo de endiuia. Poſtea confortetur hepar & ſtomachus cum aromaticis ſtipticis calidis vel frigidis,prout exigit diſpoſitio.

Si à pulmone ſanguis aliquando exit, hæc ſigna ſunt:ſanguis eſt ſpumoſus,lucidus,clarus,copioſus ex pectore cum fortiſſima tuſſi:& tunc ſtatim eſt ſuccurrendum.

Primò cum phlebotomia:& illa eſt vtilior, ſi ſit magna

magna,in quantitate diſcreta potius quàm continua:proinde ſecundatio vtilis eſt.

Corollarivm. Secundatio fit ex eadem vena poſt quinque horas. ¶ Tandem dentur reſtrictiua ſanguinis, & Medicus adhibeat magnam diligentiam,quia ſi ſanguis in primis quatuor diebus non reſtringatur,cura eſt quaſi deſperata.

Corollarivm. Mox poſt phlebotomiam detur ℥j.philonij perſici: tandem alia ſtiptica lambendo & bibẽdo:vt eſt mumia, ſanguis draconis, bolus armenus, lapis hæmatites, carabe, ſpodium,coral.rubri,lapis Cornelius,pſidię,balauſtia.

COROLLARIVM. Trochiſci de carabe ſunt vltimi iuuamenti, vt Philonium, etiam in reſtrictione menſtruorum,in principio tamen.

Ab extra: Conducit embrocatio vel linimentum cum ſuccis,oleis reſtrictiuis, vt myrtino.

COROLLARIVM. Patiens prohibeatur ne tuſſiat,quantum eſt poſſibile, etiam ne multum loquatur,& non moueatur fortiter.

Patiens ſit in quiete & ſilentio, vtatur cibis & potibus ſtipticis,caueat ab ira, & maneat in aëre temperato.

COROLLARIVM. Pulueres reſtrictiui poſſunt commiſceri cum ſyrupo de liquiritia, & etiã cum zuccaro, alterutro horum.

COROLLARIVM. Venter teneatur laxus omni modo.

DE PERIPNEVMONIA.

Peripneumonia eſt apoſtema in ſubſtantia pulmonis generatum, & fit incipiẽdo & terminãdo.

Cura. Præmiſſo lenitiuo, fiat phlebotomia diuerſiua ex baſilicis vel ſaphenis, & poſtea eradicatiua ex mediana vel baſilica dextra, quæ euacuat fortiter.

Si reſoluitur ſenſibiliter per ſputum, dentur facilitantia ſputum. Si colligitur, fiat maturatio, ruptio, mundificatio, & vltimò vlcere pulmonis mundificato (quod cognoſcitur, quãdo non exit ſanies, ſed ſanguis) tunc mundificatiuis conſolidantia commiſcenda.

Quod ſequitur mundificat & conſolidat.

℞. Gummi Arabici, tragacanthi, maſticis, tutis, rad. ireos, boli Armeni, ſanguinis draconis, ſucci liquiritiæ, ſem. feniculi añ drach. j. mellis optimè deſpumati vnc. 2. fiat optima commiſtio ſimul reducendo mel ad ignem lentum, donec bene ſine bullitione calefiat. Tunc puluis rerũ prędictarum ſubtiliſſimè commiſceatur: de hac medicina ſumat patiens lambendo.

Trochiſci mundificatiui & conſolidatiui: ℞. Specierum diapenidij, diatragacãthi, ſucci, liquiritiæ ſanguinis draconis, thuris, maſticis añ drac. j. mumiæ ℈ ſ. balauſtiorum ℈ j. maratri drachm. ß. penidiarum vnc. j ß. cum mucilagine tragacanthi & gummi Arabici incorporentur, fiant Trochiſci ſub lingua tenendi.

Si à phlegmate, fiat euacuatio per pilulas, & diuerſio per enemata fortia.

COROLLARIVM. Quicunque habet difficultatẽ anhelitus, non eſt cogendus ad ſeruandũ enema.

Si adeſt plethora, fiat phlebotomia, aliàs

non: poſt dentur ſcreatica fortia.

COROLLARIVM. Patiens habeat omni die beneficium ventris.

Corollarivm. Medicus pro viribus curet materiam per ſputum educi per prius dicta. Si ſit collectio, fiat maturatio, ruptio, mundificatio, & cõſolidatio, & eſt cura Empyematis.

Corollarivm. Eſt ferè eadem cura in medicinis & localibus, ſicut in pleureſi, niſi quod medicamenta hic debent eſſe fortia, quia apoſtema ſitum eſt in profundiore & remotiori mẽbro: medicinæ autem applicentur ad pectus & dorſum.

DE PHTHISI.

Phthiſis quandoque accipitur communiter ꝓ omni conſumptione corporis, & ſic eſt communiter Hectica; quandoque ꝓ conſumptione præcedente exulceratione pulmonis.

Caſſius medic⁹: Phthiſis eſt exulceratio pulmonis in effluxione corporis. Meſue: Eſt detrimentũ conſumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitualium, exulceratione pulmonis cauſſatarum: & ſic loquimur hìc.

COROLLARIVM. In apoſtematibus, locis neruoſis exiſtentibus, perfecta mutatio non eſt expectanda, ne ſanies neruos corrodat.

COROLLARIVM. Phthiſis contingens ab apoſtemate pulmonis, vel corroſione ipſius, vel neruorum diſperſorum per ſubſtantiam pulmonis, & maximè, vt dicit Cõciliator, in pinnulis interioribus; rariſſimè aut nunquam recipit curã, præſertim ſi diuturna fuerit, & in corpore debili,

ſtricti pectoris. Rationes impoſſibilitatis curæ multas ponit conciliator, Quod ſi hinc inde reperiantur phthiſici, qui fuerint curati, id rectè eſt intelligendũ, & potiſſimum de illis quibus vlcus extitit in cãna pulmonis, aut partibus vicinis cannæ pulmonis, vbi nõ fuit vetuſta vlceratio, & in corpore robuſto. Et ita gal. de ingenio ſanitatis plures narrat ſe curaſſe.

In reliquis nõ reperitur vera cura, ſed blãditiua, cũ qua tamen omnes ad mortẽ properant; quoniam, vt ſcribit Galenus, plures per curã prolongati ſunt in vita, qui omnes tandem ſunt mortui.

COROLLARIVM. Contingit quod fiant cruſtæ in vlceribus pulmonis, quæ prohibent fuligines, & tunc patientes amplius non tuſſiunt, & accipiunt augmentum in corpore, ſed autumnus phthiſicos illos detegit.

COROLLARIVM. Phthiſis computatur inter morbos hæreditarios, & contagioſos, teſte Galeno lib. 1. cap. 3. de diff. feb.

COROLLARIVM. Non omnis ſanies tuſſi eiecta eſt ſignum phthiſis, ſed ſanies, tuſſis, macies, maraſmus, difficultas reſpirationis, febris hectica.

Phthiſis fit incipiendo & terminando.

Signa diſtinctiua ſaniei & phlegmatis fiunt per carbones & aquam, ſanies tendit ad albedinem ſubcitrinam: phlegma ad albedinem; ſanies non eſt ita viſcoſa, & partes ſaniei facilè coniunguntur, non ita phlegmatis partes.

Cura fit per diætam & potionem.

Si phthiſis fit à catarrho, ſiſtatur.

Vlcus mundificatione curatur, conſolidatione pulmonis, confortatione, & accidentium correctione. Galenus duos phthiſicos miſit ad montẽ Ætnam: ex hoc arguit, quod aër phthiſicorum debeat eſſe calidus: & nota quod deſperatos tantùm eò miſit, vt ex cura blanditiua longius viuerent propter exiccationem.

Aër ſit temperatus, parum tamen declinet ad caliditatem & ſiccitatem.

Corollarivm. Inter duo mala minus malum eſt eligendum, ideo etſi ſomnus humectet: tamen quia tuſſis ceſſat in ſomno, quæ prohibet conſolidationem, ea propter eſt admittẽdus, ſed is non debet eſſe diuturnus, nec meridianus, propter catarrhum quem poſſet ciere.

Corollarivm. Quies eſt imperãda phthiſicis, quia humectat corpus.

Euacuatio eſt alienanda à phthiſico, quia de ſeipſis aliquando incurrunt in nimiam ventris ſolutionem, & eſt ſignum malum: ſi tamẽ eſſet magna ventris inobedientia, eſſet ex vſu manna, caſſia, clyſter lenitiuus, & ſimiles medicinæ, quas benedictas vocamus.

Corollarivm. Phthiſicus verſetur in gaudio, caueat à triſtitia, ira, & alijs vehementibus animi accidentibus.

Omnis cibus difficilis digeſtionis & groſſus eſt auferendus: item omnis cibus acutus, anhelitum conſtringens, fructus, omnis cibus euaporans, ventoſus.

Cancri fluuiatiles optimè valent à proprie-

tate ; detur piſtatum ex illis.

Capiuntur boni cancri, inciduntur, & in lacte abluuntur, vel in aqua hordei, demptis prius pedibus & teſtis, deinde cum amygdalis dulcibus piſtantur affuſo ptiſana, vel iure aliquo bono, additurque zuccarum : optimus hic eſt cibus pro phthiſicis.

Detur oua & lac: pars butyroſa lactis humectat, caſealis conſolidat, ſeralis mundificat.

COROLLARIVM. Conſerua roſarum humectat ratione ſui ſucci, mundificat ratione zuccari, conſolidat ratione roſarum: ſed debet eſſe cõſerua recens.

Cura blanditiua: In hac non conuenit lac, ſed ſolum in cura vera: quia in cura blanditiua quærimus exiccationem, quærimus vt patiens diutius viuat: ſed in cura vera, corporis humectationem & nutritionem.

De lacte nota, quod in aliquibus caſibus non eſt dandum.

Primus, quando fluit catarrhus, qui eſt cauſa phthiſis. Secundus, quando eſt febris intenſa, vt quãdo cum hectica concurreret aliqua febris putrida. Tertius, quibus hypochondria ſunt ſuſpẽſa, illis minimè conuenit. Quartus, habentib⁹ fluxum ventris. Quintus, qui non habent appetitum ad lac bibendum, illis non eſt dandum.

Conciliator. Extra illos caſus lac ſatis conueniens eſt cibus: & hoc, cum eſt intentio ad verã curam: nam in cura blanditiua, vbi intẽdimus vlcus indurare, ne dilatetur, aut profundetur, vtimur

exiccã-

exiccantibus, vt multo tempore viuere poſſint: quo in caſu nō exhibetur lac:ex quo intelligitur, quod in deſperatis exiccantia magis ſint neceſſaria, quàm humectantia & abſtergentia, quia cum talibus ſiccis multo tempore viuunt.

Meſue capite de phthiſi, ideo in principio improbat zuccarum roſarum, quia coarctat materias in pulmonibus, ideo vult vt mundificantia prę-mittantur.

De zuccaro roſarum ſciendum, quod in ipſo eſt de nutritione ratione zuccari, & abſterſione ratione roſarum.

Notandum, vbi eſt intentio mundificandi, cõuenire recentiſſimum: vbi verò conſolidandum, magis laudatur antiquum. Ideo ſcribit Meſues & Conciliator, illos vehementer errare, qui à principio exhibeant conſeruam roſarum antiquam, quia tunc magis intentio eſt abſtergere & mundificare.

Meſue. Infinitus eſt numerus eorum phthiſicorum, qui ex ſolo vſu zuccari roſati ſunt liberati, quod cum pane comedi poteſt; veruntamen ſi ex illius vſu ſequeretur pectoris conſtrictio, liceret commiſcere cum ſyrupo de hyſſopo, donec hoc accidens remoueretur, poſtea fieret reditus ad idem medicamentum.

COROLLARIVM. Conueniens & bona dięta, ſi vllo alio in morbo, in hoc maximè eſt adhibenda. Detur piſtatum ex hepatibus gallinarũ & teſticulis gallorum, ex pulpis carnium auium, gallinarum, perdicũ cum bono iure non ſalito, ex

lacte amygdalarum,fiat ex his piſtatum.

Hordeum ad quodlibet decoctum eſt admiſcendum.

Lac amygdalarum ex carnibus non ſeruetur vltra diem & noctem.

Ex farina hordei & auenæ fiat pulmentum, eodem modo ex lacte caprarum,farina hordei cũ zuccaro,ex farina tritici fiant pulmenta.

Ex duobus vitellis ouorum paulatim commotis & conquaſſatis fiat decoctio cum lacte, addatur zuccarum: non indiget magna decoctione zuccarum:additur, quia dulcia nutriunt: admiſceantur ſupradictis cancri fluuiatiles.

Fiat ptiſana,ex lacte& hordeo,addito zuccaro.

Crocus maximè conuenit.Cum lacte, vel cibo ex lacte alius cibus non eſt commiſcendus. Nihil eſt quod magis nutriat & confortet pulmonem quàm cicera alba & rubra.

Cor & pulmo anſeris ſylueſtris, & caro ericij maximè confortant pulmonem.

Potus. Detur aqua hordei cum zuccaro, aqua mellis præſertim tempore mundificationis: iulepus violarum,ſi adſit febris: vinum dilutum.

COROLLARIVM. Vinum cum aqua hordei non eſt diluendum,ſed cum aqua zuccari, & cũ aqua mellis, decocto liquiritiæ.

Intentiones circa vlcus.

1. Mundificatio.
2. Conſolidatio.
3. Pulmonis confortatio.
4. Accidentium correctio.

Tertia

Tertia intentio concurrit cum prima:ſecunda ſimiliter cum quarta.

Corollarivm. Aliquando magis opus eſt intendere accidenti, & omittere principalem intentionem: vel accidentibus ſtudioſè intentum eſſe,& principalem intentionem non negligere.

Mundificatio fit per aquam hordei zuccaratã, per aquam decoctionis liquiritiæ,cicerum,aquã mulſam, ſerum caprinum per emulſionem ſem̃. frigidorum.

℞.Diapenidij,diaireos an̄ ʒ 6.ſyrupi liquiritiæ ℥ j ß.miſce,ſumat lambendo.

℞. Loch de pino,ſani & experti an̄ ʒ 6. miſce.

℞.Liquiritiæ raſæ,capilli Veneris, hyſſopi ſicci, maratri an̄ ʒ 3. iuiubarum, ſebeſten, paſſul. enucleat.an̄ num.14.caricarum pinguium nu.7. hordei excort. ℥ 2. aquæ fontis ℔ 6. fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis,fiat colatura. Hæc eſt decoctio pectoralis mundificatiua. Si libet, poteſt addi mel.

℞.Succi liquiritiæ ʒ 3. Sp.diaireos, diapenidij an̄ ʒ 2.ſem.communium frigid.feniculi an̄ ʒ ß.penidiarum ℥ 2.cum ſucco liquiritiæ incorporẽtur, fiant Troch.vel formulæ ſub lingua tenendæ.

Corollarivm.Debet& victus tendere ad mũdificationem.

Corollarivm.Medicus circa phthiſicum verſans habeat in ore conſeruam roſarum, quia eſt morbus contagioſus, & maximè in his qui inter ſe ſanguine iuncti ſunt.

Vlcus mundificatum ſignificatur, quando

patiens habet meliorem reſpirationé, & ſputum non eſt ſanioſum, ſed ſanguinolentum.

COROLLARIVM. Difficultas ſpirationis vel anhelitus eſt ex ſanie vias obſtruente, & vlcere pulmonis ipſum debilitante.

Conſolidatiua ſunt: Bolus Armenus, qui multum, quocunque modo ſumtus, prodeſt, detur omni die cum vino, & ſi ipſe non iuuerit, nihil iuuabit.

Conueniunt amilum, gummi Arabicum, lapis hæmatites, pſidia, balauſtia, karabe, mumia, coralli rubri, ſanguis draconis, cornu cerui vſtum & lotum, galla vſta & lota.

℞. Boli Armeni, ſanguinis draconis, lapidis hęmatitis añ drach. 2. mumiæ, coralli rubri pręparati, ſucci liquiritiæ, ſem. feniculi añ drach. ß. penidiarum vnc. j ß. cum muccilagine tragacanthi fiat Trochiſci.

℞. Conſeruæ roſarum vnius anni ℔ ſ. boli Armeni præparati vn. j ß. ſem. feniculi ℈ 4. ſyr. liquiritiæ q. ſ. fiat miſtura ſolida, quæ in ore liquefiat.

COROLLARIVM. Conſolidantia miſcenda ſunt cum mundificatiuis, ne ſanies latens ibi maneat: quia etſi fieret conſolidatio, tamen hæc non eſſet firma, ideo ſanies mundificetur, vt virtus conſolidantium melius venire ad pulmonem poſſit.

Vltimo conſolidantibus confortantia pulmonem miſcenda ſunt.

Confortant à proprietate pulmo vulpis exiccatus, caro ericij, pulmo anſeris ſylueſtris, cicera. Reſpice Vilhelmum de Varignana.

Electu

Electuarium bonum mundificatiuum & conſolidatiuum vlcerũ pectoris & pulmonis. ℞. Succi liquiritiæ drach.x.hyſſopi ſicci,capilli Veneris, ſem.rutæ,iridis añ drach.ʒ.maratri drac.x. pulueris de pulmone vulpis,pulueris cancrorum marinorum añ drach.iʒ.coral.rub. boli Armeni añ ʒ ʒ. mellis roſar.q.ſ.fiat Electuariũ, detur de eo quolibet tempore.

℞.Pul.de pulmone vulpis ſicci,capilli Veneris, ſucci liquiritiæ,ſem.feniculi añ vnc.ß.mellis quãtum ſufficit:fiat Electuarium pulmonis confortatiuum. Vel capiat puluerem pulmonis de vulpe cum ouo ſorbili.

Ad ſeruandum pulmonem vulpis,exiccetur & pulueriſetur,apponatur modicum ſalis&ſeminis feniculi:dein cum vino formentur Trochiſci.

Accidentia remoueantur, & corpus emaciatum reſtauretur per bonam diætam, & bona nutrientia.

Vnguentum reſumptiuum quo vngatur collum,pectus,gula,dorſum.℞.Muccilaginis altheæ, ſem.maluæ, butyri recentis non ſaliti, axungiæ gallinæ & porci recentis non ſaliti, medullæ cerui, crurum recentium vitulorum añ vnc.j. zuccari candi, ſucci liquiritiæ, tragacanthi, gummi Arabici in aqua infuſorum añ drach.2.olei violarum vncß.cerę q.ſ.fiat vnguentum.

Corollarivm. Parum & ſæpius reficiatur in die cum bonis nutrimentis,vt ſupra dictum eſt.

Deinde catarrhus ſiſtatur: & aliquando, ſi eſt de materia ſubtili,acuta,primo huic accidẽti ſuc-

currendum cum ingroſſantibus.

Difficultas reſpirationis tollitur, vt ſupra in capite de aſthmate eſt dictum, ſyrupo de hyſſopo, praſſio: ſquilla remouenda.

Quartò febris, & ſi putrida, malum & difficile eſt, ideo caute agendum.

Quintò fluxus ventris malus: cõſtringatur venter cum oleo maſticis, cydoniorum, ab extra, ab intra cum bolo Armeno & cæteris.

Sextò tuſſis eſt maximè remouenda, quia prohibet conſolidationem: nihil acidi detur, quia faciunt tuſſire acida.

Tuſſis ſedetur cum confortantibus & lenientibus pulmonem, vt ſupra dictum eſt.

DE AEGRITVDINIBVS CORDIS, ET DE CARDIACA PASSIONE.

Præternaturales diſpoſitiones cordi accidunt quatuor: debilitas cordis, tremor cordis, ſaltus, & ſyncope. Et vltima quæ has ſequitur Mors. Iam de communi vocabulo Cardiaca paſſione.

Corollarium. Iſtæ diſpoſitiones non differũt in cauſis imprimentibus, niſi penes plus & minus.

Debilitas cordis eſt quædam innaturalis diſpoſitio, propter quam cor non poteſt ſuas operationes debitas perficere, & non poteſt reſiſtere cauſſis nociuis & ſe lædentibus.

Debile cor, quod à facili cauſſa læditur imprimente leue nocumentum.

Tremor cordis eſt motus tremulus cordis & inordi-

inordinatus. Saltus vel iectigatio eſt interpolatio motus.

Syncope eſt ablatio & deſtructio operationum cordis.

Sume definitionem ſyncopes ab Auicenna.

COROLLARIVM. Arteriæ in apertione recipiunt à poris aërem, à corde ſanguinem arterialem.

In conſtrictione & clauſione cordis, cor expellit vapores & fumos fuliginoſos per poros cutis, & ad arterias ſanguinem arterialem.

In dilatatione accipit recentem aërem ab arterijs.

Aër infectus primo inducit debilitatem cordis, poſtea tremorem, ſyncopem, vltimo mortem.

Cauſſæ efficientes prædictas diſpoſitiones, aut ſunt per eſſentiã, aut communitatẽ συμπάθειαν.

Si per eſſentiam, aut imprimunt in vna iſtorum quatuor; ſubſtantia cordis, ventriculis, venis & arterijs, capſula cordis.

Corollarivm. Cor poteſt pati triplex genus morbi: conſimilis, officialis, & communis.

Nota cauſſas & ſigna.

Signa ſunt pulsis paruus, anhelitus inordinatus, liuiditas faciei, obtenebratio viſus.

COROLLARIVm. Certiſſimus nuncius cordis eſt pulſus.

Nota ſigna ſpecierum.

COROLLARIVM. Si venit à mala complexione immateriali, ſufficit alteratio, & cordis cõfortatio, ne amplius talẽ complexionẽ ſuſcipiat.

℞.Aquæ roſarum,redolentiſſimè, borraginis añ ℥ 2.aceti roſarum ℥ ß.camphoræ bene diſſolutæ gr.5.croci gr.j.vel ſem.baſiliconis gr. j. miſce.

℞.aquæ roſarum ℥ 4.ſpecierum triſantalon ʒ j.fiat Epithema.

℞.Fl.roſarum,violarum,nenuph. borraginis, bugloſſæ añ ʒ 3.fiat paruus quadratus ſacculus de ſyndone munda rubra, interpaſtetur parum madefiat in aliquo prędictorum epithematum.

COROLLARIVM. Pura refrigerantia non ſunt apponenda ad cor,aquæ roſarum,nenupharis,ſemperuiui, ſolatri.

Ad intra:Diarrhodon abb.diatrion ſantalon, conſ.roſarum, violarum, bugloſſæ, borraginis, manus Chriſti,margaritæ, coralli.

℞.coral.rub.præparati margaritarum præparat.añ ʒ 2.Zuccari tabarzet albiſſimi ℥ 4. diſſoluantur in redolentiſſima roſarum aqua, fiat confectio in rotulis vel morſellis.

Si à complexione mala calida ſanguinea materiali,fiat phlebotomia de baſilica ſiniſtra, vel etiá mediana.Si eſt magna repletio,poteſt fieri alteratio & confortatio cordis cum frigidis cordialibus ſtipticis ad intus & extra.

Si à complexione mala calida, cholerica, materiali,fiat euacuatio choleræ: fiat infuſio myrobalanorum citrinorum,vel rhabarbari,quod etiá confortat cor.

℞.Elect.de ſebeſten ʒ 6.ſucci roſarum ʒ 2 .ß. ſyrupi violarum ℥ ß.aquæ borraginis, bugloſſæ q. ſ.fiat hauſtus.

COROL

Corollarivm. Educta cauſſa, fiat alteratio malæ complexionis vel diſpoſitionis introductæ.

Corollarivm. Eductio humorum fit per medicinas familiares, non proſternentes naturam, & quæ à proprietate habent confortare cor.

DE SALTV CORDIS.

Corollarivm. In omnibus cordialia commiſcenda ſunt, & citò cordi ſubueniendum eſt, quia nobile eſt membrum, à quo alia membra, & ipſum non ab illis auxilium petit.

Si prouenit ab humore melancholico, fiat digeſtio cum ſyrupo de thymo, epithymo: auferatur cauſſa cum rebus familiaribus, cum folliculis ſennæ, thymo, epithymo, myrobal. Indis.

℞. Myrobal. Indorum ℥ j. thymi, epithymi, fol. ſennæ ℥ ß. borraginis, bugloſſæ, fumarię an M j. fl. violarum, borraginis, bugloſſæ ʒ 6. decoquantur ſecundum artem & ebulliant myrobal. fortius reliquis, ad remanentiam ℥ 3. Col. adde Caſſiæ fiſtulæ ℥ j. elect. de ſucco roſarũ ℥ j. vel diaſenæ, diacatholiconis. ʒ vj.

Si ab humore phlegmatico, fiat digeſtio cum ſyrupo de byzantijs, qui eſt appropriatus cordi, vel ſyr. acetoſo ſimplice, vel melle roſ. colato.

Fiat euacuatio cum agarico, qui eſt cordialis, & valet contra venenum, vel cort. myrobal. citri.

℞. Cort. myrobal. chebulorum, agarici electi añ ʒ 6. incidantur minutim & infundantur in feruentis aquæ lactis ℥ 4. per horas 12. vel diem & noctem; facta confrictione, expreſſione, colatura, adde caſſiæ fiſtulæ ʒ x. ſalis gemmæ ℈ j.

Facta euacuatione fiat alteratio malæ complexionis introductæ, cum aqua mẽthæ, baſiliconis.

Si à mala compoſitione, cor non patitur malã compoſitionem, niſi in via dentur oppilantia.

COROLLARIVM. Si apoſtema naſceretur in corde, tum fit pulſus diuerſiſſimus, cum anguſtia maiore, quàm ex alia mala diſpoſitione præternaturali in corde impreſſa. Ergo ſtatim ſubueniendũ eſt cum epithematibus, cataplaſmatibus, & cæteris id genus remedijs.

℞. Cardamomi, ligni aloës, maſticis, añ drach. j. vini optimi ℔ j. bulliant ſimul ad conſumptionẽ drac. 2. ſepone in cantharum: valet contra ſyncopen & tremorem cordis.

DE SYNCOPE.

Syncope vel eſt { Conuulſoria. / Reſolutoria: & quæ fit à tota proprietate cordi nocentibus.

Affines morbi: Defectus animi, caſus virtutis, lipothymia, exolutio virtutis, ecſtaſis, ſyncope. Vide Gal. 12. de ingenio ſanitatis. Syncopæ debetur alia cura tempora paroxyſmi, & alia tempore quietis.

Intentiones tempore paroxyſmi.

1. Prohibitio reſolutionis ſpirituum, qui ſunt in extremis corporum.

2. Reſtauratio & regeneratio ſpirituum, ſeu confortatio eorundem.

3. Euigilatio virtutis vitalis, vt calor vitalis fundatur ad exteriora.

Canon

Canon primus: citiſſimè in ægritudine cordis ſubueniendum eſt cordi: quia eſt nobiliſſimum membrum.

Canon ſecundus: Cum medicinis cum quibus non contingit errare, ſubueniendum eſt.

Canon tertius: Qualitercunque ſuccurritur cordi alteratiuis, digeſtiuis, & euacuatiuis, neceſſe eſt vt iſta ſint cordialia, vel ſaltem cordialibus commiſta, & nullo modo prætermittatur cordis confortatio, ſiue alteremus, ſiue digeramus, ſiue euacuemus.

Alterantia confortatiua frigida: Rob berberorum, ſuccus granatorum, ſyrupus roſarum, ſyrupus violarum, ſyrupus acetoſ. citri, ſyrupus de pomis, ſyrupus nenupharinus, aqua acetoſæ, roſarũ, violarum, nenupharis, borraginis, bugloſſæ, acetoſæ, conſ. roſarum, conſ. violarum, borraginis, bugloſſæ, vinum granatorum acetoſorum, berberorum, &c.

Alterantia calida: Dianthos, diamuſcum, diambra, elect. de gemmis, aqua menthæ, baſiliconis, maioranæ, meliſſæ.

Euacuantia cordialia: Rhabarbarum, manna, caſſia choleram: agaricus, myrrha, myrobalani chebuli, phlegma: ſenna, myrobal. Indi melancholiam.

Plures ſunt modi confortandi cor.

1. Virtutis confortatio: Vt vinũ, aqua carnis, vitelli ouorum, teſticuli auium, gallinacei.

2. Clarificatio ſpiritiuum: vt margaritæ.

3. Congregatio ſpirituum: vt carabe.

4. Depuratio ſpirituũ, vt bugloſſa, borrago, meliſſa. 5. Quæ à proprietate valent: vt crocus, hyacinthus, ſmaragdus.

6. Quę à veneno tuentur, vt agaricus, terra ſigillata, quia compingunt & conſtringunt cor.

7. Vt venenum non poſſit nocere, nec cor accipiat, vt bolus Armenus, lapis Bezoarticus.

Intentio prima completur per frigida, ſtiptica: aqua roſarum madefiat facies, manus & brachia: poteſt parum aceti commiſceri; item ſuccus granatorum, ribes. fiat flabellatio boni aëris frigidi in faciem. aqua fontis, in qua bulliant frigida ſtiptica, aromatica; vt florum roſarum, violarũ, nenupharis, granatorũ, malorum, pſidiorum, berberis, granorum myrti, & ſumach, conueniens quantitas.

COROLLARIVM. Quia opus eſt citò ſuccurrere, idcirco accipiantur quæ habentur pro manibus, vt aqua fontis cùm aceto.

COROLLARIVM. Si ſyncope prouenit à frig. vel veneno frigido, tunc prima intentio non haberet locum.

Intentio ſecunda fit per redolétia quæ maximè reſtaurant, & ſpiritus confortant. ℞. Aquæ roſarũ redolentiſſimæ ℥ 6. muſci gr. j. pul. garyophyllorum ℥ 2. miſce, ſpargatur circa infirmum.

COROLLARIVM. Fiat aër redolens per alia, vel ſternantur flores & herbæ in ægri cubiculum.

COROLLARIVM. In hac intentione, aromatica non habent locum, quando ſyncope ex ſuffocatione matricis prouenit: tunc ad ſuperiora adhibeátur

beantur fœtida;ad inferiora, aromatica.

Corollarivm. Detur vinum,aqua carnis,cum aliis cordialibus.Fiat electuarium confortatiuum ex conſerua roſarum,borraginis,bugloſſæ,&alijs ſimilibus.Spiritus boni regenerantur citò.

Corollarivm.Iſta ſecunda intentio etiam nõ habet locum vbi ſyncope prouenit ex aromaticis.In quatuor caſibus vinum non conuenit, vbi eſt apoſtema, vbi eſt multus humor crudus, vbi eſt fluxus ventris, & vbi eſt ſoda.

Tertia intentio.Facta reſtauratione ſpirituum fiat euigilatio per frictiones, ligaturas, ventoſas, ſuppoſitoria.

Corollarivm.Euigilatio non eſt facienda,niſi facta recuperatione ſpirituum.

Quære Nicol.Flo.ſerm.4.T.3.ſum.2.cap.quod ſeptem res ſint ex ordine faciendæ in ſyncope. 1. aperire os cum ligno. 2. ponere patientem in aërem clarum,redolentem,euentatum, & alta voce clamare in aurem.3.aquam roſarum in faciem aſpergere.4.odorifera naribus applicare.5.facere frictiones & ligaturas.6. potum homini adminiſtrare de vino bono.

Tempore quietis poſt paroxyſmum:ſi eſt à mala complexione immateriali,fiat alteratio & cordis confortatio.

Corollarivm.Epithema fit ex corallis,lapidibus præcioſis, & alijs corroborantibus.

In complexione immateriali calida, prodeſt aqua roſarũ, violarũ, acetoſæ, nenupharis cũ aceto.Poſſunt admiſceri ſantal rub. & citrina, bolus

armena,ſem.acetoſæ, parum camphoræ.

℞.Santal.citrini & rubri,coral.rub. præparati añ ʒ j.boli armeni ℈ 2.oſſium de corde cerui, ſerici crudi,macis, garyophyl. añ ℈ ſ. fragmẽtorum ſmaragdi,hiacynthi,ſapphyri,granati añ ℈ j.camphoræ ℈ ſ.aquæ roſ.acetoſæ, nenupharis añ ℥ 2. aceti roſarum cochlear j.miſce,fiat Epithema ſuper pectus,apponatur tepidè,

℞.Florum borraginis,bugloſſæ,meliſſæ,roſarum:fiat ſacculus,& madefiat in aqua vel epithemate prædicto,ponatur ſuper pectus.

Ad intra:Conſ.borraginis,bugloſſæ,roſarum, rob.granatorum,diarrhodõ, manus Chriſti perlatæ,rob ribes,diattionſantalon,

COROLLARIVM.Ex pul.margaritarum & aliorũ fiat confectio.

In complexione immateriali frigida,fiant epithemata ex calidis, aqua menthæ, roriſmarini, maioranæ,meliſſę, baſiliconis,ocymi.

℞.Pul.garyophyl.zedoariæ,doronici, been albi & rubri,macis,cinamomi, baſiliconis, ſem. aquilegiæ, cort. citri, oſſis de corde cerui, ſerici crudi, anthos añ ℈ j. marg. precioſarum præpar. coral.rub.añ drac.j. fragmentorum pretioſorum præpar.añ ℈ ſ.aquæ meliſſæ,baſiliconis, roſarum añ ℥ 4.vini maluatici electiſſimi ℥ 2. miſce pro epithemate.

℞.Specierum diambræ, diamuſci, dianthos, electuarij de gemmis añ ʒ j. aquæ meliſſæ, baſiliconis,roſarum añ ℥ 3.fiat Epithema.

Sacculus cordialis:℞.Fl.bugloſſæ, ocymi, boraginis

taginis,anthos,añ Mj.garyoph ℈ j.coral. vtriuſque,ſantalorum añ drach.j.croci drach.ß. oſſium de corde cerui ℈ j.ſpodij drach.ß.camphoræ gr.3. ambræ,moſchi drach.j. puluerīſentur, fiat ſacculus ex ſyndone interpaſtatus.

Si eſt à mala complexione materiali,nota ſigna humoris.

Si à ſanguine,fiat citò phlebotomia.

COROLLARIVM.Fiat in omni complexione mala,& in omni intẽtione, cordis cõfortatio.

Si à cholera,fiat digeſtio cum ſyrupis de ſuccis cordialibus, & fiat euacuatio cum leuioribus.

Si à phlegmate.fiat digeſtio cum ſyrupis de byzantijs, & euacuatio cum leuioribus.

Si à melancholia,fiat digeſtio cũ ſyrupis thymi,epithymi,meliſſæ,&euacuatio vt ſupra.

COROLLARIVM.Poſſunt fieri in intentione digerendi vel euacuãdi,decoctiones,infuſiones.

DE DOLORE STOMACHI.

Dolor ſtomachi eſt triſtis & mala ſenſatio tactiua ſtomachi vel oris eius.

Dolor grauatiuus,extenſiuus,pũgitiuus,mordicatiuus, vel corroſiuus accidunt ſtomacho ex xv.generibus dolorum.

COROLLARIVM.Omne illud quod poteſt inducere ſtomacho malam complexionem, vel ſolutionem vnitatis,eſt cauſſa doloris ſtomachi:& iſta cauſſa,aut eſt primitiua antecedens,vel coniũcta.

Cura.Si dolor ſtomachi prouenit ex mala com-

plexione calida immateriali, ſtatim fiat alteratio.

Corollarium. Stomacho, vt cordi, citò ſubueniendum eſt, quòd nocumentum eius facilè communicetur hepati & alijs membris, cum ipſe ſit coquus omnium membrorum.

Si ſit ex mala complexione immateriali calida, diæta ordinetur ad latus frigiditatis.

COROLLARIVM. Semper confortantia ſtomachum ſunt admiſcenda, & iſta ſunt ſtiptica, vt roſæ, corallia, ſucci agreſtæ, granatorū, cydoniorum admiſceantur cibis.

Potio. Ad intra ſumantur ſucci cydonior. ſyrupus roſatus, violarum, rob ribes, berberorum, rob granatorum, conſ. roſarum, violarum: commiſceantur his coralli vel triaſantala.

Ab extra: oleum roſarum, myrthinum; epithema ex ſuccis ſupradictis vel oleis.

Corollarium. Medicus ſit oculatus in frigidando, ne ſtomachum nimium infrigidet, & deſtruat digeſtionem.

Si à mala complexione immateriali frigida, diæta ordinetur in contrarium: cibaria ſint calida actu & potentia.

Cibi aromatizentur cum cinamomo, zingibere, & alijs ſpeciebus calidis. Fiat ſacculus ex mentha, abſinthio, origano, maiorana, pulegio, calamentho, ruta: vel coquatur ſacculus in vino, fiat euaporatio lateris igniti vino aſperſi.

Apponatur ſacculus cum milio, oleum ſpicæ, camomillæ, maſticis, de mentha, de abſinthio.

Ab intra; Diagalanga, diatrion pipereon, dia-

calam-

calamenthum, diacyminum, zingiber coctum viride, acorus conditus, ſyrupus de mentha, de abſynthio.

Si à mala complexione ſicca, cura eſt difficilis, quia ſiccitas ſtomachi facit ſiccitatem & emaciationem totius corporis.

Diæta ordinetur ad humidum: ſit circa aquas in ſomno & otio.

Detur iulapium violarum, vinum purum, & limphatum.

Ex farina hordei detur pulmentum cum aqua ordei, vel cum ſucco cucumeris, cucurbitæ: vel detur ſeorſum.

Ex hordei farina & lacte fiat pulmentum.

Lac valet ſi non adeſt febris.

COROLLARIVM. Fiat balneum ex lacte vel aqua tepida.

Ab intra: dentur reſtaurantia & humectantia.

Ab extra: oleum violarũ, nenupharis, roſarum.

Mala complexio immaterialis humida non facit dolorem: ergo non eget curatione.

Si à mala complexione materiali calida, duæ ſunt intentiones, abſcindere cauſſas, alterare malam complexionem.

Si à ſanguine, nota ſigna. Præmiſſo lenitiuo, fiat phlebotomia de ſaluatella dextra; niſi eſſet repletio totius, tunc fiat de mediana.

Facta phlebotomia, fiat mundificatio ſanguinis cum diapruno ſimpl. caſſia fiſtula, elect. de ſebeſten, & addatur modicum elect. ſucci roſarum.

Si poſt euacuationẽ remanſit mala complexio

calida, fiant ſuperiora dicta in cura malæ complexionis calidæ immaterialis.

Si à cholera, ſi materia eſſet apta, & patiens aptus, tunc vomat: fiat digeſtio & euacuatio.

COROLLARIVM. Si volumus digerere in ſtomacho, melius eſt vt parum aquæ addatur.

℞. P. hieræ ſimpl. ℈ 2. rhab. ℈ j. diagridij gr. 5. cũ aqua endiuiæ fiant pil. vt fabæ.

Detur ʒ j. ſpecierum hieræ cum melle.

℞. Elect. ſucci roſarum, caſſiæ ℥ ß. zuccari q. ſ. fiat bolus.

Educta materia fiat alteratio, vt ſupra de mala complexione calida materiali.

Si à frigida cum materia { Humida. / Sicca.

Si à phlegmate, fiat minoratiuum per vomitũ, clyſterem.

℞. Decoctionis ſeminis raphani, atriplicis ℥ 4. oxymellitis ℥ j ß. fiat vomitiuum.

Fiat digeſtio & euacuatio cum hiera compoſita, pilul. cochiis, ſtomachicis, de agarico.

℞. Turbith electi ʒ ß. zingiberis ℈ ſ. zuccari q. ſ. fiat puluis.

Item cum Diaphœnicone, elect. Indi. Fiant alterationes, vt noſti.

Si à melancholia; fiat digeſtio, euacuatio, & alteratio.

Si ab apoſtemate, nota ſigna. in ſanguineo fiat phlebotomia de ſaluatella dextra, præmiſſo le-

nitiuo, ſi venter non eſt lenis.

Corollarivm. Poſt phlebotomiam attendatur vomitui, fiat mūdificatio ſanguinis poſt phlebotomiam, attendatur ad reſolutionem facta phlebotomia.

Vngatur ſtomachus cum oleo roſ. myrtino, pro confortatione ſtomachi, ne ſpiritus recipiat amplius de materia.

Ab intra: Rob ribes, ſuccus granatorum, detur pro confortatione ſtomachi.

Clyſter lenis valet ad diuertendum.

Corollarivm. Iſta frigida ſtiptica apponantur à principio, & fiat phlebotomia.

In augmento adminiſtrentur reſoluentia, valet farina fœnogræci, ſem̃. lini puluerizati, origani, lupinorum.

℞. Fl. camomillæ, anethi, origani, lupinorum, fœnogræci, ſem̃. lini puluer. an̄ ʒ 3. ol. camomillæ ℥ 3. ol. roſarum ℥ j. ceræ q. ſ. fiat emplaſtrum: ponatur antè & retrò, eſt confortatiuū & reſolutiuum.

In declinatione ponantur purè reſolutiua.

Ad intra dentur ea quę materiā ſtomachi confortant, vt confectiones.

℞. Arom. roſ. gab. ʒ 2. ſpecierum diarhod. Abb. ſine camphora ʒ ß. corall. rubr. ℈ 2. maſticis ℈ j. zuccari diſſoluti in aqua redolentiſſima roſarum ℥ 3. fiat confectio in rotulis vel morſellis.

℞. Conſ. roſarum, rob ribes an̄ ℥ 2. ſpecierum arom. roſati ʒ 3. ſpecierum diagalangæ ʒ j. miſce, detur patienti ad quantitatem nucis muſcatæ.

Corollarivm. Illa reſolutio debet fieri in 14.

diebus. Si ergo dolor incipit augmentari, tunc maturetur materia per emplaſtrum de maluauiſco: & apoſtemate maturato, quod cognoſcitur, quando accidentia ceſſant, fiat tunc ruptio cum motu, vel cum ſinapi.

Signa rupti apoſtematis, rigor.

Cura vlceris. Fiat mundificatio cum aqua hordei, aqua zuccari, aqua lactis, in æſtare: in hyeme, cum aqua mellis, & ſic à facilioribus eſt procedendum ad maiora.

COROLLARIVM. Mundificatiua exhibeantur ſtomacho vacuato, ſimiliter conſolidatiua.

Facta mundificatione, fiat conſolidatio.

℞. Boli Armeni, ſanguinis draconis, maſticis, thuris, mumiæ, balauſtiorum, acatiæ, carabæ ʒ ß. fiat puluis de hoc, detur manè ʒ j.

COROLLARIVM. Si opus eſt cum conſolidatiuis, mundificatiuis, tunc per 3. horas antè accipere mundificantia oportet, poſtea conſolidantia.

Dentur & cibi conſolidatiui: vt cum ouo, bolo Armeno in cibis vel aſſaturis.

Si ab apoſtemate cholerico, nota ſigna.

Viſo dominio ſanguinis, fiat phlebotomia, ſed parua fiat euacuatio, & poſtea vomitus.

Euacuata materia, tunc applicentur ab intra & ab extra: vt dictum eſt in ſanguine, ſed ſint frigidiora, quia dolor eſt maior, & febris acutior.

Si ab apoſtemate phlegmatis, quod rarum eſt nota apoſtemata non ſunt in concauitate ſtomachi, ſed fiunt per modum reſudationis in pelliculis & ſubſtantia ſtomachi: ideo frequenter fit à ſangui-

ſanguine cholerico vel pura cholera, quia ſunt humores ſubtiles,& rarò à phlegmate, rariſſimè à melancholia,niſi phlegma eſſet ſubtile.

Melior cura eſſet per clyſteria euacuantia & diuerſiua:& poſtea fit reſolutio materiæ apoſtematis,ſed per fortiora calida: vel ſaniatio, maturatio,ruptio,mundificatio & conſolidatio vt ſupra. Et fiat confortatio ſtomachi.

Induratio. Si apoſtema induratur,tunc cura eſt difficillima,quæ fit p mollificantia & reſoluentia.

Corollarivm. Apoſtema induratur,quādo fit error in applicatione minus calidorum.

Si à corruptione cibi in ſtomacho,cura eſt,corruptum in ſtomacho deponere faciliori via qua fieri poſſit,vomitu ſcilicet & ſeceſſu.

Corollarivm. Corruptus cibus facit anguſtiam,& non permittit dormire.

Fiat vomitus cum oleo,vel fortiore vomitiuo: ſi non poteſt fieri vomitus, fiat purgatio cum pilulis ſtomachicis.

Si à cholera infuſa ſtomacho,hi dicuntur infelices ex cholera rubra.Si illud quod exit eſt groſſum & viſcoſum, tunc eſt phlegma. Ergo viride, vel citrinum,vel amarum,non ſemper arguit ſuper cholera,quia aliquando phlegma poteſt tingi ex cholera.

Nota. Confortetur ſtomachus cum frigidis & ſtipticis,vt cum ſucco agreſtæ,granatorū, cum mica panis.

Patiens in prohibitionem influxionis manè accipiat micā panis cū aqua vel ſucco granatorum.

Si à vermibus, vermes interficiantur cum hiera, vel cum pilulis trinitatis.

Si ab vlcere, fiat vt dictũ eſt de apoſtemate rupto cum mundificatione & conſolidatione.

DE SINGVLTV.

Singultus eſt motus ſpaſmoſus ſtomachi, per quem ſtomachus nititur expellere illud quod ipſum moleſtat. Fit autem propter repletionem, mordicationem, ventoſitatem, vel aliam prauam qualitatem, & aut propter apoſtema hepatis.

Secundum Auicennam, ſunt tres cauſſæ ſingultus; res nocens, non manifeſtam qualitatem imprimens, nocumẽtum communicatum communicatione ablata

COROLLARIVM. Ad has tres cauſſas reducuntur omnes cauſſę primitiuæ, antecedentes, & coniunctæ.

Communicatio ablata, id eſt compaſſio, eſt quando vnum membrum compatitur alteri, & tamen nihil materiale & corpulentũ cõmunicat.

Singultus de inanitione eſt cura difficilis & mortalis. Notentur cauſſæ ex nimia inanitione.

Cura eſt diæta & potio.

Diæta ordinetur ad humiditatem.

Potus: Aqua hordei, iulepus violaceus, aqua zuccarata.

Cibus: Lac caprinum, ex farina hordei vel lacte fiat pulmentum, vel ex farina auenæ, vel vitellis ouorum. Cancri fluuiatiles, & boni piſciculi fluuiales. Lavvben Danubialis piſcis optimus eſt, caro hædina, agnellina.

Corollarivm. Si adeſt fluxus, reſtringatur, eſt tamen cura ſatis difficilis, quod reſtringentia ſint ſtiptica & plerumque ſicca.

Patiens ſedeat in balneum aquæ dulcis paratū ex malua, camomilla, violaria.

Poſt balneum fiat inunctio ſtomachi, dorſi, ſpinæ, cum oleo violarum, ſucco cucurbitæ, & alijs.

Fiat epithema per humectantia.

Si ex repletione: vt quod grauitas & extenſio adeſt, & nauſea, fiat vomitus cum digito immiſſo in palatum.

℞. Sem. anethi, atriplicis, raphani añ ℥ 2. piſtentur parum, coquantur in libra aquæ ad conſumptionem tertiæ partis. Colat. adde ſyrupi aceroſi ſimplicis vel oxymelitis ℥ 4. detur tepidè, vel fiat raphanus farctus cum helleboro; & huius decoctionis capiatur hauſtus pro ciendo vomitu.

Si non poteſt fieri vomitus, fiat euacuatio cū pillulis ſtomachicis, hiera cōpoſita, diaphœnico.

Si ſingultus poſt euacuationem manet: tunc ſignum eſt, quòd mala qualitas ſit introducta: ergo confortetur ſtomachus cum oleo maſticino. Dentur diagalanga, mithridatum, & alia calida intra.

Si ex mordicatione, & hæc ſit à cholera, fiat euacuatio cum hiera & rhabarbaro in forma pilularum. cū electuario è ſucco roſarum, decoctione myrobalan, citrinorum.

Confortetur ſtomachus ab extra cum oleo cydoniorum, roſarum, maſticino. Fiat epithema cū

ſucco agreſtæ & aqua roſarum.

Si hepar eſſet ſupercalefactum, curetur epitematibus refrigerantibus.

Si ex ventoſitate, cura ſit per carminantia flatus: per diacymini confectionem, dianiſi, carui, feniculi, maſticetur ſemen agni caſti, cymini, &c.

Emplaſtretur ventriculus cum ruta & melle: ponantur ventoſæ ad ventriculum.

℞. Rutæ, anethi, fl. camomillæ añ M. ſ. ſem. carui, feniculi añ ℥j. Fiat confortatio cum ſpongia, vel cum oleo rutæ cataplaſma pro ſtomacho.

COROLLARIVM. Si ventoſitas habeat materiam, auferatur.

Si ex apoſtemate hepatis, ſigna ſunt febris, ſitis, grauitas dextri lateris, nauſea, vrina ſicut lotura carnis. Curetur apoſtema.

Fiat phlebotomia de ſaluatella dextra, quæ eſt vena hepatis: Poſt phlebotomiam apponantur ſuper hepat frigida.

Ad intra, Rob granatorum, ribes, agreſtæ.

In augmento apponantur reſolutiua cum frigidis, cerotum ſantalinum benè valet, oleum roſarum cum oleo camomillæ.

In ſtatu pura reſolutiua, vt emplaſtrũ de meliloto.

Si à frigiditate, fiat alteratio, retentio ſpirationis ſeu anhelitus: apponantur ab extra & ab intra, calida olea & electuaria.

Si à mala qualitate ventoſa, vt ex comeſtione fungorum, thapſiæ; remoueatur quod illam induxit, fiat vomitus: detur butyrum, lac mithridatum.

Aliquã

Aliquando fit ſingultus ex comeſtione nucum rancidarum. Cura fit per frigida.

DE DEBILITATE ET *diminutione appetitus.*

Appetitus alius eſt { Senſitiuus vel animalis, qui fit in ſtomacho. / Naturalis, qui fit ex ſuctione membrorum.

Si à mala complexione frigida immateriali, diæta ordinetur in contrarium, ad caliditatem: cibus ſit actu & potentia calidus.

Detur diamoſchu confectio, diagalanga, zingiber conditum, & coſtus, acorus conditus, diatrionpipereon.

Ab extra, olea liliorum, ſpicæ, coſti.

Apponantur & panni calidi, ſacculus ex milio: cerota ex ſpeciebus calidis, vnguenta, emplaſtra.

Si à complexione mala frigida materiali, digeratur materia frigida, & euacuetur, & mala complexio frigida introducta auferatur & alteretur.

Digeſtio fit per mel roſatum, ſyrupum de hyſſopo, acetoſ. ſimplicem & compoſitum, per oxymel ſimplex, compoſitum, ſcilliticum.

℞. Mellis roſati, ſyrupi acetoſi ſimpl. añ vnc. j. gingib. albi ℈ ß. miſce.

℞. Syrupi de abſinthio, oxymell. comp. añ ʒ ß. miſce. Si fieri poteſt, educatur materia per vomitum, vel per hieram diacolocynthidos, vel ſic

℞. Sp. hieræ ʒ j. troch. alhandali gr. v. cum ſyrupo de abſinthio fiant pillulæ. Vel per Diaphœnicum. Fiat poſtea alteratio ab extra & intra.

Si à mala complexione calida materiali, diæta ordinetur in contrarium: fiat alteratio, euacuatio, & ſtomachi confortatio.

Patiens caueat à cibis calidis cholericis, dulcibus, vnctuoſis, à lacte, & omnibus alijs qui facilè cõuertuntur in bilem ratione ſymbolitatis qualitatum.

Intentiones.

1. Digeſtio. 2. Alteratio. 3. Confortatio.

Fiat vomitus facta digeſtione, aqua tepida, ſyrupo acetoſo, decocto raphani.

COROLLARIVM. In vomitiuis parandis admiſceantur ſemen anethi, atriplicis, ſcariolæ, cucurbitæ.

Alteratio fit hoc modo: ℞. Oxyſaccharę ſimplicis, de endiuia, de ſucco acetoſæ añ ℥ ß. aquarum endiuiæ, cichorij añ ℥j ß. miſce.

Euacuatio cum hiera, decoctio rhabarbari, tamarindorum.

℞. Tamarindorum extractorum, caſſiæ fiſtulę añ ℥ ß. el. è ſucco roſarum ʒ ȝ. decoctionis florum & fructuum q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Pill. de rhabarbaro, aurearum añ ʒ ß. cum ſyr. roſ. ſol. fiãt pilulæ.

COROLLARIVM. Fiant infuſiones cum myrobalan. citrin. & rhabarbaro.

Fiat alteratio cum ſucco granatorum, miua cydoniorum, rob ribes, berberorum, ſyrupo de agreſta, ſyrupo myrthino, ſyrupo cydoniorum, ſucco agreſtæ, mororum.

Ad extra cũ oleo roſato, myrtino, cydoniorum.

R. Roſa-

℞. Roſarum rub.ſantal. rub. & citrin. fl. nenupharis.balauſtiorum añ ℥ j.maſtiches el. ℥ 2. garyophy!.macis añ ℈ 2.ol.roſati,myrtini,cydoniorũ, ceræ q.ſ.fiat emplaſtrum.In hanc compoſitionē ingrediuntur aliquot ſpecies calidæ, ſolum pro confortatione caloris naturalis.

Si à repletione fiat,conuenit vomitus,fiat minoratio,digeſtio, euacuatio.

Si à neruo ſit debilitatio,qui à cerebro deſcendit ad orificium ſtomachi (Iſte neruus deſcendit ad os ſtomachi pro ſenſu) hoc habetur per ſigna & cauſſas.

Cura. Primò videndum an patiens ceciderit, vel an frigiditas nimia neruum debilitauerit, & præſertim frigiditas cerebri;tum fiat confortatio illius nerui.

Si à debilitate retentiua ſtomachi, ſignum eſt egeſtio cibalis velut in Lienteria.

Fiat confortatio retentiuæ cum calidis ſtipticis:ex mentha,pulegio,roſis rubris, nec non alijs ſpeciebus aromaticis ſtomachum cõfortantibus.

℞.flor.roſarum rub.menthæ,abſinthij añ ℥ 2. maſtiches,thuris, garyoph. añ ℥ 3. balauſt. pſidiarum añ ℥ j.galangæ,calami aromatici, nucis muſcatæ,cardamomi,xyloaloës crudi,rad.cyperi,gallıæ & aliptæ muſcatæ añ ℥ ß. ladani puriſſimi ℥ j. reſinæ q.ſ.fiat cerotum ſtomachale: vel ſacculus ex mentha,roſis rubris,chamomilla.

Ad intus conueniunt calida ſtiptica.

Si à debilitate attractiua hepatis, tunc egeſtio eſt chyloſa.Fiat confortatio cũ calidis iam dictis:

Si ab oppilatione, prodeſt ſyrupus de Byſantijs, de endiuia compoſ. de radicibus, abſinthio: dentur alia aperitiua.

DE APPETITV CANINO.

Si appetitus caninus ſit à caliditate interna, & à natura non auferatur quod non poteſt, ſed cibetur cum groſſis, ſanguinem groſſum generantibus, & non facilè ſolubilibus.

Si à caliditate extranea vel febrili, tūc per frigida ſenſim auferatur per ea quæ ab intra & extra ſumuntur, & ſi peccet cholera ſeu bilis, euacuetur ſucceſſiuè.

Si à mala complexione frigida non multum excedente, fiat alteratio, ſi eſt immaterialis, vel digeſtio, alteratio, & euacuatio, ſtomachiq; confortatio ſi eſt materialis.

Si ex effuſione melancholici humoris ad ſtomachum & illius os, tunc ſignum eſt, quòd egeſtiones ſunt multò maiores reliquis conſuetis, & corpus eſt melancholicum.

Fiat digeſtio & euacuatio cum hiera Ruffi, Hermetis, diaſena, pillulis de lapide Lazuli, fumi terræ: vel fiat infuſio myrobalanorum Indorum cum decocto bilem atram expurgante.

Fiat confortatio cum calidis ſtipticis, cum diagalanga, aromatico roſato. Fiat phlebotomia de ſaluatella ſiniſtra ad diuertendum melancholicū humorem à ſtomacho ad ſplenem.

Dentur ſpecies diagalangę cum miua cydoniorum: ad extra admoueantur calida ſtiptica.

Si à raritate corporis, hoc cognoſcitur ſic: quia patiens de facili per famem debilitatur in omnib. membris, & facilè etiã læditur à frigore & calore.

Dentur pro cibo groſſa & non facilè ſolubilia.

Balneum fiat ex ſtipticis, aluminoſis, in quod patiens mergatur.

Si à nimio labore & exercitio reſoluente: quieſcat patiens, & dentur ipſi cibi ſolidi, ſolidum & compactum ſanguinem generantes.

DE BVLIMO, SEV MAGNA FAME.

Βούλιμος eſt intenſiſſimus appetitus non naturalis, cum appetitus ſenſitiui deſtructione: vel eſt inanitio membrorum cum ſocietate & repletione ſtomachi.

Cauſſæ: nimia frigiditas vel caliditas.

Corollarivm.. Fames implet ſtomachũ malis humoribus.

Si à nimia frigiditate, diæta ordinetur in cõtrarium, ad caliditatem.

Fiant frictiones cum pannis calidis, vt humores ad exteriora ſe proferant.

COROLLARIVM. Quantum ad cibum, opus eſt vt Medicinalia præcedant: auferatur ſtomachi repletio: humoribus prauis ablatis fiat reſtauratio cum bonis cibis, facilis digeſtionis, & multi nutrimenti.

Detur bonum vinum aromaticum, & ſæpius,

Digeſto cibo fiant frictiones cum pannis calidis, vt ſupra eſt notatum: fiat euacuatio ſtomachi per vomitiua, vel per inferiora cum hiera.

Si humores ſint groſſi, dentur pillulæ ſtomachicę& cochiæ.

Si opus ſit,fiat digeſtio cũ oxymellite ſcillino. Facta euacuatione confortetur ſtomachus cum calidis ſtipticis aromaticis.

Valet diagalanga. In magna frigiditate diatriõ pipereõ,trageæ communis, cui admiſceatur maſtiche,aromaticum roſatum.

Ab extra: Oleum maſticis,menthę,nardi:addatur puluis garyophyllorum pro vnguento.

℞.Pulueris garyophillorum ℈ 4. maſticis ℥ j. fiat linimentum pro ſtomacho:poſſunt addi pulueres menthæ,abſinthij,roſarum.

Aliquando eructatio eſt fumoſa & fœtida.

Fiat digeſtio & vomitus per aquam,acetum,oleum,&ſimilia:vel materia educatur cum pillulis de rhabarbaro, aureis.

Myrobalani optimè valent, quia expulſis humoribus claudunt ventriculum.

℞.Hieræ ſimpl.in liquida ſubſtãtia,elect.è ſucco roſarum an ʒ 2.miſce.

Fiat confortatio ſtomachi cum ſtipticis frigidis:rob ribes,granatorum,agreſtæ.

COROLLARIVM.His oportet Medicum admiſcere calida pro confortatione caloris naturalis.

DE DEBILITATE DIGESTIONIS.

Aliquando aliquis habet appetitum, attamen nullam digeſtionem: ideo non ſunt idem debilitas digeſtionis & appetitus.

Vide

Vide Gal.de ſympt.cauſſis & differentijs, & 5.de locis affectis, cap.5. Item de facultatibus naturalibus.

COROLLARIVM.Debilitas ſtomachi nihil aliud eſt quam debilitas digeſtionis: quia ſtomacho debilitato debilitatur etiam digeſtio.

Corollarivm. Propriè loquendo indigeſtio & debilitas digeſtionis non ſunt idem: quia debilitas digeſtionis dicitur de actione ſtomachi diminuta,corrupta,ablata:Sed indigeſtio de ablata tantùm.

Nota cauſſas ex Auicenna.

COROLLARIvm.Eructatio multa& frequēs poſt cibum eſt ſignum indigeſtionis.

Nota ſigna.

Liquiditas egeſtionis eſt ſignum malæ digeſtionis.

Cura fit per diætam & potionem.

Si à mala complexione calida immateriali, fiat alteratio per ea quæ intus & ad extra ſumuntur, & poſtea ſtomachi confortatio.

Si à mala complexione materialis ſanguinea, fiat phlebotomia ſaluatellæ præmiſſo lenitiuo,& ſi opus ſit, mundificatio ſanguinis.

℞.Diapruni ſ.℥ j.ſucci roſarum ℈ 2. miſce. Fiat decoctio prunorũ in qua diſſoluantur electuaria.

Facta phlebotomia fiat alteratio & confortatio cum frigidis ſtipticis confortantibus.

Si à bile flaua,detur oxyſacchara,ſyr.roſatus:fiat dein euacuatio.

℞. Diapruni ℥ ß.El.de ſebeſten vel è ſucco roſarum ʒ 4.

℞.Rhabarbari ℥j.ſpicæ ℈ ß.pulueriſentur ſubtiliter, dentur cum iure prunorum.

Diæta ordinetur tàm in materiali quàm immateriali in contrarium.

Poſt euacuationem detur conſerua roſarum, nenupharis, rob ribes, diarhodon abb. diatrionſantalon: addantur coralli.

Ab extra fiat inunctio, vel ſacculus ex herbis & floribus frigidis.

Fiat emplaſtrũ ex farina hordei, oleo roſaceo, & albuminibus oui: item inunctiones, epithemata, emplaſtra ex ſuccis frigidis, oleis, ſpecieb9, &c.

COROLLARIVM. Numquam purè frigida adhibeantur, ſed aromatica admiſceantur, ſtomachum & calorẽ naturalem confortãtia, vt maſtix, garyophylli, macis, cyperus, calamus aromaticus.

Si à mala cõplexione materiali frigida & phlegmatica, fiat digeſtio cum melle roſato, ſyrupo de hyſſopo, de abſinthio, acetoſo compoſ. oxymelle compoſito ſcillitico. Deinde euacuatio cum hiera compoſita, pillulis ſtomachicis cochijs, hiera cum agarico.

Euacuata materia fiat alteratio ad intus & extra.

Ad intus dentur conſeruæ, electuaria, calida & ſtiptica, ſtomachum confortantia, diagalanga, zingiber conditum viride, pulueres ſeu confectiones aromaticæ calidæ cum conſeruis.

Ab extra inunctiones fiant cum oleo menthæ, abſinthij, ſpicæ, nardi.

Emplaſtrum ſiue cerotum ſtomachale, confortatiuum, calefactiuum: ℞. Foliorum menthæ, ſummi

ſummitatum abſinthij ſine ſeminibus, roſarum rub. maſticis añ ℥ ʒ. ladani puriſſimi vnc. j ß aloës electæ drach. 2. reſinæ mundæ q. ſ. Fiat Cerotum ſalis ſolidum, quod ſuper corium formam habēs clypei ducatur decenter & æqualiter; cooperiatur panno duplato ſubtili lineo, deſuper tandem duplata ſyndone decenter & ſtrictè interſuatur.

℞. Maſtiches, foliorum menthæ, roſarum, abſinthij garyophyllorum, galangæ, calami aromat. cinamomi acuti, piperis longi, nigri, xyloaloës crudi, rad. cyperi. pelliculárum ſtomachi gallinarum, macis añ ℈ 4. coriandri præparati, ſantali rubri, corall. rub. balauſtiorum, florum nenupharis añ drachm. 2. aloës electæ drachm. j ß. aliptæ & galliæ muſcatæ añ drach. j. ladani puriſſimi vn. j.

Reſinæ mundæ q. ſ. fiat cerotum, quod æqualiter ducatur ſuper corium & pannis lineis & ſyndone rubra cooperiatur.

Corollarivm. Si volumus confortare, debemus ſemper miſcere confortatiua, etiamſi à prima qualitate non conueniat.

℞. Acori electi conditi ℥ v.

Coralli rubri præpar. ℥ ß. miſce ſimul.

Vel: ℞. Conſeruæ roſarum ℥ 5. zingib. virid. electi minutim inciſi ℥ 4. coral. rub. præpar. dra. 2. pil. pellicularum ſtomach. gallinar. ʒ j ß miſce cū miua cydoniorum muſcata.

Corollarivm. Rarò complexio ſimplex manet, ſed fit compoſita. facilè enim caliditas aſſociat ſibi ſiccitatem & frigiditas humiditatem.

Complexio mala frigida immaterialis curatur alteratione ab intus & extra.

In mala complexione humida immateriali, fiat alteratio cum ſtipticis exiccantibus intus & extra.

In mala complexione humida materiali, fiat eductio illius materiæ per vomitum vel ſeceſſum cum pulueribus ſtipticis.

℞. Turbith optimi ℈ 4. zingib. ℈ j. zuccari ʒ j. fiat puluis.

Conueniunt olea de mentha, coſto, liliorum.

Diæta ordinetur ad ſiccitatem: valet caro perdicis, phaſiani, turturis aſſati: detur bonum vinũ: remoueantur omnes cibi humidi & aquoſi.

℞. Menthæ, abſinthij, roſarum rub. nucis cupreſſi, maſticis, cyperi, calami aromat. galangæ, nucis muſcatæ, granorum myrti añ ʒ ß. xyloaloës ℈ j. ol. maſticis, lilior. añ q. ſ. fiat vnguent.

Vel ℞. Olei coſtini, ſpicæ nardi añ ℥ 2. ceræ ℥ j. miſce, fiat vnguentum.

In Cerotis ad ʒ j. ſpecierum ſumuntur ℥ 3. ceræ, oleorum ℥ j ß.

Si à mala complexione ſicca, fiat humectatio ab intus & ab extra: fiat reſtauratio corporis cum optimis cibis.

Corollarium. Stomachus emplaſtretur, vel cataplaſmetur cum lacte, vel pinguedine renum caprarum.

Si eſt à mala complexione compoſita, tunc curetur, vt compoſitæ intemperies, id quod ex præſcriptis facilè poteſt haberi: digerendo, euacuando, alterando, confortando.

Si calida & ſicca, fiat digeſtio cum ſyrupo violarum, nenupharis, oxyſacchara.
Euacuatio. ℞. Elect. è ſucco roſarum ℥ ß. vel ʒ 6. in robuſto, ſyrupi violarum ℥ j ß. miſce.
℞. Tamarindorum extract. ℥ j ß. electuarij ſucci roſarum ʒ 2. decoctionis florum & fructuum ℥ 3.
Fiat decoctio cũ rhabarbaro & myrobalanis.
Alteratio. Diæta ſit frigida & humida: cibaria ſint liquida & frigida. Valent lactuca, portulaca, hordeum. Bibant aquam hordei, iulepum violarum, ſyrupum violarum.
Ab extra fiat inunctio cum oleo violarum ad ſtomachum, dorſum, ſpinam. Balneetur in lacte cum flor. roſarum, violarum, nenupharis, & ſeminibus frigidis.
Ad intra dentur bona cibaria, vinum bonum, in parua tamen quantitate.
Si calida & humida, hæc ferè eſt naturalis: ideo attenti ſimus ne nimium alterãdo modum excedamus: fiat phlebotomia de ſaluatella dextra, ſtomachus inungatur cum oleo cydoniorum.
Si frigida & humida, fiat digeſtio humoris phlegmatici, euacuatio, alteratio.
Si frigida & ſicca, poteſt hæc complexio eſſe propter phlegma groſſum, vitreum, gypſeum.
COROLLARIVM. Illa melancholia multiplicatur propter regurgitationem ab hepate, vel effuſione humoris melancholici fluentis ad os ſtomachi.
Fiat digeſtio cum oxymelle compoſito.
℞. Syrupi de epithymo, de thymo, violarum

an ℥ ß.aquarum ſcolopendriæ,cuſcutæ an ℥ j ß.
miſce,fiat hauſtus.

Fiat alteratio cum decocto prunorum,epithymo,folijs ſenæ mirobal.indis,&c.

Euacuatio cum electuario diaſenæ,pillulis de lapide Lazuli.

℞.Cort.myrobalanorum Indorum ℥ j. decoquantur in aquæ lactis ℔ j. vltimo apponantur fol.ſennæ,thymi, epithymi.Colaturæ ℞. ℥ 3. diſſolue diaſenæ ℥ ß.miſce.

DE VOMITV.

Subuerſio eſt,vbi mouens id eſt virtus ſtomachi mouetur, & motum non ſubſequitur.

Nauſea eſt quædam diſplicentia cibi cum manifeſta reſpuitione.

Vomitus eſt motio ſtomachi,per quam expellitur res nocens:& vel ante cibum fit vel poſt cibum.

CVRA.

COROLLARIVM.Si à cibis acutis mordicatiuis & ſalſis,ex relatione patientis habetur:& ſitis & eructatio fumoſa antecedit, mordicatio eſt in ore ſtomachi.

Cura eſt vt totum euomatur, & ab his abſtineatur.

Dentur frigida ſtiptica,& ſtomachus inungatur cum oleo roſarum & myrthino & puluere balauſtiorum,pſidiarum.

Aqua calida ſedat mordicationem ſtomachi: Vinum cydoniorum,berberorum, ſyrupus agreſtæ cydoniorum,diacydonium, rob ribes.

Si

Si à cibis fluidis, totum euomatur: & totum ſi per ſe non exit, fiat arte, & abſtineat à fluidis, ſed aſſa comedat.

Ad intus: Acorus conditus, zingiber viride, diatrion pipereon.

Ab extra: Oleum maſticis, cum puluere garyophyllorū, menthæ, macis, & cera fiat vnguentum.

Si ab humore ab hepate effluxo ad ſtomachum, & hoc per viam regurgitationis.

Si vomitus ſanguinis fit: vel eſt repletio totius vel retentio alicuius fluxus, vel malitia ſanguinis. Quare membra ipſum reſpuunt, vel oppilatio gibbi hepatis.

Si fiat ſanguinis vomitus ex repletione totius, fiat phlebotomia de ſaphena pedis dextri, deinde die ſequenti de ſaluatella dextra, & fiat ſecūdatio.

Corollarivm. Minimus terminus eſt ſecundationis hora prima. Sed poteſt fieri ad 4. 5. vel 6. vel potius diem.

Facta phlebotomia dentur frigida, ſtiptica quę confortant & conſtringunt. Vt de ſucco granatorum, berberorum, mororum immaturorum, agreſtæ. Fortiora admiſceantur, ſanguis draconis, bolus Armenus, lapis hæmatites, balauſtia, roſ. rub. ſantal. rub. corall. rub. ſpodium, gallę vſtæ extinctę in aceto, pulucrizatæ, cornu cerui vſtum & lotum: grana myrtillorum, ſumach, acacia, hypociſtis maſtix, thus, & ſimilia.

Corollarivm. miſceãtur illa in cõſeruis & ſuccis.

Ad extra. Emplaſtrū ex roſis rub. ſantal. rub. & citrino, garyophyl. & reliqs cū oleo nardi valet &

Emplaſtrum ſantalinum. Ponantur ſuper hepar ventoſæ & alijs locis. Fiant ligaturæ, fricṫiones.

COROLLARIvm. Memoria ſemper habendum, ne pura frigida apponantur, ſed aliqua aromatica miſceantur.

Si à debilitate hepatis, adeſt vomit⁹ ſanguinis.

Si non adeſt repletio, tunc fiat phlebotomia de ſaluatella dextra, & ſufficit.

COROLLARIvm. Fiant & alia ad ſanguinem conſtringentia iam dicta.

COROLLARIVM. Si adeſt retentio fluxus fluere conſueti, moueatur & prouocetur fluxus.

COROLLARIVM. Dentur confortantia & reſtringentia, vt dictum eſt de vomitu à repletione ab intus & ab extra ſtomachi & hepatis.

Cautè agendum ſuper hepate, cum ſit ſolus ſanguis coagulatus, & non ſuſtineat fortia alterantia.

Conſule Rhazim 9. continentis

COROLLARIVM. Si fluxus eſt cum interpolatione, eſt dimittendus & non reſtringendus, niſi ſuperfluus eſſet.

Corollarivm. Si patiens per vomitum ſanguinis ſentit alleuiationem, vomitus eſt dimittẽdus vſque cum patiens ſentiat debilitationẽ, tum eſt reſtringendus.

Si ab humore cholerico ab hepate ad ſtomachum effluxo; auferatur vomitus cholericus per aquam tepidam.

Corollarivm. Prouenit etiam vomitus choleric⁹ ex meatu amplo qui procedit à felle ad fundum ſtomachi.

Cor-

Corollarivm. Duo pori tranſeunt à felle, vnus deorſum tendit ad inteſtinum ieiunum, alter ſurſum; qui maior ſi fuerit, fiunt miſeri taliter cōſtituti: tranſit is inter duas tunicas ſtomachi neruoſam & carnoſam ad meliorèm cauſandam digeſtionem.

Educta cholera dentur reſtringentia frigida ſtiptica: ſi non educitur per vomitum, fiat digeſtio & euacuatio.

℞. Rhab. electi ʒ j. myrobal. citri. ℥ j. ſpicæ ℈ ß. incidantur, & rhab. optimo vino aſpergatur: infundantur, in dulcis recentis feruentis aquę lactis vel aquæ endiuiæ ℥ ȝ. ß. ſtent per horas 12. fiat confrictio, expreſſio, & colatura: colaturæ adde caſſiæ ℥ j. electua. de ſucco roſarum ʒ j. miſce. Fiat reſtrictio ſuccis frigidis, ſtipticis, elect. rob.

Corollarivm. Si hepar eſt ſuper calfactum, fiat epithema ſuper hepar ex ſucco plantaginis, ſolatri cum aceto mixtio, addendo aliqua aromatica hepar confortantia, vt calamū aromaticum.

Valet emplaſtrum ſantalinum.

Emplaſtrum ex roſis rubris, nenuphare, ſpodio, ſchœnancho, bolo Armeno, maſtice, ſpica, calamo aromatico, additis oleo roſarum & cera fiat emplaſtrum.

Etiam ſuper ſtomachum ponantur epithemata frigida ſtiptica ex ſucco plantaginis, agreſtę, adde parum aceti.

Paretur linimentum ex roſis rubris, ſantalis rubris, balauſtiis, pſidijs, bolo Armeno, maſtice.

Fiant ligaturę, frictiones, ventoſę ſuper hepar,

ſi fluxus non velit ceſſare. Item diuerſio.

Si ab humore phlegmatico groſſo ſtomachum aggrauante, auferatur cauſſa per vomitum, item per ea quæ incidunt phlegma groſſum viſcoſum.

Si non educatur per vomitum, tunc fiat digeſtio & euacuatio, alteratioque per calida ſtiptica.

Fiat confortatio per calida, vt eſt diagalanga. Si à cibis corruptis, fiat alteratio & confortatio ſtomachi: patiens indulgeat ſomnó.

Si ab humore & effluxu matricis ad ſtomachũ (illud vt plurimum accidit ieiunis & prægnantibus) accipiat mulier manè buccellam intinctam in ſucco granatorum, vel rob ribes, berbero: & ſtomachus per ſtiptica corroboretúr.

Si à debili ſtomacho, (cuius ſignum eſt, ſi patiens ſumat bonos cibos in debita quãtitate, & debito ordine, & tamen grauatur cibo, eumq; non ſeruat, ſed rurſus euomit) tunc confortetur ſtomachus cum aromaticis calidis, vt ſupra ſæpè eſt dictum.

In frigida cauſſa valent roſæ, mentha, pulegiũ, abſinthium, camomilla.

Ad intra detur ſyrupus de mentha, qui maximè valet non ſolum in pueris ſed etiam adultis, & maximè ſiſtit vomitum, niſi ſit cholericus. Capiat quotidie cochlear vnum de hoc ſyrupo manè.

Vnguentum pretioſum vomitum ex quacunque cauſſa ſedans, eundemque confortans; excitat appetitum, & eſt mirabile in ſtomacho frigido: ℞. Cinamomi interioris acuti, zingiberis, zedoariæ, calami aromat. galangę, maſticis añ ʒ 1.

thuris,

thuris, piperis longi nigri, mirrhæ, coralli vtriuſque añ ℈ 2. nucis muſcatæ, garyophyllorum, ligni aloës crudi añ drac. ß. ſpicæ, ſchœnanthi añ ʒ j. ß. menthæ ſiccæ, granatorum, balauſtiorum, gran. myrti, ſtoracis calamitæ, ſantali citrini añ drach. 1. ceræ ℥ j. oleorum maſticini, de ſpica, añ vnc. j ß. Cera & oleum liquefiant ſimul, & lauentur vino optimo aromatico albo, poſtea incorporentur ſpecies præſcriptæ, & fiat vnguentum.

DE CHOLERA MORBO *ſeu paßione cholerica.*

Cholera morbus eſt propter quem homo crebro vomit egeritq; propter cibos corruptos humidos, calido ſtomacho vel inteſtinis exiſtētib.

Humores ſunt phlegma ſua grauitate ſtomachum aggrauans & naturam ſtomachi mordicās, vel cholera naturam mordicans & pungens.

COROLLARIVM. Iſta affectio eſt ſatis acuta, igitur non negligenda.

COROLLARIVM. Si ante ſeptimum diem non terminatur, tunc eſt mortalis.

Corollarivm. Fœtor, inæqualitas, & liquiditas cibi arguunt corruptionem cibi.

Abūdante phlegmate, detur à principio aqua calida decoctionis zingiberis, galangæ, piperis: item quando in ſtomacho eſt cibus corruptus.

COROLLARIVM. Si materia cholerica non educitur per vomitum totaliter, tum educatur cum infuſione rhabarbari & myrobalanorum, quibus admiſceri poteſt diaphœnicum: nam & ipſum eſt ſtipticum propter dactylos.

Corollarium. Non aliud pharmachum laxãs dandum eſt quàm quod cum virtute laxatiua ſimul etiam ſtipticat.

Confortetur ſtomachus intus & extra.

Valent ſyrupus de mentha, diagalanga, conſerua roſarum cum pulueribus in vnguento ſtomachali nominatis. Dentur cum vino puluis macis, maſticis, galangæ, ſpecies diagalangæ.

Fiant frictiones & ligaturæ, ſi fluxus eſt ſuperfluus: ponantur ventoſæ ſuper hepar & ſplenem inducatur ſomnus.

Corollarivm. In duobus caſibus non dentur vomitiua: Primo, vbi fluxus nimium eſt effrenis, & notabiliter virtutem deijciens. Secundo, ſi per aliquot dies duraſſet, vt tres aut quatuor. in his ſtatim fiat reſtrictio.

Si ex humore cholerico, fiat vomitus cũ aqua calida: & ſi neceſſarium eſt, educatur materia cum infuſione rhabarbari & myrobalanorum citrinorum, in qua diſſolue tamarindos extractos & electuarium è ſucco roſarum.

Corollarivm. Pulmenta ex prunis debilitant ſtomachum; quare zingiber eſt aſpergendum.

Fiat confortatio cum ſucco granatorum, ribes, berberis, agreſtæ, mororum immaturorum, cum quibus commiſce corallos, bolum Armenum, ſanguinem draconis, lapidem hematitem, puluerem myrtillorum, illorum conditum, pul. ſantalorum rubrorum, &c.

Detur conſerua roſarum vetus per ſe, vel cum ſuccis ſtipticis permiſta: adde bolum Armenum

℞. Dia-

℞.Diacydonij ſimplicis ℥ 2.diſſoluatur cum ſucco granatorum vel de agreſta,ſyrupóve myrtino: commiſceatur tandem conſer. roſar. veteris ℥ 4. ſi placuerit,addantur reſtrictiua, coralli rub. bolus Armenus, &c.

Et hæc quidem dentur per ſuperiora, ad inferius dentur enemata.

Si ſit neceſſarium,fiant ligaturę,frictiones,ventoſæ:facies ſæpius irroretur cum aqua roſarum.

Ad extra,ſtomachus inungatur cum ſucco granatorum.

Emplaſtretur ſtomachus cum ſequentibus.

℞.Cruſtarum panis ℔ 2.Infundantur in aceto, donec benè molleſcant:tunc reſiduum aceti deponatur,& piſtentur in mortario cruſtæ,inter piſtandum miſce pulueres ſequentes:

℞.Thuris,maſticis,nucis cupreſſi añ ʒ j.balauſtiorum,pſidiarũ, berberis, myrtillorũ, ſumach, boli Armeni añ ℥ ß.ſãguinis draconis,lapidis hæmatitis,ſantali rubri añ ʒ 2.Incorporentur ſimul, & ſi neceſſe fuerit,adde ſucci agreſtæ modicum. Si in modum Emplaſtri tenacis vis habere: ℞. Oleorum myrtini,roſarum añ ℥ 3. reſinæ liquidæ ʒ 6.cerę ℥ j.incorporentur ſucceſſiuè omnia ſimul: fiat tenax emplaſtrum addendo vel minuendo de oleis & cera quantum videbitur.

DE DEBILITATE HEPATIS.

Debilitas hepatis dicitͬ de læſa actione hepatis. Hepatis munus & operatio eſt:

1. Extrahere chylum ex hepate.

2. Chylum attractum immutare vel digerere in quatuor humores.

3. Sequeſtrare humores.

Bonitas & fortitudo hepatis eſt bonitas & fortitudo inſtrumenti ſui à bona complexione: per oppoſitum debilitas eſt malitia inſtrumenti cum mala complexione. Vide Haly ſecundo Tech.

Signa capiuntur ab { eſſentialiter inhærentibus { operatione
accidentaliter in { caſibus.

A mala complexione calida immateriali.

COROLLARIVM. Sanguis minus lædit ſua caliditate hepar quàm cholera.

COROLLARIVM. In omni debilitate hepatis incipiunt membra demacrari.

COROLLARIVM. Sanitas hominis ſtat in ſanitate hepatis.

Mala complexio calida immaterialis contingit ex nimio exercitio, balneo, ambulatione in calore ſolis: hæc enim excalefaciunt hepar.

COROLLARIVM de balneis: Balneum Thermarum generat calculum; quare calculoſi fugiant Thermarum vſum.

Ad intus, detur oxyſacchara cum aquis endiuiæ, acetoſæ, nenupharis, quantum ſufficit, valet ſyrupus, conſerua, oleum, ſuccus.

℞. Oxyſaccharæ ſimpl. ſyr. de endiuia, nenupharę añ ℥ .ß, aquarum nenupharis, acetoſæ, en-

diuiæ

diuiæ q.ſ.miſce. Potus ſit aqua hordei, iulepus roſ.violaceus. Valet conſerua roſarum, nenupharis, cichorij, violarum, ex quibus fiat miſtura.

℞. Conſ.nenupharis, cichorij, acetoſæ, endiuię añ ℔.ß. diſſoluantur ad ignem lentum in aquę horde l.q. donec conſeruæ benè ſint diſſolutæ, fiat colatura per ſpiſſum colatorium, quæ infrigidatur & datur ad bibendum.

Detur confectio Diarrhodon Abbatis, diatrionſantalon.

COROLLARIVM. Poſſumus in fortiori deſcendere ad aquas portulacæ, lactuçæ, taraxaconis, ſolatri, rob ribes, ſucci granatorum.

COROLLARIVM. Patiens abſtineat ab omni oppilatiuo, vnctuoſo, pingui, & cibo facilè putreſcibili, ſubtili & dulci.

Ad extra epithema applicetur.

℞. Aquæ roſarum, endiuiæ, lactucę, nenupharis añ vnc. 2. aceti roſarum vnc. ß. camphoræ ℈ ß. macis, ſpicæ pulueriſatæ añ gr. 4. aquæ abſinthij ℥ ß. miſce, fiat Epithema.

COROLLARIVM. Opus eſt vt Medicus ſciat materialem complexionem hepatis; quare non eſt feſtinandum in applicatione medicinarum, niſi cognita materiali complexione hepatis.

℞. Sp. diarhodon abbatis, diatrionſantal. añ ʒ j aquę endiuię, acetoſę, roſarũ añ ℥ 3. fiat epithema.

℞. Olei roſarum, nenupharis, violarum, papaueris añ. part. æquas: fiat inunctio.

℞. Roſarum rub. fl. nenupharis, cichoreæ, violarum, ſantal. rub. añ ʒ j. ſpodij, camphoræ añ ʒ ß.

pulueriſentur:ol.roſarum,nenupharis aã ℥ j.ceræ q.ſ.fiat vnguentum.

Si ſit à mala complexione ſanguinis materiali, ſaluatella phlebotometur, & fiat alteratio ſicuti dictum eſt de cauſſa immateriali.

Si à mala complexione calida materiali calida, bilioſa ſeu cholerica, fiat digeſtio & euacuatio. Fiat autem infuſio rhabarbari cum aqua endiuiæ.

COROLLARIVM. Rhabarbarum eſt theriaca hepatis.

℞. Rhabarbari electi ℈ 4. ſpicæ ſchœnanthi aã gr. 3. Infundantur in ſufficienti quantitate aquæ endiuiæ, ſtent per noctem. fiat cõfricatio, expreſſio, & colatura, cui adde tamarindorum extractorum ℥ j. el. ſucci roſarum ʒ 3. miſce.

COROLLARIVM. Non ſemel ſufficit euacuare, ſed bis, ter, vel amplius.

Fiat alteratio vt dictum eſt.

A mala complexione materiali phlegmatica tumefiunt pedes.

Cura fit per diætam & potionem.

Diæta ordinetur ad calidum, Detur vinum bonum, & cibi cum aromaticis.

Fiat digeſtio cum ſyrupis de eupatorio, de abſinthio,

COROLLARIVM. Eupatorium neſcitur, itaque eius loco accipienda eſt agrimonia.

℞. Syrupi de eupatorio ℥ j. abſinthij ℥ ß. aquæ agrimoniæ q. ſ. fiat hauſtus.

Fiat infuſio rhabarbari.

℞. Rhabarbari el. ℈ 4. ſpicæ gr. v. Incidantur

minut-

minutim,& bono vino aſpergantur & infundantur in aquæ endiuiæ quantitate conuenieti, ſtent per horas x. fiat cōfricatio, expreſſio, & colatura: cui adde Turbith albi gummoſi ℈ j. zingib. gr. v. zuccari ʒ j.

℞. Pil. de rhabarbaro ſine eſula ʒ j. Troch. alhand. gr. 6. incorporentur cum ſyrupo abſinthij, fianr pillulæ mediocris magnitudinis.

Poſt purgationem dentur manè aliquot vicibus trochiſci de rhabarbaro ſub doſi ʒ j. vel ʒ j ß. diſſoluti in aqua agrimoniæ q. ſ. pro hauſtu: item trochiſci de abſinthio, de lacca, qui tamen nimi ſunt fortes, remouent illi καχεξίαν, & rectificant hepar.

Fiat alteratio.

Conueniunt olea ſpicæ, maſticis, abſinthij.

℞. abſinthij, agrimoniæ, maioranæ pulueriſat. ʒ j. calami aromat cyperi, cinamomi, thuris, maſticis, nucis cupreſſi, nucis muſcatæ, macis an̄ ʒ j ß. olei ſpicæ ℥ 4. ceræ q. ſ. fiat Emplaſtrum.

Ad intra dentur dialacca, diagalanga, diacurcuma: his aliquid eſt admiſcendum quod hepar confortat à proprietate.

A proprietate confortat hepar lupi non domati, ſed ſylueſtris & ſani: conſeruatur cum mirrha, abſinthio, & ſale.

℞. Sp. diagalangæ, aromatici roſati an̄ ʒ j. ſp. diacurcumæ de recenti diſpenſatarum ℥ ß. hepatis lupi non domati exiccati & pulueriſati ʒ 2. zuccari diſſoluti in aquis agrimoniæ, abſinthij & betonicę ʒ 7. ß. fiat cōfectio in rotulis ponderātibus

ʒ j.accipiat patiens vnum omni die.

Hæc confectio eſt confortatiua hepatis, malæ complexionis frigidæ alteratiua, & opilationum aperitiua.

De humida immateriali.

Fiat alteratio, exercitium reſolutiuum, vſurpetur diacurcuma, diagalanga.

Cum thure, maſtice, & aliis, oleo maſticis, fiat Emplaſtrum.

Si materialis illa, plerumque eſt phlegmatica, tunc fiat digeſtio & euacuatio: valent trochiſci de rhabarbaro.

De ſicca.

Diæta & potio ordinetur ad humidum.

Fiat balneatio in aqua tepida, & poſt balneum fiat inunctio cum oleo violarum.

Epithematio cum ſucco cucurbitæ, nenupharis, ſyrup. violarum, conſerua violarum, zulapio violaceo, ptiſana, aqua hordei.

Si à raritate corporis, tunc nullum ſignum ſuperiorum adeſt.

Cura eſt cum calidis, ſtipticis, aromaticis, confortantibus.

℞. Sp. aromat. roſati, diarhodon abb. ſine camphora, triaſantal. añ ʒ j. diacurcumæ ℈ 4. hepatis lupi exiccati ʒ j ß. Zuccari diſſoluti in aqua abſinthij ℔ ß. fiat confectio in rotulis.

Ad extra: Oleum maſticis.

Cyperus, maſtix, thus, myrtha, nux cupreſſi, ſpica nardi, ſchœnãthum, macis, calamus aromaticus. Ex his fiat vnguẽtum vel emplaſtrum; com-

miſceantur roſæ rubræ, ſantali rubri, ſpodium, balauſtia. Ex his omnibus accipiat ʒ j. addatur oleum maſticis, ceræ q.ſ. fiat Emplaſtrum. vel puluerum ʒ 2. reſinæ quantum ſufficit, fiat in figuram hepatis cerotum.

Corollarivm. Emplaſtra & cerota nō apponantur niſi factis prima & ſecunda digeſtionibus.

Si ab oppilatione, hęc plerumque fit ab humoribus groſſis. Si adeſt plethora, fiat euacuatio ſuperfluitatum communium, humorum circumſtantium hepar, & in ſtomacho exiſtentium.

COROLLARIVM. Si primò darentur ſyrupi diſſolutiui in plethora, tunc diuerterent ſerum, humores, & magis oppilarent. Facta euacuatione ſufficienti humorum dentur aperitiua.

Euacuatio fit cū diaphœnicō electuario, hiera, pillulis ſtomachicis, de hiera: præmittatur enema.

Aperitiua. Fiat decoctio cum apio, feniculo, aſparago, ſem̄. aperitiuis frigidis. Si adeſt febris, ex maiorib⁹ fiat decoctio. ℞. Colati ℥ 4, ſyr. de abſinthio ℥ j. miſce.

℞. Syrupi de abſinthio, eupatorio, byzantijs añ. ℥ ß. aquæ agrimoniæ q.ſ. fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Poſtea iterum fiat euacuatio cum rhabarbaro admiſtis alijs, & iterum dentur aperitiua.

COROLLARIVM. In paſſionibus ſplenis, hepatis, renum & matricis plus valent medicinæ in liquido: ad caput verò magis conueniunt pillulæ.

Si adeſt magna plethora, fiat phlebotomia de ſaluatella p̄miſſo, & poſt phlebotomiā euacuatio.

DE APOSTEMATE HEPATIS

Si ab hepatis apoſtemate, & magna ſubſit plethora, fiat phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ diuerſiua, poſtea altera die eradicatiua ex ſaluatella dextra.

Corollarium. Si non fuerit plenitudo, ſufficit phlebotomia ex ſaluatella dextra.

Corollarium. Tertia die fiat mūdificatio ſanguinis cū infuſione rhabarbari in aqua endiuiæ.

Corollarium. Rhabarbarum eſt theriaca hepatis, quare poteſt dari in omni dyſcraſia.

Ab extra. A principio apponantur frigida, facta phlebotomia.

℞. Succi ſolatri, portulacæ, lactucæ an̄. ℥ j ß. camphoræ ℈. ſ. miſce. Vel farina hordei miſceatur cum ſuccis. Vel ℞. Aquę roſarum, ſolatri, ſemperuiui, plantaginis an̄. ℥ 2. aceti roſarum vnc. ß. camphoræ ℈ ſ. ſantal. citrini ʒ 2. miſce bene ſimul omnia, fiat Epithematio.

Corollarium. Frigida tamdiu apponantur quamdiu timemus affluxum, ſcilicet in principio pura frigida: in augmento frigida adiectis calidis, ſcilicet ſucco abſinthij vel puluere agrimoniæ. In ſtatu apponantur pura reſolutiua.

Ab intra: Vinum granatorum, berberorum, oxyſacchara cum aqua endiuiæ, cichorij, Iulep violarum cum aqua taraxaconis.

Corollarium. Venter ſit laxus.

Si ab apoſtemate cholerico, fiat lenitio vētris, &

poſtea phlebotomia ſaluatellæ dextræ, dein euacuatio cum rhabarbaro.

COROLLARIVM. Cura eſt ſicut in ſanguineo, niſi quod in ſanguineo plus phlebotomamus,& in cholerico euacuamus.

Si ab apoſtemate phlegmatico,à principio fiat euacuatio cum rhab. & diaphœnicon. fiat poſtea phlebotomia de ſaluatella dextra, ſicut in cholerico,ſed minor: poſtea euacuatio phlegmatis.

Colaturæ rhabarbari commiſce turbith electi ℈j zingiberis ʒj. zuccari vnc.j. ſyrupi de abſinthio,eupatorio, byzantijs.

Ab extra oleum ſpicæ & roſarum ſimul temperata applicentur.

℞.Succi Abſinthij,eupatorij,agrimoniæ, endiuiæ añ vnc.2.fiat Epithema. Vel ex pulueribus apij,abſinthij,calami aromat.roſarum rub. farinę hordei & ſimilibus,fiat Emplaſtrum,cum prioribus commiſce cyperum.

Spica nardi,eupatorium, & alia aromatica cũ oleo roſarum & ſpicæ commiſceantur.

Si ab apoſtemate melancholico,fiat euacuatio melancholicæ cum rhabarbaro, thymo, folliculis ſenæ,vel electuario diaſenæ.

Et alia ab extra & intra fiant vt ſupra.

DE HYDROPE.

Hydrops eſt chronica hepatis affectio frigida, cum qua omnia membra aut venter inflatur propter humorem, aut ventum:aut aquoſitatem.

Hydrops eſt chronica hepatis paſſio ex frigiditate eius generata, ita vt non poſſit tranſmutare

cibos in ſubſtantiā ſanguinis,ſed in aqueam qualitatem,ventum,aut phlegma.

COROLLARIVM. Hepar dupliciter acquirit frigiditatem:Primò poſitiuè, vt quādo cauſſæ ſunt tales quæ remittant innatam caliditatem hepatis: Secundò priuatiuè, vt quando hepar afficitur à nimia caliditate imflammante ſubitò aut cū gradatione,calorem naturalem reſoluente ſubitò,vt in febre ſynocho.

In hydrope cauſſa tam effectiua quàm materialis eſt frigida.

Tres ſunt ſpecies hydropis,hypoſarca, aſcites, tympánites.

Aſcites eſt deterior alijs ſpeciebus:quia fit à maiore lapſu hepatis.

In hypoſarca nullus moritur, niſi ab ignauia medici, aut inobedientia ægri.

In aſcite nullus ferè euadit.

Tympanites eſt deterior hypoſarca, ex parte magis prauorum accidentiū,& etiā ex parte curę.

Cauſſæ primitiuæ, nimia frigiditas aëris, cibi, potus:etiam bibere aquam frigidam, poſt forte exercitium,coitum,balneum, ieiunium, emplaſtrum & epithema cum rebus exceſſiuè frigidis, etiam balneatio in aqua frigida, & quicquid ſuperfluè inflammat hepar,calorem naturalem reſoluens.

Cauſſa coniuncta eſt ſanguis phlegmaticus.

Signa generis ſunt immaterialis diſpoſitio & inflatio ventris & extremitatum.

SIGNA hypoſarcæ habentur ex viſu: quia omnia

omnia membra apparent inflata. quod non fit in alijs ſpeciebus. Cura ſtat in diæta & potu.

Diæta tendit ad calidum & ſiccum: & ſi adeſt febris, aër declinet ad temperiem. Iniungatur exercitium tẽperatum ieiuno ſtomacho, minoratione tamẽ præmiſſa: fiat perfrictio totius corporis, prohibeatur à balneo humectante, abſtineat à lactuca, endiuia, portulaca, & omnibus cibis frigidis, ab omnibus leguminibus, ab aqua (nocet etiam intueri aquam) niſi concurreret tam ſæua ægritudo, vbi admittemus zulapium roſatum: à cibis difficilis digeſtionis, ab omnibus brodiatis, ouis ad duritiem coctis, inteſtinis animaliũ, fructibus, lacte, caſeo, cibis frixis, & pane non fermentato & nouiter piſto, ab omnibus cibis actu & potentia humidis, niſi quando adminiſtrantur medicinæ ſolutiuæ. Indulgendum eſt vino, quod tamen parciſſimè bibatur, pueris conuenit vinũ lymphatum, vel aqua cum cinamomo & Zuccaro. euitet coitum, habeat gaudium.

Intentiones.

Prima, ſuperfluitatum communium eductio, quæ eſt generalis regula in omni hydrope.

Secunda, minoratio phlegmatis, quod eſt in ſtomacho, inteſtinis, & prope hepar.

Tertia, phlebotomia ſi conſuetus fluxus fuerit reſtrictus; & aliàs habitudo corporis & plenitudo ſiue repletio phlebotomiam ſuaſerint, nec fuerit quod prohibeat.

Quarta, materiæ phlegmaticæ digeſtio, præparatio, & viarum apertio.

Quinta, euacuatio primò ad vniuerſaliores, poſtea ad particulares procedēdo euacuationes.

Sexta,confortatio. Hæc intentio concurrit cũ alijs intentionibus.

Septima,accidentium correctio,&malę complexionis hepatis alteratio.

Ptima intentio.Ex ſtomacho cum vomitu: ex inteſtinis cũ clyſtere:& detur poſtea minoratiuũ.

℞.Syrupi acetoſi ſimpl. vnc.j ß. aquæ tepidæ ℥ 4.olei vn. ß. miſce pro vomitiuo,vel,ſi fortius velis habere,cum decoctione raphani, atriplicis.

COROLLARIVM. Quantitas enematis debet eſſe minor quàm in alijs ęgritudinibus,pręſertim in Aſcite.

℞.Decoctionis maluæ,biſmaluæ,mercurialis, aſari,origani maioris,calamenti ℔ j.vel vnc.x. cui admiſce hieræ ſimpl.diaphœnicon añ ʒ 6.olei rutæ vnc. 2.

COROLLARIVM. Clyſteria potius conueniunt in aſcite quàm in alijs, & potius in tympanite quam in hypoſarcá.

Secunda intentio: ℞.Hieræ ſimpl. diphœnici añ vnc.ß.aquæ betonicæ q.ſ.fiat hauſtus.

COROLLARIVM. Non ſemper eſt bonum incipere à ſyrupis: quia ſi materia fuerit multa, tunc ſyrupi qui plerumque ſunt aperitiui, ducerent ſecum materiam &plus oppilarent. Ergo præcedat minoratio.

Tertia intentio:Si eſt reſtrictio hæmorrhoidũ vel menſtruorum,tunc non debet phlebotomari illa vena quæ reſpicit illa loca per quæ fluebat

fluxus:

fluxus: quia iſta materia ſtat in toto corpore: fiat itaque de communi vena. Vide Rhazem 7. continentis, de qua vena ſanguis ſit mittendus. Inſpiciatur continens abbreuiationum Arnoldi.

Facta phlebotomia ſimul prouocetur fluxus.

COROLLARIVM. Aſcites ſi ſit, non phlebotomamus.

Quarta intentio: Fiat digeſtio cum oxymelle compoſito, ſyrupo de abſinthio, hyſſopo, eupatorio cum aquis appropriatis aperitiuis apij, feniculi, agrimoniæ, ſyrup. de byzantijs, oxymelle ſimplici.

℞. Diacurcumæ ℨ j. capiantur ante cęnam per duas horas rotulæ tres, & horis quinque poſt cænam rotulæ 5. ſyrupi verò manè.

Corollarivm. Solum pars digeritur: ergo ſolum pars euacuanda, quare digeſta & euacuata reiteretur bis, ter, vel amplius, prout materia ſenſibiliter videtur euacuanda.

Quinta intentio: Euacuatio bis fiat in ſeptimana.

Nota. In cura hypoſarcę, valet ſingulariter rhabarbarum; nam eſt medicina ſolennis curans eam à quàmcunque cauſſa proueniat.

Corollarivm. De pillulis rhabarbari detur ℨ j. vel ℨ 2. in forti, cum aqua feniculi, apij, petroſelini, ſi non adfuerit febris: vel cum aqua lactucę, cichorij, portulacæ, ſi adfuerit febris. Valet & infuſio & trochiſci ſub doſi ℨ 2. cum prædictis aquis bis in ſeptimana facta digeſtione fiat euacuatio. Dentur iterum digeſtiua, & fiat euacuatio.

CorollarIvm. Si adeſt febris, tunc in omnibus commiſceantur frigida: vt cum ſyrupo eupatorij, abſinthij, ſyrupo endiuiæ, & cum diacurcuma, ſpeciebus diarrhod. abbatis, diatriōſantalon.

Facta euacuatione vniuerſali fiant euacuationes particulares, vt eſt prouocatio ſudoris, vrinę, frictio, gargariſmata.

℞. Saluiæ, betonicæ, rutæ, hyſſopi, calamēthi añ M. ſ. rad. pyrethri ʒ 3. rad. acori, zingib. añ ʒ 2 ß. ſem̃. nigellæ, aniſi, cardamomi añ ʒ j. coquãtur in ℔ 2. aquæ ad remanentiam medietatis. Colaturæ commiſce oxymellis ſcyll. ℥ iiij. fiat gargariſma, detur ieiuno ſtomacho.

CorollarIvm. Prouocatio vrinæ magis conuenit in hypoſarca, etiam in aſcite.

℞. Rad. apij, feniculi, petroſelini, bruſci, aſparagi, graminis añ ℥ ß. ſem̃. aniſi, feniculi, milij ſolis, lactucæ, endiuiæ añ ʒ j ß. (ſi caliditas adeſſet, accipe ſemina maiora & minora frigida) ſpicæ nardi. ſchœnanthi, cinamomi acuti interioris, cardamomi añ ʒ 2. coquantur in aqua. fiat colatura, exhibeatur cum zuccaro.

Vel ℞. huius decoctionis ℥ 3. ſyr. diuretici maioris ℥ j. miſce.

COROLLARIVM. Spicæ nardi ʒ 2. ſeri caprini recentis clari ℥ 8. coquantur ad conſumptionem medietatis.

CorollarIvm. Valet & decoctio maioranæ.

COROLLARIvm. Emplaſtra, & balnea exiccatiua, & ſimilia localia numquàm debent applicari, niſi prius factę ſint vniuerſales euacuationes.

ſcili

ſcilicet iam ter facta euacuatione & digeſtione:& cum tumor notabiliter videtur diſſolutus,cauſſaque coniuncta notabiliter euacuata per vniuerſales euacuationes.Ex adminiſtratione enim taliũ ante euacuationes vniuerſales timetur liquefactio,materiæ attractio,ebullitio atq; amplificatiõ.

Fiat balneum pro ruſtico ex ebulo & alijs pro prouocatione ſudoris.

Balneum pro ſudore:℞.florum camomillę,pulegij,ſerpilli,origani,calamenti,mentaſtri,hyſſopi,rutæ,ſatureiæ,baſiliconis: & ſimilia pro alijs hominibus.Et fiat ſtupha.

COROLLARIVM. Balnea prouocatiua non adeò pſunt in aſcite & tympanite:quod in his cauſſa nõ eſt adeò ſparſa in toto corpore, & virtus debilis.

COROLLARIVM.Balnea fiunt manè ieiuno ſtomacho,& de tertio in tertium,non omni die.

Vide Gal.de humoribus,& in Paſſionario.

Si digeſtio in ſtomacho defecerit, fit tympanites: ſi in hepate, fit aſcites: ſi in toto corpore, fit hypoſarca.Fiat ergo horum confortatio.

COROLLARIVM.In omni hydrope fiat cõfortatio hepatis.

Sexta intentio.Fiat confortatio hepatis cũ hepate lupi ſub doſi ʒ 2.vel citra in decoctione paſſularum,vel rob,ſapæ,mulſæ, muſti cocti.

COROLLARIVM. Non ſtante febre hepar maximè confortatur dulcibus: ergo maximè paſſulis.

Hepar ab extra inungatur cum oleo maſtichino,ſpicæ,ſi non adeſt febris: quia tũ epithemata fiunt ex frigidis.

Septima intentio. Fiat alteratio cum diagalanga non ſtante febre. Fiat inunctio cum oleo maſtichino.

℞. Specierum arom. roſ. Gab. diagalangæ, diacurcumæ, hepatis lupi recentis exiccati & ſubtiliter puluerizati an̄ ʒ 2. zuccari diſſoluti in aqua agrimoniæ ℥ 8. fiat confectio in morſellis.

COROLLARIVM. Semper ſuper febre attendendum eſt, quia tunc frigida ſunt commiſcenda.

COROLLARIVM. In cura hypoſarcæ recurrendū eſt ad caput de debilitate in digeſtionis.

COROLLARIVM. Diacurcuma valet in omni ſpecie hydropis; ſi non adeſt febris, quia eſt confectio calidiſſima

DE ASCITE.

Aſcites vel eſt cum febre, vel ſine febre: & hoc perpendendum eſt, non quò ad curam, ſed quo ad alterantia; quia intētio curationis nō variatur.

COROLLARIVM. Aſcites cum debili virtute de vrina rubra, pauca, cū difficultate micta, vel numquam, vel rariſſime recipit curam; imo cura eius eſt quaſi deſperata: quæ autem eſt ſine febre, ſine vrina rubra, vel etiam rubra, ſed multa in quantitate, & cum facilitate micta, virtute ſtante poteſt recipere curam. Similiter eſt iſta quæ eſt cum febribus & conditionibus iam dictis.

Sunt intentiones priores, excepta phlebotomia quæ non fit.

Fiat eductio ſuperfluitatum cum vomitu, vel per enema.

Fiat

Fiat minoratio materiæ in aurora cum pillulis de rhabarbaro.

℞.Pil.de rhab. ʒ ß. agarici trochiſcati, troch. alhandali, turbith albi & gummoſi, Zing. añ ʒ j. ſalis gemmæ ℈ ß.fiat incorporatio omnium ſimul optima cum ſucco vel ſyrupo abſinthij vel ireos, qui eſt ſalis fortis eductionis.

Fiat digeſtio per ſyrupos vt ſupra.

Detur diacurcuma vel dialacca ſi non adeſt febris. Si adeſt febris,commiſceantur ſpecies diarrhodon abbatis,diatriõſantal.detur oxymel compoſitum,ſcilliticum,rob ribes.Fiat ſyrupis magiſtralis,aperitiuus,carminatiuus, vt facit valeſcus.

Corollarivm.In omnibus intentionibus carminatiua ſunt admiſcenda& præſertim Enemata.

Fiat euacuatio aquæ citrinæ.

Dẽtur pillulæ de rhabarbaro in ſeptimana bis, vel ter, & diacurcuma ſine intermiſſione cum ſucco ireos vel cucumeris:fiat quoque oductio aquæ cum ſucco ebuli vel corticibus rad.ſambuci.

Auicenna.Oportet vt ſolutiua ſequatur ieiunium;quare non comedat ſolutus die & nocte ſi eſt poſſibile, nihilomnius detur laxatiuum poſt longum ſpatium 6. vel 7. horarum & in pauca quantitate. Oportet vt confortes ſtomachum hydropicorum, ne lædatur à ſolutiuis, & ponas cum eorum ſolutiuis aromatica calida vel frigida ſecundum exigentiam:vt ſunt xyloaloë, calamus aromaticus, coriandrum.

COROLLARIVM. Clyſteria optimè valent.

℞. fl. camomillæ, azari,centaurij, menthæ,

hyſſopi, calamẽthi añ M j. agarici, colocynthidos añ ℥ 6. Decoquantur fortiter in aqua ad exuirtuationem omnium. Colaturæ ℞. ℥ x. olei ℥ 2. mellis ℥ j. ſalis p. j.

Vel ℞. ad prædictam decoctionem agarici & pulpæ colocynthidos añ ʒ 3. diſſolue benedictæ laxat. ℥ j olei ℥ 2. miſce.

Vel ℞. præſcriptæ decoctionis ℥ x. ſucci iridis ℥ 3. miſce. Vel ſucci rad. ſambuci vel ebuli ʒ 3. ſp. diacymini ʒ ß. miſce.

Euacuatio particularis. Emplaſtrum fiat ex ſtercore vaccino ſuper ventrem: veruntamen nõ imponatur hepati. Ei cõmiſceatur puluis maioranæ, calami aromat. ſpicæ, garyoph. vt benè oleat.

COROLLARIVM. Si adeſt febris, fiat epithema ſuper hepar frigidum, & frigida commiſceantur.

COROLLARIVM. Omne ſtercus eſt reſolutiuum. Alteratio & confortatio fiant, vt ſupra, ſed commiſceantur carminantia; cum præter aquam adſit etiam ventus. Diæta ordinetur vt caueant à crudis cibis & difficilis digeſtionis & ſimilibus, à frigidis maximè. Diæta ordinetur ad calidũ & ſiccũ.

DE TYMPANITE.

Tympanites hydrops oritur ex vento cum modica aqua, quare non propriè dicitur hydrops, ſed hydrops ſicca cum appoſitione.

Intentiones.

1. Eductio ſuperfluitatum communium per vomitum & enema. Carminantia hic locum habent. Fiat ergo prouocatio vomitus, & enemata ex carminantibus.

2. Digeſtio aquoſæ & phlegmaticæ materiæ facientis ventoſitatem.

Syrupus aperiens vias, & ſubtilians ac reſolués ventoſitates: ℞. Rad. ireos, apij, fœnograeci, aſari añ ℥ ß. ſem. carui, aniſi, cymini, petroſelini, dauci, ameos, añ ʒ 2. eupatorij, menthæ, abſinthij, endiuiæ, ſcolopendriæ, tamariſ. añ M j. ſpicæ nardi, ſchœnanthi, maſticis, cubebarum añ ʒ j. coquantur ſecundum artem, fiat colat. in cantharum, quę poteſt dulcorari ſaccharo.

3. Euacuatio materiæ phlegmaticæ, aquoſæ, ventoſabilis digeſtæ. Ad quod valet puluis. ℞. Turbith boni & gummoſi ʒ j. aniſi, maſticis, zingiberis añ ℈ ß. Fiat puluis: detur cum decoctione aniſi, carui, cymini, zingiberis.

Valent pillulæ ſpecierum hieræ p. ſ. ʒ ß. turbith boni ℈ j. troch. agarici ℈ ß. aniſi, zingiberis, maſticis añ gr. 3. cum ſucco ireos vel ſyrupo de abſinthio fiant pillulæ 9.

Euacuata materia fiat carminatio vẽtoſitatum intus & extra, ſimiliter & confortatio.

Intus dentur: diacyminum, dianiſum, carui, aniſi confectio: fiat mixtura.

Dianiſi, diagalangæ, aromat. roſ. Gab. diattion pipereon aliquid. fiat confectio.

Bibat vinum maluaticum in quo bullierint ſemina carui; & comedat de caruo bullito.

Valet ad idem Diacurcuma, Dialacca.

Fiant clyſteria carminantia ex ruta, artemiſia, origano, calamentho, carui, & cimini ſeminibus cum caſtoreo.

Extra, Fiat emplaſtrum ventris ex reſolutiuis ventoſitatum.

COROLLARIVM, Si adeſt febris, commiſcentur frigida.

Diæta ordinetur, vt abſtineat ab omnibus generantibus ventoſitatem.

Fiat alteratio & confortatio ſtomachi & hepatis, quibus etiam carminantia ſunt admiſcenda. Item ſuppoſitoria chamæleę, colocynthidos, elaterij ℥ j. ſalis coſti vel gemmæ ℥ j, cum melle.

DE ICTERO.

Ictérus eſt fœda locorum alteratio, qua permutatur color totius corporis à ſuo naturali colore ad colorem innaturalem, propter decurſum humoris habentis illum non naturalem colorem ad cutim ſine putrefactione: & eſt duplex

Cauſſa icteri vel
- Multitudo generationis choleræ citrinæ; & id contingit tripliciter, aut ꝓpter
  - 1. Membrum generans ipſam, vt hepar calidum
  - 2. Materiam exqua vt frequentem vſum ciborum bilem generantium
  - 3. Cauſſas extrinſecas.
- Prohibitio euacuationis, quæ debet euacuari ab
  - Hepate, & fit ab oppilatione aut debilitate ſegregatiuæ.
  - Veſicula fellis à debilitate virtutis attractiuæ & illius obſtructione.

Cura Icteri reſpicit duo. Primò remouenda eſt cauſſa efficiens icterum: deinde remouere oportet Medicum id quod remanſit extrinſecus & eſt accidens morbi, fœdus videlicet color.

Prima intentio completur diæta & potione. Diæta ordinetur in contrarium.

Si eſt à mala complexione calida, idque vel hepatis vel totius corporis: fiat alteratio vt dictum eſt de mala complexione hepatis calida, intus & extra.

COROLLARIVM. Fiat digeſtio & euacuatio choleræ generatæ, & alteratio hepatis vt non amplius generet.

Patiens abſtineat à cibis calidis, cholericis, & alijs generantibus choleram ſecundum diętam & potionem.

Cholera genita digeratur euacuetur, alteretur que, & poſtea fiat hepatis confortatio.

Si ab alijs cauſſis extrinſecis introducta ſit, remoueatur, fiat vt ſupra.

Si à veneno hauſto: primò vomat ſufficienter, poſtea detur Mithridatum vel theriaca cum ſucco malorum granatorum, acetoſæ, berberorum, endiuiæ: theriaca enim reſiſtit veneno: ſuccis autem illis alteratur hepar, & roboratur cor.

Si eſt ab oppilatione, cura fit per diætam & potionem: patiens ſibi caueat ab omnibus oppilatiuis.

Intentiones.

1. Fiat minoratio materiæ per hauſtum. Enemata hic valent & vomitus.

2. Fiat digeſtio cum ſyrupo alteratiuo,confortatiuo,aperitiuo.Fiat talis ſyrupus.

℞.rad.bruſci,aſparagi,cichorij, apij, feniculi añ ℥ ß.ſem. endiuiæ.ſcariolæ,aniſi, carui añ drac. 3.melonum ℥ ß.endiuiæ,ſcariolæ,hepaticæ,ſcolopēdriæ añ M j.capilli Veneris ℥ ß.paſſularū mūdat.℥ j ß.lupulorum M j.coquātur ſ.a.&colentur.

Corollarivm..Illa quæ competunt in oppilatione hepatis,competunt etiam in oppilatione fellis.

3. Euacuatio:fiat primò vniuerſalis cum caſſia, electuario lenitiuo,de ſucco roſarum, pillulis de fumo terræ, aureis.

COROLLARivm. Ante digeſtionem poteſt fieri phlebotomia,ſi patiens habet venas plenas, & diu eſt quod venam ſecuit:fiat autem de baſilica dextra vel ſaluatella.

Particularis euacuatio fiat per vrinam.

Fiat alteratio,cōfortatio,&accidētiū correctio.

Secunda intentio etiam principalis completur per diætam & potionem.

Hordeum groſſo modo conquaſſatum in ſacculis concludatur. Fiat balneum aquæ dulcis, & patiens his ſacculis fricetur in balneo, poſſunt ad illam farinā àddi flores camomillæ & matricariæ.

Corollarivm.Radix chelidoniæ appenſa curat fœditatem coloris.

Corollarivm.Fiant euaporationes ex ſupradictis ad faciem ex abſinthio, lapatio acuto fortiter decoctæ:illam decoctionem patiens adhibeat faciei.

Fiant

Fiant etiam ſacculi ex furfure tritici, prouocatio vrinæ & ſudoris.

COROLLARIVM. Patiens quamdiu habet fœdum colorem, habeat beneficium alui, & hepar confortetur.

COROLLARIVM. Ante cænam per horam vnam detur caſſię fiſtulę ℥ j. vel drac. x. vel diaprunum ſimplex.

Piſcis vulgo ſchleihen ponatur ſupra ventrem quouſque moriatur, curat fœdum colorem & febrem tertianam, vt mihi retulit nobilis quædam mulier.

COROLLARIVM. Mundificatiua ſanguinis poſt vniuerſalia ſunt optima: vt ſunt endiuia, borago, lupulus, cuſcuta, fumus terræ, capillus veneris. Ex his fiat decoctum pro pauperibus.

℞. Cichorij, endiuiæ, fumiterræ, abſinthij, lupuli, fragariæ añ M ſ. Decoquantur in ℔ 8. ſeri lactis caprini. Valet in ictero & tertiana.

Secunda intentio principalis eſt remotio accidentis, hoc eſt fœdi coloris & immaterialis, quæ non debet reſeruari vſque ad vltimum. Sed poteſt & debet adminiſtrari, cùm bona pars materię fuerit minorata vel euacuata; & ſic currit cũ prima. Quod etſi hæc ſecunda intentio ſit ſecunda in executione: tamen eſt prima in intentione.

Fiat itaque ſuffumigatio ad faciem & totum corpus ex aceto decoctionis cort. fabarũ paleis, hordei, abſinthij, quia valet ad curandam fœditatem cutis.

Vide Arnold. 2.lib.20. capite, in additione de ſtercore aſinino,

Contra inueteratam icteritiam ex oppilatione hepatis & ſplenis, detur ℥ ß, euphorbij in ouo ſorbili; Platearius.

DE ICTERO NIGRO.

De cauſſis dicendum erit vt ſupra: niſi quod vertatur ad melancholiam & ad ſplenem; quia cauſſa icteritiæ nigræ aut eſt multitudo generationis melancholiæ, vel prohibitio euacuationis eius.

Sunt eædem intentiones vt ſupra, niſi in digeſtiuis, aperitiuis, commiſceantur digeſtiua melãcholiæ, vt epithymus, thymus, ſcolopendria, tamariſcus, fumus terræ. In euacuatione vtatur euacuatiuis melancholiæ.

Fiat & cõfortatio & alteratio hepatis & ſplenis,

Corollarium. Si opus eſt phlebotomia, tunc fiat de baſilica ſiniſtra vel ſaluatella ſiniſtra.

Si icteritia citrina vel nigra ſit ab oppilatione, mala complexione hepatis ſplenis, vel fellis, apoſtemate, recurratur ad caput de ijſdem quo ad intentionem primam.

DE DEBILITATE SPLENIS.

Operatio ſplenis ſeu munus eſt attrahere humorem melancholicum, & à melancholia mundificare ſanguinem, qua membra non egent pro eorum nutritione: ſi hoc non poſſit facere, dicitur debilis eſſe,

Cauſſa debilitatis ſplenis	caliditas / frigiditas	vel cum vel ſine materia

Cura

CVRA eſt eadem quæ debilitatis hepatis, niſi quod fortioribus medicinis indigemus in ſplene quàm hepate,tam aperitiuis quàm alteratiuis:vt vtamur medicinis magis ſplen quàm hepar reſpicientibus: vt tamariſco, fraxino, ſcolopendria, cort. capparorum, rad. acori, limatura ferri vel chalybis.

SIGNA: Fœditas coloris.

Si à caliditate, illa eſt ſenſibilis ad tactum, destruitur appetitus, & color niger tendit ad claritatem.

Si à caliditate ſine materia, fiat Epithema.

℞. Aquæ roſarum, ſcolopendriæ, ſolatri añ partes æquas, modico champhoræ adiecto diſſoluto in aqua vel ſuccis: qui etiam dentur ad intra cum ſpeciebus diatrionſantalon.

Si à caliditate cum materia, præſente plethora melancholia mixta ſanguini, tunc præmiſſo leniтiuo fiat phlebotomia de ſaluatella ſiniſtra, & poſtea ſanguinis mundificatio.

℞. Seri caprini ℥ ȝ. caſſiæ fiſtulæ ʒ x. el. de ſucco roſarum ʒ ȝ. Valet Diaſena, Diacatholicon electuaria.

Si à materia cholerica melancholica aduſta, fiat digeſtio.

℞. Syr. de endiuia, de fumo terræ, oxyſaccharæ ſimpl. añ ℥ ß. aquarum ſcolopendriæ, endiuiæ q. ſ. fiat hauſtus.

Fiat euacuatio cum infuſione rhabarbari vel myrobalan. cittin. in quibus diſſolue aliquid caſſiæ, elect. ſebeſten, de perſillio, uel ſimilis.

Si à frigiditate ſine materia,ſigna ſunt fœditas coloris cũ nigredine obſcura, frigiditas ad tactũ.

Ad intra detur Diacurcuma,Dialacca,acorus conditus. Extra:Epithema ex ſucco rutę.

℞.Abſinthij,rutæ,hyſſopi, hypericonis, calamenthi,origani añ M j.Decoquantur in bono vino fortiter:cum colatura fiat fomentatio, & cum herbis emplaſtratio.

COROLLARIVM.Poſt fomentationem fiat inunctio cum oleo ſpicæ,camomillæ, abſinthij, rutæ, coſti, liliorum, vel cum vnguento aragon, marciato, agrippæ.

Si à frigiditate materiali cum materia & præſertim melancholica,fiat digeſtio cum ſyrupo abſinthij,oxymelle compoſito ſcillitico,de eupatorio ſyr.de byſantijs.

℞.ſyrupi de abſinthio,de eupatorio,oxymell. compoſ.añ ℥ ß.aquæ rutę q.ſ.fiat hauſtus vnus vel plures. Fiat euacuatio cum pillulis fœtidis,fumiterræ,lapide lazuli.

COROLLARIVM.Melius valet medicina in liquido quam in ſolido.Ergo dentur Diaſenæ,Diaphęnicon,Hieræ Ruphini,Logodionis.

℞.Hieræ logodionis ʒ 6.aquæ abſinthij q. ſ. fiat hauſtus.

Fiat ſplenis confortatio in cauſa calida.

℞.Conſ.bugloſſæ,acori,cichorij añ vn. ʒ. ſpec. diatrionſan.diarrhodon abb. ʒ j. ß. limaturæ ſubtiliſſ.acuum ʒ j ß.miſ.ſimiliter cum modico ſyrupo endiuiæ.

In cauſſa frigida,℞.Sperum diacurcumæ,diagalan-

langæ, aromatici roſ.añ vn.j. ſubtiliſſimæ limaturæ acuum drac.2.conſ.bugloſſæ vnc.2.acori conditi vn.5.miſce ſimiliter.

Valent & troch. capparum per ſe vel cum electuarijs.

DE TVMORE ET DVRITIE SPLENIS.

Magnitudo ſplenis ex nimia ſuſceptione melancholiæ fit.

Groſſities ſplenis fit ex groſſitie melancholiæ in ſplene derelictæ.

Magnitudo ſplenis vel { imitatiuè. / conſequutiuè.

Si imitatiuè, fiat minoratia Diaſena.

Fiat digeſtio cum ſupradictis.

Si cócurrit febris, tunc frigida admiſcéda ſunt.

Fiat euacuatio cum pil.fœtidis, quæ valent in omni euacuatione ſplenis materiali: vel fiat infuſio rhab.cum cort. myrobalanorum Indorum.

Si adeſt repletio, conuenit in magnitudine ſplenis phlebotomia,

Corollarivm. In omnibus benè ordinetur diæta, & remoueantur omnia generantia melancholiam.

Durities ſplenis.

Opus aperitiuis & ſubtiliatiuis in duritie ſplenis habemus.

Ad intra: ℞. Syr.de ſcolopendria, de abſinthio, aceti ſcill.añ vn.ß. aquarum abſinthij, tamariſci, ſcolopendriæ añ q.ſ.vtatur aliquandiu, & interim ordinetur bona diæta.

Vinum bonum dilutum cum aqua ſcolopendriæ chalybeata detur.

Patiens accipiat potum ac cibum ex vaſis de tamariſco.

Fiat aliqualis euacuatio. Dentur trochiſci capparum ſub doſi ℥j. cum aqua ſcolopendriæ: etiam trochiſci de abſinthio.

Ad extra: ℞. Rutæ viridis M 3. optimi aceti vini ℔ 6. coquantur ad commiſtionem ℔ 2. aceti. Fiat manè ante cænam & introitum lecti fomentatio, poſt formentationem cum oleorum rutæ, abſinthij, ſpicæ añ ℥ ß. fiat inunctio.

℞. Scolopendriæ, tamariſci, abſinthij, florum cammomillæ, M j. rutæ M 4. aceti ℔ 3. Fiat decoctio & fomentatio.

℞. Pul. rutæ, cort. capparum, acori, tamariſci, florum cammomillæ, añ ℥ 2. ammoniaci infuſi in aceto forti per noctem ℥ j ß. olei rutæ, ſpicę nardi añ ℥ j. ß. ceræ q. ſ. fiat Emplaſtrum, ſi cerotum, accipe plus de puluere, & nullum oleum, ſed reſinā. Si nō adeſt febris, detur diacurcuma, troch, capparum, abſinthij, de rhabarbaro.

Corollarium. Si aliquis non ſentit dolorem, & adeſt durities ſplenis, tunc cura eſt mollificare viſcus vnguentis, emplaſtris, fomentationibus, vt eſt notatum.

COROLLARIVM. Si poſt fomentationem ſurgant puſtulæ, non timendum, quia curantur facillimè cum inunctione olei cammomillæ.

Vide Pandectarum fol. 83. de fraxino, quomodo attenuet ſplenem.

DE

257

DE COLICA PASSIONE.

Conſule Rhazem octauo continentis.

Cauſſæ primitiuę, antecedentes, & coniunctę notentur.

Corollarium. Cucurbita, & poma, & vinum acerbum à proprietate inducunt colicam: ſimiliter vinum nouiter lymphatum.

Corollarium. Frequens comeſtio diureticorum & ouorum duorum faciunt colicam.

COROLLARIUM. Ventoſitas faciens dolorem ſtat inter duas tunicas: quare non ſtatim ad exhibitionem enematum reſoluitur. Vide Iliaca Gal. 6. aph. com. 44. quod ſolum contingat ab apoſtemate. Idē ponit aliquas ſpecies 6. inter cap. 1.

Si ab apoſtemate, tunc iuxta Rhazem in cholica ab apoſtemate, caue à medicinis; quoniam eſt mortalis: ſed incipe à phlebotomia, & fac eam per vices. Sunt qui primo dant clyſteres.

℞. Maluæ, biſmaluæ, violæ, ſiclæ, prunorum an̄ M j. decoquantur. ℞. decoctionis ℔ j. caſſiæ ℥ j. olei ℥ 3. miſce, fiat Enema.

Phlebotomia fit ex oppoſito latere fortioris doloris de baſilica, vel primo de ſaphena, & ſecundo de Baſilica. Facta phlebotomia dentur anodyna pro ſedando dolore, ol. roſarum, camomillæ, anethi, axungæ gallinæ: his innge locum doloris.

Ad intra conueniunt brodia pinguia.

Fiāt & diuerſiones, ſic & frictiones & ligaturæ.

Si apoſtema cōfirmatur, erit mors in illo. Tandē

facta phlebotomia & diuerſionib' dātur enemata.

Si à ventoſitate, dentur carminantia ad intus & extra, milium torrefactum, auena, decoctiones herbarum origani, anethi, rutæ.

Ex his fiant emplaſtrationes & cataplaſmata.

℞. Maluæ, biſmaluæ, mercurialis añ M j. anethi M 5. rutæ M 2. ſem. agni caſti, carui, cymini, aniſi, ameos añ ʒ 3. fiat decoctio. ℞. decoct. ℔ 2. ol. de baccis lauri ℥ j. olei rutæ ℥ 2. Poteſt addi caſtorei ℈ j. miſce, fiat Enema.

℞. Anethi M 6. rutæ M 3. carui M j. ſ. baccarum Lauri num. 15. coquantur in vino bono veteri ad conſumptionem medietatis pro enemate. ℞. colaturæ ℔ j. vel vn. x. ol. anethi ℔ ß. adminiſtretur.

℞. olei rutæ vn. 14. Bulliant in vini boni veteris ℔ j. per horam, dein ſeparetur oleum à reſiduo vino.

Galanga confert cholicæ, aniſi & caruj confectio: vel bulliant in vino, & vinum illud bibatur.

Coquātur etiam eadem ſemina cum carnibus.

COROLLARIUM. Si dolor non ceſſet, reiterentur enemata bis vel ter die.

COROLLARIUM. Dolor eſt quietandus vt infra.

¶ Si à materia phlegmatica, groſſa, viſcoſa, inteſtinis adhærente: detur Hiera picra in clyſteribus, vel etiam per ſuperius. euacuat enim materiá viſcoſam inteſtinis adhærentem, & procedat de lenibus ad fortiora.

Auicenna maximè laudat Picram Galeni.

℞. Maluæ, ſiclæ, anethi, furfuris tritici añ M j. Coquantur pro enemate.

℞. cola

℞.colati ℔ j.olei anethini vn.2.Hieræ ſ.drac.6. Miſce pro enemate.Sequēti die poteſt dari Hiera per ſuperius.

℞. Hieræ ſimpl. vn. j. deglutiatur integrè cum melle roſato,vel diſſoluatur aqua ruthæ.

℞.Diaphœniconis in liquido,hiæra ſimpl. an̄ drac.iij ß.adminiſtretur.

COROLLARIVM. Summè commendatur agarici in colica dra.2.cum vn.3.hydromelitis addito ſale gemmæ.

Vel ℞.Hieræ ſ.drac.6.agarici optimè trochiſcati pulueriſatique ℈ 4.ſalis gemmæ ℈ ß. miſce: cum aqua mellis detur patienti.

℞.Hieræ compoſitæ vnc.j.

℞.Diaphœnici dra. 6. procedatur ad fortiora.

℞. Maluæ, biſmaluæ, abſinthij, origani, calamenthi,aſari, centaurij, carthami, anethi, carui an̄ M j.pulpæ colocynth.agarici an̄ vn.j. Coquātur in aqua pro conſumptione medietatis ℞.colaturæ ℔ j.hieræ ℥ j.olei anethini ℥ 3.adminiſtretur.

Corollarivm. Fortiora enemata in die dentur 2.manè vnum, & ante cænam vnum.

COROLLARIVm. Ad minus quatuor horæ ſint inter euacuationem enematis ad alterius adminiſtrationem.

COROLLARIVM. In cauſſa phlegmatica & ventoſa detur bonum vinum pro confortatione naturæ.

Corollarivm. Si vnus clyſter bene ſit operatus & virtus debilis, contentus ſis vno clyſterio.

℞.Electiſſimi turbith,agarici an̄ dra. ß. zingib.

℈ ß. zuccari q. ſ. fiat puluis laxatiuus. accipe in iure gallinæ.

COROLLARIVM. Si medicina non fuerit operata per horas xi. detur enema mediocre vt attrahat.

COROLLARIVM. Et ſi duo laxatiua ſecundum Auicennam non ſint danda: tamen in hoc caſu benè poſſunt dari, vt manè laxatiuum, & ſerò enema.

COROLLARIVM. Benedicta laxatiua eximiè valet in Iliaca & colica, vide Platearium ſuper Antidotarium Nicolai, cap. de benedicta.

Decoctio galli antiqui farcinati cũ ſubſcriptis. ℞. rad. polypodij ℥ 2. ſem. carthami ℥ j. folliculorũ ſenæ ℥ j. ß. turbith boni ʒ 3. aniſi, carui añ ℥ ß. baccarum lauri num. 7. zingiberis, galangæ añ ʒ j. cinamomi electi ʒ 3. macis ʒ ß. ſpecies ponantur vltimo in panniculo, cum ferè gallus ſufficienter eſt coctus.

Si à duritie fecum, dentur brodia pinguia, oleũ amygdal. amar. butyrum non ſalitum.

℞. Maluæ, altheæ, branchæ vrſinæ, rad. ibiſci, ſem. lini, fœnogræci, ſem. altheæ añ M j. Coquantur, decocti huius ℞. ℔ j. caſſiæ ℥ j. olei ſeſamini ℥ 2. detur.

℞. Caſſiæ ʒ x. brodij pullorum ℥ 4. olei amygdal. dul. ℥ j. fiat potus: detur per ſuperius.

Si à vermibus, interficiantur vermes. Si ab humoribus pungitiuis acutis, fiat euacuatio per hieram, & aloë detur.

COROLLARIVM. Si materia eſt ita rebellis, poteſt fieri digeſtio: ita quod manè accipiatur ſyrupus,

nupus,& ſerò enema ſeu laxatiuum.

Pro ſedando dolore fiant balnea ex anetho, fl. camomillæ, vrtica, maiore, ruta, origano, malua; vel fiat epithematio ventris ex panno duplato infuſo in oleo rutæ.

Si iſta non ſufficiant, detur philonium à ℥j. ſtomacho euacuato. Fiant ſuppoſitoria ex caſtoreo, croco, caſſia lignea cum modico opij.

DE DIARRHOEA.

Fluxus ventris nihil aliud eſt quàm vētris quædam perturbatio.

Diarrhæa eſt fluxus humoralis ſimplex, id eſt, fluxus ſine cibo & excoriatione membrorum, & hoc modo diarrhæa eſt genus ad colicam paſſionem, aliquando etiam poteſt fieri cum excoriatione, vt in vlceribus inteſtinorum, & dicitur dyſenteria. Dyſenteria eſt fluxus humoralis cum excoriatione inteſtinorum: cuius cauſſa eſt excoriatiua. Fluxus quidam eſt ſimplex, quidam compoſitus. Simplex fit à ſimplici humore ex quatuor humoribus: compoſitus, vbi plures humores ſimul exeunt, vt cholera cum phlegmate.

Item diarrhæa quædam fit à toto: quædam à vitio particularium membrorum. Propter cauſſas certas fit à toto. Primò propter fortitudinem expulſiuæ in toto expellentis ſuperfluum in quāto vel quali; vt cum aliquis multum & benè comedit, & poſtea natura eſt fortis, & expellit tale. Idem fit in mutilatis; quoniam hepar generat

ſanguinem pro membro. Item ſi aliquis diu non minuit, qui conſuetus eſt minuere. Secundò propter contentiuæ debilitatem, vt aliquando in extremè debilibus contingit. Tertiò propter caliditatem adurentem & eliquentem, vt in febribus adurentibus, vbi calor eſt fortis eliquans. Quartò propter cohibitionẽ receptionis alimenti membrorum, quod membra nõ recipiant nutrimentum, vt propter oppilationes internas vel alias cauſſas.

Item quædam eſt citrina, quædam ſymptomatica; quædam in corpore ſano, quædam in infirmo: quędam cerebralis, vbi materia à cerebro definit ad ſtomachum: quædam ab ore, vt in faucibus, quando dentes creſcunt: quandoque humiditates per venas deſcendunt, vt traulis, quia lingua multum humectatur: quædam eſt ſtomachalis propter malam complexionem ſimplicem vel materialem à frigida cauſa, quia mortificat calorem naturalem, à caliditate, quod colorem naturalem diſſoluat, vt poſt chronicas ægritudines: à ventoſitate, quoniam ventoſitas ſtomachum extendit. Quædam fit ab hepate & meſaraicis, propter eorum oppilationem: tunc enim chylus recurrit ad inteſtina & ſtomachum, & tunc eſt grauitas in latere dextro; & ſi eſt in gibbo, tunc vrina eſt ſubtilis, dolor grauatiuus plus ad exteriora. Si in parte ſima, tunc egeſtio eſt liquidior, & declinat ad quandam rubedinem. Aliquando propter apoſtema, tunc egeſtio eſt violenta. Si ex debilitate hepatis, tunc egeſtio eſt ſicut lotura carnis;

quædã

quædam vt fex ſanguinis: quædam æruginoſa, quæ mala eſt:quædam ſplenetica,quòd ſplen ſanguinem fæculentum non attrahit. Item à renibus, à matrice,

Corollarivm. Nullus fluxus ſiſtendus eſt conſtante virtute, maximè fluxus criticus quem ſigna digeſtionis præceſſerunt, & alleuiatio virtutis ſequitur.

Corollarivm. Ex præmiſſis ſequitur quod nõ quilibet fluxus aduocat curam.

Item fluxus vt fluxus primo quidem ſiſtatur, ſed tamen primo cauſſæ intendendum eſt habito reſpectu ad illas.

Item primo cauſſa aduertenda eſt quæ facit fluxum:hæc etiam primò eſt abſcindenda, niſi in duobus caſib. Primo, vbi diarrhœa pluribus diebus duraſſet,quod veriſimiliter exiſtimetur cauſſa eſſe educta,vel pro maiore eius parte. Secundo, quando diarrhœa ipſa nimis debilitat virtutem & exterminat.In his enim caſibus cura incipit à reſtrictiuis & confortatiuis cum caliditate vel frigiditate ſecundum exigentiam.

Corollarivm. Fluxus vt fluxus eſt,curatur per ſtiptica reſtrictiua, quibus vtimur poſt omnem cauſſæ abſciſionem.

Si à cerebro, propter defluxum catarrhi, ſi à caliditate vel frigiditate: & tunc primò mẽbrum mandans debet confortari, ſicut de catarrho ſupra dictum eſt.

Cura in cerebrali cognoſcitur ex grauitate capitis & ventris:& egeſta ſunt aliqualiter ſpumoſa,

Si à frigida materia, digeratur & euacuetur. Demum detur reſtrictiuum, olibanum, firniſium odorari, bonum eſt.

Fiat puluis ex macere, garyophyllis, olibano, ſandaracha, cortice citri, ligno aloës; ponatur ad capud, & ſiſtit.

Fiat confortatio inteſtinorum cum diacydonio, conſerua roſarum, rob ribes, berberis: illa enim ſtomachum confortant vt non recipiat catarrhum acutum.

Detur aqua chalybeata, vel aqua cum agreſta: fiat etiam confortatio cum diacydonio ſine ſpeciebus.

℞. Conſ. roſarum veteris ℥ ſ. olibani, maſticis an̄ ʒ j. garyoph. macis, nucis muſcatæ an̄ ʒ ß. ſpecierum diagalangæ ℈ 2. cum mina cydoniorum fiat miſtura.

Ad extra; ſtomachus confortetur cum oleo maſticis vel menthæ, in calida verò cum oleo cydoniorum.

Si eſt à vitio ſtomachi, tunc adeſt nauſea, debilitas appetitus, dolor ſtomachi: ſi à frigiditate, tūc cum egeſtione exit aliquid non bene digeſtum. Et ſi cauſa eſt materialis, adeſt grauitas: ſi verò materia eſt calida, adeſt ſitis, oris amaritudo, & appetitus proſtratio. Et ſi eſt cum materia, cognoſcitur ab exeuntibus.

COROLLARIVM. Cholera à principio euacuāda eſt per vomitum. Si verò poſt principium, vel patiens non poſſet vomere, tum euacuetur cum ſolutiuis habētibus annexam ſtipticitatem, vt ſunt

vt ſunt cortices myrobalanorum citrinorum, & rhabarbarum torrefectum.

℞. Rhabarbari aliquantulum torrefacti ℨ ij, cort. myrobalanorum citrinorum ℨ ß. infundantur in aquam lactis caprini per horas 12. facta cõfricatione, expreſſione & colatura diſſolue tamarindorum extractorum ℥ j ſ. dentur ieiuno ſtomacho.

Euacuata cauſſa curetur fluxus. Exhibeatur ergò bolus Armenus cum ſucco agreſtæ, vel ſucco plantaginis, vel ſucco granatorum. Vel puluis detur rerum ſequentium ex vno vel pluribus compoſitus, vt ſanguine draconis, balauſtijs, pſidijs, roſis, ſantalis, ſumach, myrtillis, corall. rub. cornu cerui vſto & loto, acatia, hypocyſti, arillis paſſularum, vel accipiatur vnum vel plura ex his; & cum conſerua roſarum veteri, diacydonio ſine ſpec. rob de ribes, vel berberorum, fiat miſtura.

Detur caſeus antiquus præparatus ſub pondere drach. j.

Caſeus ita præparatur. Accipiatur caſeus antiquus, non putridus, incidatur & ponatur in aquã calidam & lauetur benè, & iterum cum alia decies vel vltra ſem. per cum calida aqua, & circumuoluatur ad lignum, & tene ad ignem vſque dum aſſetur.

Item puluis turturis.

Si à mala complexione calida ſine materia; tũc alteretur tantum ab extra & intra; ſimiliter in frigid. cum oleis & ſacculis.

Si verò à frigida materiali, abſcindatur cauſſa

per vomitum ſi poteſt fieri, vel cum myrobalanis Kebulis.

℞.Cort.myrobal.chebulorum vn.j. turbith albi gummoſi ʒj ß.infundantur in aqua lactis: & exhibeatur. Vel infundatur myrobalani chebuli cum rhabarbaro,vt noſti.

Euacuata materia confortetur ſtomachus, vt fiat reſtrictio fluxus.

Reſtrictiua calida,vt nux muſcata,cyperus,nux cupreſſi.galanga,maſtix,rhus,mentha, macis: & quia plura ſunt reſtrictiua calida quàm frigida, commiſceantur frigida calidis.

Si à renibus,tunc adeſt pruritus vrinæ & dolor circa partes renũ.Cura eſt,cura cõplexionis malę renum & paſſionis eorundem: membrum itaq; mandans emendetur, & confortentur inteſtina.

Si à matrice,tũc plerumq; eſt mẽſtrui reſtrictio.

Si ab apoſtemate,adeſt febris & vehemens dolor.Fiat cura apoſtematis vt ſupra eſt dictum.

Si ab vlcere,tunc ſumpto aliquo acuto, vt eſt acetum vel vinum acidum, patiens illud ſentit & dolet,ſanieſque exit cum vomitu & ſeceſſu. Curetur vlcus mundificando & conſolidando, poſtea procedatur cum ſtipticis.

DE LIENTERIA.

Lienteria eſt fluxus ventris cum quo comeſta & bibita ferè eadem in quantitate & qualitate per inferius exeunt.

Cauſſa lienteriæ eſt omne illud quòd debilitat digeſtionem, & ſtomachi calorem mortificat.

COROLLARIVM. Caſia ſtomachum laxat & prouocat ad teneſmum.

COROLLARIVM. Duo ſunt conſideranda in omni fluxu. Primò Fluxui vt fluxus eſt, conuenit reſtrictio. Secūdò cauſſa fluxus, quæ eſt abſcindēda. Cura eſt reſtrictio, confortatio, & cauſſæ remotio. Primò ergo remoueatur cauſſa, fiat confortatio, & vltimo reſtrictio.

Conueniunt thus, maſtix, nux muſcata, nux cupreſſi, macis: addantur alia reſtictiua & ſtomachū confortantia, vt balauſtia, garyophylli, coral.

Ad extra ſtomachus caleſiat cum oleo ſpicæ & maſticis. Ex calidis, ſtipticis, aliptâ muſcatâ, galliâ muſcatâ, & ladano, fiat emplaſtrum.

Si eſt cum materia ſc. phlegmatica, fiat euacuatio cum ſolutiuo ſtiptico: vt cū myrobalanis. Vel fiat vomitus per decoctionem galangæ, zingiberis & cet. poſtea confortatio fiat & reſtrictio vt ſ.

Si ab apoſtemate, fiat cura apoſtematis vt de ſtomacho eſt dictum: quo curato, fiat reſtrictio & confortatio, ſimiliter dicendum eſt de vlcere, vbi fiat mundificatio & poſtea conſolidatio, & demū confortatio & reſtrictio.

Corollarivm. Cura generalis vlceris eſt exiccatio.

DE DYSENTERIA.

Dyſenteria eſt fluxus ventris cum excoriatione inteſtinorum.

Excoriatio eſt cauſſa dyſenteriæ.

Nota differentias dyſenteriæ quæ ex excoriatione inteſtinorū ſuperiorum & inferiorū oritur.

Cauſſa aliquando eſt medicina incorrecta, vt aloë, ſcammonea: aliquando in cauſſa ſunt quatuor humores.

COROLLARIVM. Dyſenteria hepatica non eſt propriè dyſenteria, quæ fit hepate ſanguine abundante, vt in mutilatis, vel ſanguine cholerico acri ipſum lædente.

COROLLARIVM. Aliquando eſt ruptio apoſtematis, aliquando eſt phlegma ſalſum & groſſum adhærens, & trahendo vlcerat inteſtina.

Nota ſigna, quæ ſunt manifeſta.

COROLLARIVM. In fluxu hepatico ſanguis exit pulchrè: aliquando ſicut lotura carnis, & dicitur fluxus lotiuus; aliquando vt fex ſanguinis: aliquādo vt ſanguis coagulatus.

COROLLARIVM. Sanguis aliquando peccat in quanto, & non in quali, & exit ſine dolore; ſed in regione hepatis eſt grauitas, & exit nocte: ſuccurrendum eſt hepati.

COROLLARIVM. Fluxus ſanguineus in quanto & quali non reſtringatur, quamdiu patiens alleuiationem ſentit, & virtutem non deijcit.

Si virtus debilitetur, fiat phlebotomia diuerſiua, & ligaturæ, & frictiones, ventoſationes, & emplaſtra attractiua apponantur ſupra hepar, etiam frigida ſtiptica; vel fiat epithematio hepatis cum ſuccis vel aquis frigidis ſtipticis, & ventoſæ ponantur ſupra ſplenem.

Ad intus: Plantaginis ſuccus, granatorum cum puluere lapidis hæmatitis, & alijs reſtrictiuis, conſ. roſarum. commiſceantur reſtrictiua.

Si verò eſt à cholera, intentiones tres. 1. remotiò cauſſæ. 2. fluxus reſtrictio. 3. confortatio & alteratio.

Diæta repugnat choleræ.

Aër ſit frigidus & ſiccis in quantum inſpiratur; ſed qui circumdat corpus, vitandus, ne frigus exterius repercutiat humores ad interiora, & faciat influxum.

Ergo omnia ſunt adhibenda, quæ diuertunt ab interioribus ad exteriora.

De ſomno notandum, quod ab initio conuenit parum dormire, quia virtus eſt adhuc fortis. Ergo ſolum dormiendum pro naturæ confortatione. Sed progrediente dyſenteria, tunc dormiendum eſt, quod virtus debilitata confortari debeat. Secundo, quia ſenſus per ſomnum ſopitur, & non fit ſenſatio materiæ fluentis & mordicantis: ergo non egerunt, quia ſenſus habetatur.

Quieſcendum ab animæ & corporis motu; quare melius eſt vt maneat in lecto, & etiam illic egerat, quod melius eſt quàm ſyrupi & omnes medicinæ: quia quum quis vadit ad cacandum, tunc virtus animalis commouet naturalem, vt aliquis cum conatu egerat.

Valeſcus de Taranta. Melius eſt modicum erubeſcẽtiæ habere quàm ſubitò ad patres antiquos ex hoc ſeculo tranſmeare.

Caueat patiens ab omnibus cibis acutis, ſalſis, acetoſis, vnctuoſis, humidis. Valent phaſiani, perdices, auiculæ mundanæ, turtures: in quas dum aſſantur, aliquot grana myrtillorum ponantur, & poſtea abijciantur.

COROLLARIVM. Sal admittitur pro cōdimento cibi, & quod non noceat.

Omnes cibi coquantur in aqua ferrata.

Aqua ferrata fit tripliciter: vel ferrum coquitur in aqua: vel chalybs extinguitur: vel aqua coquitur in vaſe ferreo, ergo omnis cibus fiat in olla ferrea.

Lac chalybeatum eſt optimum, ſi non adeſt febris.

Modus Auenzoar: ℞. Lactis ℔ 8. quod ſpoliatum ſit butyro: extinguatur toties chalybs in lacte, vel ferrum, vel ſilices, quouſque lac ingroſſetur: tunc accipiatur lac chalybeatum, & benè cōmiſceatur vt redeat ad priorem tenuitatem.

COROLLARIVM. Cibi ſint frigidi.

Oryza torrefiat prius & fiat farina, quæ cribelletur: ex hac & lacte chalybeato fiat pulmentum, vel cum iure carnis chalybeato, apud diuites fiat puluerifatio.

Valent lentes decoctæ cum ſucco plantaginis: primò tamen coquantur lentes in aqua ferrata, quæ abiiciatur, & poſtea in ſucco plantaginis vel in aqua ferrata addantur folia x. aut xii. plātaginis.

Panis fiat ex lacte chalybeato, vel duo vitella ouorum concutiātur, & poſtea fiat paſta cū farina.

Fiat contuſum ex auiculis & perdicibus, ex lacte. Potus ex aqua chalibeata, cui permiſceatur ſuccus myrtillorum, ſyrupus de agreſta, granatorum. Aqua chalibeata fit ex aqua fluuiatili fluēte. Ad ℔ j. aquæ, ſumitur ℥ j. ſuccorum aut ſyrupi.

COROLLARIVM. Primò cauſſa abſcindatur per

euacuationem peccantis materiæ.

Numquam incipias à reſtrictiuis, niſi cum virtus eſt debilis, languida, & fluxus dyſentericus diu durauit.

℞. Myrobal. & rhabarbari torrefacti añ ʒ j. fiat infuſio addatur tamarindorum extractorum vn. j.

℞. Rhabarbari torrefacti ʒ j. el. è ſucco roſarũ ʒ ȝ. tamarindorum extract. ℥ ſ. aquæ lactis & endiuiæ añ q. ſ. fiat hauſtus.

In materia phlegmatica ad rhabarbarum addantur myrobalani chebuli: in melancholica myrobalani Indi.

Si hepar generaret multum choleræ (quod cognoſcitur ex ſiti, vrina micta) tunc hepar eſt infrigidandum intus & extra.

℞. Oxyſaccharæ ℥ j. ſucci granatorum ℥ iiij. fit ferè ſimiliter in omnibus per ſtiptica. Aduertendum an excoriatio ſit ſimplex, tunc ſufficit exhibere ſtiptica cum glutinoſis.

Aliquando intentio eſt ad mundificandum, quando non eſt ſimplex. Stante ſimplici excoriatione, Rhab. puluis ad vltimum torrefacti, ſed nõ aduſti, optimè valet ʒ j. vel ℈ 4. Manè vel ſerò ante cibum cum lacte chalibeato vel aqua chalibeata, vel ſucco granatorum malorum, vel ſucco de ribes vel agreſtæ contemperato, cum aqua chalibis vel ſucco plantaginis depurato, detur bis vel ter.

Valet bolus Armena ʒ j. pondere. Vel commiſceatur cum conſerua roſar. veteri, quæ quantò antiquior, tantò melior. Valet coagulum leporis, hædi, à ℈ j. ad ʒ ß detur cum cautela.

Valet caſeus antiquus præparatus.

Valet anthera,ſem.acetoſæ,ſem. lapatij acuti, ſem.naſturtij,balauſtiorum,roſar.ſantali, ſpodiũ, carabe,lapis hæmatites,lapis corniolus,margaritæ, coralli. cornu cerui vſti & loti, pſidiæ, gallæ, nux muſcata torrefacta,nux cupreſſi,cupula glandium,acatia,hypocyſthis, ſanguis draconis, mumia,terra ſigillata,ſtercus caninũ,meſpila,ſorba. Ex his fiat confectio addito zuccaro,vel ſyrupus.

COROLLARIVM. In cauſſa ſimplici decoctio ſaluiæ ſeu ſauinæ maximè valet, ex qua decoctione colata pedes lauentur vſque ad genua.

Item fiat epithematio ſuper ventre ex ſucco agreſtæ.

Item fiat pulmentum ex farina fabarum,orizi, auenæ,& caſei præparati.

Valent grana myrti,ſem.plantaginis, coriandri præparati. Valet aqua foliorum quercus.

Decoctio herbæ fragorum ex vino. Valet hypericon,vel ſemen eius.Fimus columbinus cum aceto poſitus ſupra ventrẽ ſtringit omnẽ fluxum.

Beſenkraut collecta cum flore &gr.fiat decoctio in vino maluatico:valet multum & eſt expertum.

COROLLARIVM.Fiat bona ordinatio diętę.

Amylum,gummi Arab. tragacanthum , farina volatilis ſunt glutinoſa, valent ad reſtrictionem.

℞.Conſ.roſarum veteris ℥ ſ. boli Armeni præparati vn.j.cum rob ribes miſce.

℞.Diacydonij ſ.vn.3.diſſoluatur cum miua cydoniorum q.ſ.conſ.Roſarum vn.4.

℞. Boli armeni, lapis hæmatitis, corall. rub. marg. præparat drach. j. gummi Arab. tragacanthi aſſi ℈ ß. zuccari diſſoluti in aqua plantaginis q. ſ. fiat confectio in rotulis vel morſellis.

Pauper vtatur ſem. lapatij acuti, bolo Armeno, lapide hæmatitis an̄ ʒ 2. ſantal. rub. ℈ 2. fiat puluis.

℞. Succi plantaginis vn. x. boli Armeni drac. j ß. Fiat enema reſtrictiuum.

℞. Cruſtæ panis remolliti in aceto ℔ ß. pul. boli Armeni vn. 2. balauſtiorum, pſidiarum, roſarum an̄ ß. vn. gallarum, nucis cupreſſi, acatiæ, hypocyſthidos, myrtillorum an̄ drach. j ß. farinæ volatilis molendini, amili an̄ vn. j. muſcilaginis gummi Arab. tragacanthi an̄ q. ſ.

Fiat emplaſtrum, apponatur ventri frigido.

℞. Succi plantaginis, burſæ paſtoris an̄ ℥ 4. boli Armeni, ſanguinis draconis an̄ dra. 2. poteſt adminiſtrari per modum enematis.

℞. Pſidiarum, balauſt. myrtillorum, ſem. naſturtij torrefacti, ſem. plantag. roſarum, acatiæ, ſorborum, hypocyſthidis, meſpilorum an̄ drac. 3. Coquantur in aqua chalybeata ſufficienti ad medietatis conſumptionem. Colaturæ ℞. ℔ j. boli Armeni, ſanguinis draconis an̄ dra. j. coaguli hædi, gummi Arabici, dragacāthi an̄ ℈ j. fiat Enema.

℞. menthæ, plantaginis, virgæ paſtoris, burſæ paſtoris, conſolidæ maioris, minoris, ſarraceniæ an̄ M j. rad. tormentillæ vn. 2. Fiat fortis decoctio.

Clyſteria ſint tepida, non calida, ob vlcera.

Nota ius inteſtinale Capiuaccij Valde bonum

in hoc caſu: ℞. Pſidiarum, balauſtiorum, myrtillorum, ſem. plantaginis, roſarum, acatiæ, hypocyſthidos, fabarum, meſpilorum añ ℥ 3. Fiat decoctio in aqua chalybeata ad medietatis conſumptionem. Colaturæ huius ℞. ℔ j. in qua diſſolue boli Armeni, ſanguinis draconis añ ʒ ß. coaguli leporis vel hædi ʒ ß. gummi Arabici, tragacanthi añ ℈ j. fiat enema & adminiſtretur.

℞. Stercoris canini ʒ 2. cum lacte chalybeato optimè valet. Vel fiat pulmentum adiecta farina, vel in ouo, vel in enemate accipiatur.

℞. Succi plantaginis ℥ x. vitellorum ouorum 2. albi Græci drac. 3. diſtemperentur ſimul benè, vel cum ſucco granatorum fiat Enema.

Vnguentum Veneris & Apoſtolorum mundificant, conſolidant, incarnant.

DE DYSENTERIA COMPOSITA.

Si autem excoriatio non eſſet ſimplex, ſed cũ ſanie compoſita: vel eſt laudabilis, vel illaudabilis.

Si laudabilis, fiat primo lotio, poſtea conſolidatio: vel hæc duo ſimul coniungantur.

Aqua hordei, furfuris, lactis, mellis, abſtergent & mundificant.

℞. Aquæ hordei ℥ 3. in cholerico, in phlegmatico mellis, pro enemate mundificatiuo.

Facta mundificatione fiat conſolidatio, & conſolidantia mundificatiuis coniungantur.

Conferunt in dyſenteria nux muſcata, lignum aloës, maſtix, aloë, garyophylli, ſpica nardi, abſinthium. Ad conſolidandum valet manè & ſerò bibere

bere de caſtrato in brodio carnis.

Cinis ſpongiæ in aqua vel ſyrupo appropriato datus reſtringit fortiter.

Si ſanies eſt illaudabilis, fiat mundificatio fortior cũ decoctione myrrhæ, cõſolidæ, mellis, ireos: poſtea dentur cõſolidantia fortia & glutinoſa.

℞. Succi plantaginis, virgæ, paſtoris, conſolidæ maioris, Sarracenicæ, agreſtæ añ ℥ ȝ. depurentur & colentur: in his bulliat puluis ſequentium:

℞. Balauſtiorum, roſarum rubrarum, pſidiarũ, myrtillorum, rad. tormentillæ, boli Armeni añ drach. ȝ. gallarum, acatiarum, hypocyſthidis añ ʒ j ß. ſanguinis draconis, mumiæ añ ℈ 2. Bulliant ad conſumptionem vn. 4. poſt infrigidationem fiat colatura, quæ adminiſtretur cum 2. aut 4. ouorũ vitellis.

Si ſanies eſſet nigra & fœtida, tũc cura vt eſt difficilis, ita magnus timor; quia timẽdum eſt de incancratione in inteſtinis: & tunc cum cauſticis eſt procedendum.

Detur puluis aſphodelorũ in ſucco plãtaginis.

Si à phlegmate ſalſo vel viſcoſo, tunc ad calidiora, vt in prioribus, eſt deueniendum. Si dolor nimius adeſt, ſedetur diſſoluendo in enematibus ſæuum caprinum de renibus ipſarum & vitellos ouorum.

In forti dolore ex cholera acuta, detur ſubſequens enema:

℞. Maccilaginis ſem. pſillij, olei violarum añ ℥ j. miſce benè ſimul, adde de ſęuo renũ caprarũ ℥ j.

Aliquando neceſſarium eſt vti Opiatis, & ſunt

vltimi iuuamenti. Detur ʒ j. Philonij perſici per ſuperius vel inferius pro ſedatione doloris intéſi.

Pillulę ad dyſenteriam poſt euacuationes ſufficientes ſerò & ante ſomnum.

℞. Caſtorei, myrrhæ añ drac. j. ſs. opij, aniſi ʒ j. ſem. iuſquiami albi dra. ſs. ſem. apij drac. 8. miſce. fiant pillulæ cum ſyrupo myrtino. Detur vna vel duæ pro vice. D. Haym.

DE TENESMO.

Teneſmus eſt paſſio fortis inteſtini recti, cum intenſa egerendi delectatione ac voluntate, ſine conſecutione effectus egeſtionis.

COROLLARIVM. Teneſmus in muliere impręgnata facit abortū: ergo mulieres imprægnatę nō accipiant ſuppoſitoria. Nota cauſſas & ſigna.

Caſſia à proprietate inducit teneſmum.

Si à frigiditate ſine materia, detur enema cōmune pro eductione ſuperfluitatum communiū: poſtea detur enema calefactiuum.

℞. Florum camomillę, anethi, calamenthi maioris, hypericonis añ M j. decoquantur in ℔ 2. aquæ, ad conſumptionem medietatis. ℞. Colat. ℥ 3. olei anethini vn. j. adminiſtretur.

Ab extra. Super orificium ani, pannus calefactus teneatur: fiat ſæpius reiteratio.

Fiant inunctiones cum oleó rutæ, çamomillę, thapſi barbati: item ſacellationes.

Valet, ſi quis ſedeat ſuper milium calefactum.

Fiat ęncathiſma ex herbis calidis, vel fomētatio.

Ad in-

Ad intus: Zingiber conditũ, acorus conditus. Regimen ordinetur ad caliditatem.

Si à cholera ſit, cognoſcetur ex vehementi punctione, & illud quod exit, erit cholericum.

Si cholera peccat in toto corpore, fiat euacuatio vniuerſalis cholericæ materiæ præmiſſo digeſtiuo, & tandem fiat euacuatio particularis cum enemate.

Fiat infuſio cum rhabarbaro & myrobal.

℞. Seri caprini, vel aquæ hordei ℥ 4. electuarij è ſucco roſarum vn. ß. vel dra. 6.

℞. Florum violarum, roſarum, nenupharis, cichorij añ M. ſ. ſem. endiuiæ, cichorij, ſcatiolæ añ vn. ß. Decoquantur in aqua ſufficienti. ℞. Colaturæ vn. 4. electuarij è ſucco roſarum dra. 5. detur tepidè.

Fiat alteratio cum oleo roſarum & viol.

Si à phlegmate ſalſo, euacuetur phlegma cum pillulis de rhabarbaro, de fumo terræ. Fiat infuſio rhabarbari, optimè valet.

Valet electuarium de ſucco roſarũ, diaphœnicon in liquido añ ʒ 2. ß. aquę lactis q. ſ. fiat hauſtus: vel per inferiora per enema.

COROLLARIVM. In omni ſpecie Teneſmi primo detur enema euacuãs ſuperfluitates communes.

Corollarivm. Si humor non peccat in toto corpore, tunc ſufficit per inferiora ſupradicta adminiſtrare: ita quod fiat euacuatio humoris exiſtentis in inteſtino.

COROLLARIvm. Si humor fecerit excoria-

tionē, fiat conſolidatio, vt in dyſenteria eſt dictū.

Si à phlegmate viſcoſo groſſo, & ſi corpus eſt cacochymum, fiat euacuatio phlegmatis per ſuperius & inferius.

Euacuato phlegmate, ſi adeſt excoriatio, fiat conſolidatio.

Si à fecibus duris, fiat mollificatio ventris.

℞. Maluæ, biſmaluæ, parietariæ añ M j ß. rad. althęæ ℥ ß. ſem. feniculi, lini añ ʒ 3. Coquantur in aqua ſufficiēti pro enemate, colaturæ ℞. ℔ j Diapruni ſimpl. ℥ j. olei violarum ℥ 2. fiat Enema.

Si à ventoſitate, fiat enema carminatiuum.

Fiat clyſter ex oleo rutæ & anethi añ ℥ 3. miſce pro Enemate.

Ex puluere carui, cumini, ſeſeleos, ameos, ſem. rutæ, agni caſti añ ʒ j. cum melle fiāt ſuppoſitoria.

Fiat balneum ex carminantibus.

Si à vermibus, imponatur lardum, vel lac immittatur; tunc ſequuntur vermes: vel interficiantur, & poſtea educantur.

Si ab apoſtemate in ano vel ſphinctere, fiat repercuſſio & reſolutio: vel ſi maturatur, tunc fiat maturatio & apertio: & tunc eſt cura vlceris. Fiat mundificatio & conſolidatio.

DE VERMIBVS.

Vermes generantur ex phlegmate putrefacto, vel cibo corrupto ad inteſtina deſcendente.

COROLLARIVM. Ex cholera non generantur vermes, & rarò ex melancholia. Sanguis autem non eſt in inteſtinis.

COR-

COROLLARIVM. Omne quod facilè corrumpitur, eſt generatiuum vermium.

COROLLARIVM. Quando caro vel cibus incipit fœtere, non eſt bonus, ſed fugiendus: eſt enim fœtor ſignum putrefactionis.

COROLLARIVM. Omne quod facit in cibis corruptionem, eſt cauſſa vermium,

Tria genera vermium ſunt. Longi lumbrici, qui ſecundum Rhazem generantur in inteſtinis grādioribus: quia materia magis eſt ibi cōtinuata.

2. Parui in vltimo inteſtino generantur, vt in caſeo apparet, q; ibi materia putrefacta eſt modica.

3. Generantur in mediis inteſtinis, & dicuntur cucurbitini vel aſcarides, & ſunt curti, ſed lati: vt ſemen cucurbitæ, & aliquando concatenantur in longum, & deinde iacentes in pellicula tenui.

RHAZES in vndecimo. Ex generatione vermium praua accidentia generantur: vt dolor ſtomachi, defectus appetitus cibi, obliuio, erroneus intellectus, inſomnietas, ſtridor dentium in ſomno, febris, epilepſia, vomitus, fluxus ventris.

Corollarivm. In ſtomacho non generantur vermes, licet aliquando ab inteſtinis ad ſtomachum & os aſcendant.

Si in ſtomacho, cibus eſt dulcis.

Cura. Per triduum nutriatur patiens lacte, & poſtea dentur interficientia vermes amara.

Detur hiera quæ euacuat humores phlegmaticos corruptos, putrefactos, & interficit vermes: detur ʒ j. vel ʒ j ß. in forti.

Corollarivm. Medicinæ liquidę melius valēt,

Si dantur Medicinæ interficientes, tunc expedit quod dentur in dulcibus; vel dulcia præmittantur, & interficientia ſequantur.

Corollarium. Si dantur clyſteria, tunc nullũ oleum eſt imponendũ; eò ꝙ vermes fugiant oleũ.

Detur clyſter ex lacte, & per ſuperius ſtatim medicina euacuatiua interficiens.

℞. Lactis ℥ 12. mellis ℥ 3. in adultis: in pueris min⁹.

Corollarium. Pillulę trinitatis maximè valẽt: myrrha, aloë, abſinthiũ, lupini, folia perſicorum, ſuccus & radix ſcrophularie, cubebæ, alliũ, cicera nigra in aceto infuſa & ieiuno ſtomacho comeſta.

Radix & ſuccus enulæ: radix milij ſolis collecta intra feſtũ aſſumptionis & natiuitatis Mariæ, appenſa occidit vermes, colocynthis, agaricus, &c.

Balauſtia & pſidiæ valent in Emplaſtris.

℞. Balauſtiorũ, pſidiarum, abſinthij, lupinorũ, baccarum lauri, abrotani añ ʒ j. cum ſucco radicis mori celſi vel rubi, & ſucco foliorum perſicorum atq; felle taurino añ p. æquales. fiat Emplaſtrum.

℞. Pul. abſinthij, aloës, myrrhæ, lupinorum, cubebarum, colocynth. añ ʒ j. cum felle taurino & oleo nucleorum perſicorum fiat incorporatio, & Emplaſtrum ponatur ad vmbilicum.

Puluis aloës, abſinthij, myrrhæ, incorporatus cum felle taurino, cum teſta nucis apponatur ſuper vmbilicum in pueris.

Vermibus eductis valent pillulæ trinitatis.

DE DIFFICVLTATE MEIENDI SIVE VRINANDI.

Notentur cauſſę, & ſigna.

Si à pa-

Si à paralyſi lacertorum veſicæ, vel frigiditate: patiens ponatur in balneum, in quo ſunt Diuretica calida:vt ſunt calamentum, menthã, petroſelinum, apium, &c.

Fiat inunctio poſt balneum circa femora ante & retrò cum oleo rutæ, liliorum, coſti.

Si eſt tanta neceſſitas, cum oleo euphorbij, & alijs vnguentis calidis, marciato, arogon.

Cauſſa remota, dentur diuretica intus & extra.

Corollarivm. Non ſtatim eſt procedendum ad diuretica, ſed prius cauſſa eſt remouenda.

Si ex oppilatione: tunc ex ſanguine coagulato, arena, lapide, ſanie, groſſis humoribus, vel apoſtemate.

Si ex humoribus groſſis:

℞. Diaphœnici ʒ 6. aquæ betonicæ quantum ſufficit. fiat hauſtus.

Poſtea dentur deoppilatiua: Syrupus diureticus maior, minor, ſyrupus acetoſus diureticus, oxymel diureticum.

℞. Syrupi acetoſi diuretici ℥ j. de abſinthio ℥ ß. aquę petroſelini, apij, feniculi añ q. ſ. fiat hauſt⁹.

Serò bibat de aquis aperitiuis petroſelini, aſparagi, apij, feniculi, bruſci, ſaxifragæ, detur ſpecies aperitiuæ, vt diacurcumæ.

℞. Rad. apij, feniculi, petroſel. añ ℥ j. cicerum rub. M 2. liquiritiæ raſæ ſem. petroſel. feniculi, apij, aniſi añ ʒ 3. Fiat decoctio & ſyrupus.

Si herbæ adſunt, fiat ex herbis.

Si febris adeſt, addantur frigida, vt endiuia, taraxacon, cichorium.

Si à lapide, q̃re de cura lapidis caput proprium.

Si ex ſanguine coagulato, iuuat ſyrupus acetoſus bibitus, coagulum hædi diſſolutũ & per virgã iniectũ, oxymel comp. ſcillit. ad intra: myrrha diſſoluta cum ſyrupo acetoſo inijciatur per virgam.

Si à ſanie, dentur quæ ſubtiliant ſaniem, fiant ſupra dicta de ſanguine coagulato. Factis his vniuerſalibus, & datis diureticis, dentur vrinæ prouocatiua.

℞. Galbanum, fiat emplaſtrũ, ſuper virgæ foramẽ ponatur. Valet aqua deſtillata herbę cruciatę.

℞. Sem̃. ceraſorum gr. 32. nucleorum perſicorum num. vel gr. 30. cheruæ num. 5. conterantur ſubtiliſſimè omnia: diſtemperentur cum vini optimi albi ſubtilis ℥ 4. & exprimantur per pannũ colando: detur ſtomacho ieiuno.

Eſt autem cherua cataputia, quæ eſt duplex: vna maior, cuius ſunt folia, vt folia ficus, dicitur alio nomine pentadactylus, vulgariter **wunderbaum**; alia eſt minor, cuius folia ſunt ſicut folia oliuæ, & habent copioſum lac.

Cherua de qua diximus, eſt maior cataputia.

Myrrha optimè contrita cum oleo camomillæ poſita ſuper ventrem circa vmbilicum.

Adeps columborum, pullorum, teſte Rhaze, de quo detur cum vino calido ieiuno ſtomacho.

Puluis mandibularum luciorum ſalitorum detur cum vino aromatico.

Aquæ petroſelini, fragarum. Fiant balnea vel Encathiſmata, ex decoctione camomillę, artemiſiæ, quæ

ſiæ,quæ eſt potentis effectus in prouocatione v-rinæ,anethi,meliloti,maluæ.

Si ex veſica nimis plena,tunc ſuauiter cum manibus comprimatur,& panni calidi adhibeantur ad ſumen.

DE LAPIDE RENVM ET VESICAE.

Cauſſa materialis lapidis eſt phlegma.

Lapis generatur per modum iuxtapoſitionis; quia primo eſt arena,& poſtea phlegma inuoluit arenam;& ſic conſequenter ægritudo lapidis habet tunicas.

Lapides veſicæ ſunt molliores & albiores quã renũ;quare maior eſt caliditas renũ quàm veſicæ.

Aliquando lapis veſicæ apparet albus propter longam moram in veſica,ſed ſolum in ſuperficie.

Nota cauſſas materiales & efficientes.

Cauſſæ efficientes,omne illud quod facit augmentum caloris renum,balnea naturalia,decubitus in dorſo,calefactio ad fornacem.

Corollarivm.Cicera faciunt in generationẽ lapidis,quia oppilant, ſed brodia bene valent.

Item omnis cibus phlegmatis generatiuus, carnes bouinæ,porcellinæ,inteſtina.

COROLLARIVM.Podagricus caueat à carne porcellorum.

COROLLARIVM. Muſta & cereuiſia,oua dura,iuuant ad lapidem.

Rhazes x.continentis. Si aliquis deſuper calefacto hepate exit ad thermas, poſt exitum inũgat regionem hepatis cum oleo roſarum. Si calculoſus exit ad thermas,poſt exitum inungat regionẽ

renum cum vnguēti populini ℥ j.& ℥ ß. dialthęæ: vel olei roſa.℥ j.camomillæ ℥ ß.

Corollarivm. Thermæ de præſenti iuuant, ſed proceſſu temporis faciunt augmentum caloris renum; ergo & lapidis.

Cura. Diæta fit contraria cauſſæ materiali & efficienti.

Corollarivm. Lapis in veſica indiget fortiori Medicina quàm renalis, quia longior via.

Signa lapidis veſicæ, frequens erectio virgæ & ſtranguria: vrina lactea, & tactus dolor circa perinæum & ſumen.

Signa lapidis renalis, dolor circa lumbos, ardor vrinæ ſiue retentio.

COROLLARIVM. Lenitas ventris cum dolore circa lumbos arguit lapidem: quod ſi adeſſet conſtipatio, poſſet aliquis dubitare de colica.

Lapis renalis eſt rubeus, ſed veſicæ albus.

Cura lapidis renalis. A principio in lapide renum detur enema mollificatiuum pro eductione ſuperfluitatum.

Quantitas enematum in dolore lapidis debet eſſe minor ſolito, quia repletio inteſtinorum facit dolorem. Capiatur decoctionis ℔ ſ. olei violarum ℥ ȝ. caſſiæ ʒ x.

Corollarivm. Fortiora ſolutiua euitentur in calculo: detur ergo caſſia per ſuperius & inferius, Diapruni ſ. Diaſebeſten.

℞. Caſſi fiſtulæ ʒ x. el. de ſucco roſarum ʒ j ß. aquæ petroſelini, parietariæ q. ſ. fiat hauſtus. Vna die manè & ſerò accipiat enema, altera caſſiam.

COR-

COROLLARIVM. Si adeſt magnus dolor, tunc poſt primum enema fiat inunctio cum dialthęa, vel encathiſma ex emolliẽtibus: vt ſunt malua, althæa, flores camomillæ, anethum, parietaria, artemiſia, &c.

℞. Caſſiæ fiſtul. ℥ x. El. Indi ℥ j. aquæ ſupra notatæ q. ſ. fiat hauſtus.

Corollarivm. Educta materia dentur diuretica, aliàs non niſi dolore quietato.

Corollarivm. Aptior hora ad diuretica ſumenda nulla eſt, niſi ſecũda aut tertia poſt mediã noctem. Galanga confert in doloribus renum.

Mundificata materia dentur diuretica frangentia lapidem, & in balneo.

Radix verbenæ contuſa ex mulſa data tepidè, optima eſt, & incredibiliter calculoſis ſuccurrit: & non ſolum calculoſis conducit, ſed quicquid eſt quod vrinam impedit, celeriter educit. Semen plantaginis cum vino ſumptum efficaciſſimè & citiſſimè renum reſiſtit doloribus & calculo.

Mentha aquatica ſiue mẽtha maior, vulgariter Bachmüntz dicta, exiccetur in olla noua, & pulueriſetur, detur calculo laboranti: bonum & ſingulare eſt remedium arenamque educit. Valet ſemen vrticæ maioris, & ſimiliter aqua deſtillationis eius, contra arenam.

Item radix pimpinellæ; condiatur vt zingiber ſumantur ieiuno ſtomacho radices 6. aut 8. pro vice, præſeruant à lapide.

Frangit lapidem efficaciſſimè ʒ j. vel ʒ j. ß. ſanguinis hirci præparati: præparetur vt ſupra.

℞.Succi ſaxifragiæ ℔ j.ſucci milij ſolis,ſucci petroſel.an̄ ℔ j.aceti vini clari albi fortis ℥ 9. miſce ſimul,pone in alembicum & deſtilletur.Deſtillata aqua vtatur calculoſus manè, meridie, ſerò, quia frangit lapidem.

♃.Hircum quatuor annorum, qui ſuſtineat famē per integrum diem vel per biduum: poſtea da ei comedere parietariam, & alias herbas diureticas,radices,ſemina;his nutriatur per quatuor aut quinque dies:poſtea interfice ipſum, colligatur ſanguis illius,& deſtilletur in alembico: aquæ deſtillatæ adde ſaxifragam, pimpinellam, ſcolopendrium, milium Solis, filipendulam, parietariam.Iſta ſimul commiſta ponantur in alembicū, iterum deſtilletur,& de hac aqua bibat laborans calculo.

Item ℞. Vini maluatici iuſtam quantitatem, dein raphanum maiorem conciſum in rotulas, pone in cantharum:coquantur radices conciſę in vaſe duplici interpoſito ſtramine inter fundum & fundum:coquito ad conſumptionem Maluaſiæ,tunc imple cantharum iterum & coquito benè.De colatura detur quantitas ℥ 2.vel ℥ 3. patienti calculum;ingrediatur ſtatim balneum aquæ dulcis,&illic remoretur ad tēpus:cum minxerit, videbis vtilitatem.

♃.Baccarum lauri ℔ ſ.cymini præparati q. j. rutæ viridis M.3.parietariæ M. 2.Mellis q. ſ. fiat emplaſtrum,quod extenſum ſuper renes imponatur hora doloris.

Electuarium magnæ vtilitatis virtutisq́;, per ſe

curans

curans calculoſos arenulas mingentes, & poteſt ſumi de tertio in tertium. Aut in ſeptimana ſimul in ſero caprino, vel vino albo, vel decoctione cicerum rubrorum, aut aqua raphani.

℞. Lithontribi, elect. Ducis añ ℥ 2. Cathartici imperialis, triferæ Sarracenicæ, Dianthos cum muſco, Pliris cum muſco añ ℥ j. Diapruni ℥ 2. miſceantur omnia ſimul benè cum piſtillo. Doſis quantitas eſt oui vel plus.

Puluis Diureticus optimè purgans renes & arenam: ℞. Sem. petroſelini, feniculi, apij, leuiſtici, carui, aniſi, milij Solis, anethi, oculorum cancri, mandibus luciorum, pentaphyll. polypodij, ſerpentariæ, ſaxifragię añ ʒ j. Zingiberis albi, folliculorum ſennæ añ ℥ j. Zuccari q. totius vel duplum: fiat ſubtiliſſimus puluis. Doſis ʒ 2. ſi tantum Zuccari q. totius: ſi verò duplum, ʒ 3. dantur.

DE APOSTEMATE RENVM.

Apoſtema renum fit quando materia aliquà fluit per venas ad renes.

Apoſtema facilius generatur in renibus, quàm in veſica.

Signum: Quando apoſtema eſt in veſica, tunc adeſt grauitas, prohibitio & ardor vrinæ: nec ſunt ſigna lapidis. Pulſus eſt durus; quia in membro neruoſo: & huiuſmodi apoſtemata vt communiter ventuntur in ſaniationem, quandoque in durationem.

Nota ſigna apoſtematis renum, & cauſſas.

Cura. In principio calculi & apoſtematis re-

num nihil melius quàm enema lenitiuum.

℞. Maluæ, biſmaluæ, anethi, violarum, mercurialis añ M.j. ſem. fænograeci, lini, rad. & ſem. althææ añ M.ſ. prunorum num. 12. fiat decoctio. Colaturæ ℞. ℥ 9. ol. viol. anethi añ ℥ 2. caſſ. ℥ 14.

Si nihil eſt quod prohibeat, tunc fiat phlebotomia: conuenit tàm in apoſtematibus renum quã veſicæ. Aliqui dicunt quod debeat fieri phlebotomia in vena pedum, quæ eſt inter pedicam & proximam ſequentem. Alij dicunt de ſaphena, aut de vena ſub genu: aliqui dicũt de baſilica illius lateris vbi ſentitur dolor & illa diuerſitas conſurgit ſecundum quod inſtituta fuerit diuerſio, ſecundum diuerſas conſiderationes: poſſet primò fieri generalis in remotiori loco: & poſtea de ſaphena tanquam à loco propriore, & quæ de loco apoſtematis euacuant. Si non poteſt fieri phlebotomia, ponantur ventoſæ ſuper genu, & retrò ſuper anchas: hæ poſſunt etiam pueris duorum aut trium annorum apponi.

Poſtea fiat mundificatio ſanguinis, & detur lene ſolutiuum, vt infuſio Rhabarbari.

Bibatur aqua hordei cum oxyſacchara; dentur quæ aperiunt vias: detur decoctum raphani cum aqua hordei.

Ab extra vngatur cum oleo anethi, roſarum, camomillæ. Cibi dentur refrigerantes, carnes cũ hordeo coctæ, auenatum, hordeatum, &c.

Si apoſtema tendit ad ſaniationem, tunc adiuuanda eſt ſaniatio per ea quæ maturant: apponatur emplaſtrum de maluauiſco ad 3. vel 4. dies: & poſtea

poſtea ſe commoueat patiẽs ſaltando vſque dum apoſtema rumpatur. Id autem ſcitur ex rigore, eo quod renes percipiant extraneum quiddam & diſconueniens: tunc inſtituatur cura vlceris, dentur mundificatiua per ſuperiora, aqua mellis vel hordei bibatur per tres dies.

Rhazes. Nihil eſt melius in vlceribus renum, veſicæ, & viarum vrinalium aqua lactis, quę mundificat, lauat, & abſtergit bilioſam materiam deriuando ad inteſtina.

COROLLARIVM. Poſt mundificationem detur manè reſolutiuum, ſuper quod ieiunãdum ad quatuor horas. Poſtremò quæ mundificant, & conſolidant ſimul, vt ſunt trochiſci Alkakengi.

℞. Trochiſcorum Alkakengi ʒ j vel ʒ j ß. puluериſentur ſubtiliſſime & exhibeantur in aurora cum aqua lactis vel mellis:

Qui habent vias vrinales exulceratas, ſemper mingunt; ergo debent in promptu habere vaſculum in quod ſemper mingant.

Bibatur lac ouinum cum bolo Armeno.

DE ARDORE VRINÆ.

Adeſt dolor & ardor, quem quis ſentit dum mingit (dicitur vulgariter **harnwint**) in capite virgæ vel in ipſa virga exiſtens.

Ardor vrinæ aut fit propter nocumentum renum & meatuum vrinalium, aut propter veſicam vel collum eius.

SIGNA. Quando ardor eſt propter renes, in

in canna veſicæ eſt quædam humiditas, quæſi exiccatur, fit ardor. 291

Item ſi lapis eſt in veſica, tũ aliquando nõ poſſunt bene mingere; tunc ponat ſe in dorſum & leuet pedes, percutiat plantas pedum.

Signum. Quando lapis eſt in veſica, tunc virga ſemper ſtat, & aliquis ſemper palpitat virgam ſicut pueri.

Dentur tres frangentes lapidem. Item ſanguis leporum poteſt deſtillari. Item puluis pilorum leporis combuſti.

Lepuſculi euiſcerentur & impleantur ſanguine matris, & fiat omnium puluis.

Quando eſt vlcus in veſicæ collo, tunc ſemper exit ſanies etiam ſine vrina, & antecedit vrinam ſemper. Si in veſica, tunc ſcabies exit petaloides miſta cum ſanie. quare plus ſentitur in capite virgæ dolor quàm alibi? Quia ibi eſt maior ſenſibilitas, quod etiam in coitu apparet, quando ibi maior eſt delectatio. Ergo maior dolor.

Cura eſt per iniectionem. Prohibeatur ab omni diuretico, & ab omni eo quod citat vrinam. Bibat aquam zuccari, mellis, decoctionis radicis ireos, vel aquam lactis cum melle.

Exeuntibus iſtis intromittatur conſolidatiuũ, vt troch, Alkakengi.

Si eſt in collo, tunc inijciatur per ſyringam.

In vlcere veſicæ & collo eius propter quod ardor vrinæ cauſſatur, ſyringiſetur infirmus.

℞. thuris, maſticis, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, boli Armeni, dragacanthi, gummi arabici,

ceruſſæ,acatiæ,hypociſthidis añ ℥ j. fiat puluis vt alchool, de quo ℞.℈ j.& tempera & immitte cum lacte. Si dolor nimis fortis,addatur ℈ ß.opij.

Elect.in vlcere veſicæ, quod ponit Barrholomæus (credo Montagnana) expertum & efficax. ℞.rad.caudæ equinæ,rad.Bedegar,capill.veneris, plantaginis & ſem.eius añ M j.ſem.communium maior.frigid.excort.ſem.portulacæ,endiuiæ, papaueris albi añ ℥ ß Granorum alkakengi gr.6.ſem. feniculi,petroſelini añ ʒ 6. corallorum amborũ, ſantal.rub.& citrini,ſanguinis draconis, boli Armeni,terræ ſigillatæ thuris,maſticis añ ʒ ß. fiat Electuarium cum zuccaro, de quo detur manè & ante cœnam ad quantitatem caſtaneæ magnæ.

Miſtura ſequens valet in vlceribus virtutiſq; confortatione & ardore vrinæ:℞.Diatragacanthi frigidi,conſ.roſar.recentis,roſatæ nouellæ, diarrhodon Abb.papaueris albi añ ℥ j.Dianiſi ℥ ß.ſucci liquiritiæ ℈ j.pinearum mundatarum ʒ 6.penidiorum diſſolutorum cum ſyrupo de liquiritia q. ſ.fiat miſtura.

Electuarium mirabile in ardore vrinæ: ℞.Sem. melonum excort.papaueris albi, granorum pini mundatorum & recentium añ ℥ 3. Zuccari diſſoluti in iulapio violaceo q.ſ.fiat Electuarium. Doſis eſt ab ℥ ß.vſque ad ʒ 5.Dentur ſerò ante cœnam & circa ingreſſum lecti.Item ſem.melonum pul. vt alchool in difficultate vrinæ optimè valent.

Prima intentio eſt lenitio ventris cum benedictis & lenioribus,vt caſſia,manna cum ſero caprino,vel decoctione ſcbeſten & prunorum, ſi placet,

placet,cũ admiſtione ſyrupi vel iulep. violarum.

COROLLARIVM. Diuretica non addantur, ne humóres diuertantur ad vias vrinæ.

DE DIABETE.

Dicitur Diabetes quaſi vrinæ diarrhœa.

Diabetes eſt multitudo vrinę cum calore renũ & fortitudine expulſiuæ.

Diabetes eſt paſſio renum ita fortis quòd etiã attrahat enemata per meſaraicas mediãte hepate.

Corollarivm. Ex Diabete vehementi & diuturno aliquis incurrit in hecticam; ergo cito eſt ſuccurrendum.

Corollarivm. Sunt qui dicant diabetem non fieri niſi a caliditate.

A caliditate, fit attractiua renum fortis,& retentiua debilis, propter copiam vrinæ attractæ aggrauantis & debilitantis virtutem retentiuam.

Signa ſunt manifeſta.

Medicus in hoc affectu curando debet habere duas intentiones: Vnam ad morbum: alteram ad accidens, hoc eſt conſumptionem corporis.

Cura. Diæta ordinetur ad humiditatem & frigiditatem.

Cibi condiantur cum ſucco granatorum & agreſtæ. Fructus conueniunt cucurbita, melones, perſica, item portulaca, endiuia, ſcariola.

Iulepus violaceus, roſarum, nenupharinus, aqua fontis, ſuccus granatorum cum aqua fontis iulepiſatus.

Si à calida materiali, Videndum vbi bilis gignatur. Si in hepate, tunc eſt refrigerandum. Fiat euacuatio cholericæ materiæ cum infuſione rhabarbari; fomẽtentur renes cum frigidis, aut cum vnguentis refrigerantibus illinantur, vt infra.

Si adſit nimia copia ſanguinis, fiat phlebotomia, vel euacuatio cum leuioribus.

COROLLARIVM. Fortitudo attractiua eſt deſtruenda, calida remouendo. Vtatur patiens ſyrupo violarum, roſarum, nenupharis, papaueris cum aqua enduiæ, ſcariolæ, ſolatri.

Valet ſuccus cucurbitæ, citrulli, **erdtöpffel** Germanis.

Ab extra apponatur ſuccus ſolatri, ol. nenupharis, cum albuminibus ouorum & aceto, commiſceantur fortiter conquaſſando, & cum triplato panno in hoc liquore madefacto admoueatur.

Capiatur raſura cucurbitæ, ponatur ſuper renes ad ſpiſſitudinem duorum digitorum.

Vel lamina ferrea plumbi perforata illita cum frigidis.

Patiens ponatur in aquam frigidam fontis, ſed videndum ne nimiopere refrigerando noceat ſtomacho.

Fiat inunctio cum oleo populeonis.

COROLLARIVM. Quando localia incipiũt calefieri, tunc remoueantur, & aliud apponatur.

Vt effugiamus conſumptionem corporis, totum corpus inungatur cum oleo violarum.

In Diabete, fiat primum mundificatio, & poſtea inunctio frigida, & detur ſyrupus frigidus,

ſiatque euacuatio cum Rhab.& poſtea inunctio.

Corollarivm. Oportet quod ſtiptica apponantur,& pori claudantur,ne fiat tanta attractio aquoſitatis:ſed ſi eſt cōſumptio,tunc ſtiptica ſunt moderanda.

℞. Thuris,granorum myrti,maſticis, alkakengi añ ʒ j.balauſtiorũ, ſanguinis draconis, terræ ſigillatę añ ʒ ʒ.ſumatur 3.vel 4.diebus cum ℥ 3.aquę endiuię,niſi fuerit quod prohibeat,vt nimia ventris reſtrictio,& conſumptio corporis.

♃. Glandes: infunde in aceto per 3. dies: dein ſicca: poſtea recipe ipſius partem j. thuris partem ſemis,myrrhæ partem j. Fiant trochiſci. Doſis eſt aureus vnus.

Dentur de lacte caprino omni die ℥ 3.cum ℥ ß. zuccari,ſi nõn adeſt febris;& alia non negligãtur.

COROLLARIvm. Omni die dentur 4. vel 5. octauæ aquæ, & eſt cura coacta; quia alias attractio illa fortis attraheret totam humiditatem ſubſtantificam.

DE ILLIS QVI LECTOS PERMINGVNT.

Dicitur hic affectus à barbaris Diamne, & eſt inuoluntaria vrinæ emiſſio ſine dolore: accidit propter complexionem, ſeu potius dyſcraſiam caliditatis & humiditatis, & etiam à mollificatione colli veſicæ,lacertorũ, à nimio potu aquæ, & à complexione humida & frigida.

Notentur ſigna.

Si à calida & humida intemperie, fiat cura per

frigida & humida: fiat cura per frigida ſtiptica.

Si eſt abundantia ſanguinis, fiat phlebotomia de baſilica. Si ab alijs humoribus corpus repletū fuerit, fiat euacuatio cum pillulis fœtidis.

Ab extra: frigida ſtiptica apponantur ad ſumen, & retrò ad renes oleum myrtillorum valet.

℞. Santali rubri, roſarum rubrarum, myrtillorum, balauſtiorum, boli Armeni, terræ ſigillatæ, cum oleo myrtillorum & cera, fiat vnguentum vel emplaſtrum, vel incorporentur cum aliquo ſucco frigido.

Ad intra: ℞. Mala granata, piſtentur, & ſuccus exprimatur & accipiatur.

Cibi omnes condiendi cum agreſta, ſucco cydoniorum, miua eorum, aqua decoctionis berberorum.

℞. Aquæ fontis ℔ 2. ſucci cydoniorum vn. 2.

COROLLARIVM. Coriandrum maximè valet in omni diſpoſitione tali, ſed prius parum aſſetur.

℞. Coriandri torrefacti, maſticis, boli Armeni, roſarum rubrarum, ſanguinis draconis, glandium torrefactum ʒ 2. fiat puluis cum Zuccaro.

COROLLARIVM. Fiant & inunctiones & emplaſtrationes circa ſumen & retro.

Si à frigiditate & humiditate, ſi cum materia, fiat euacuatio cum Elect. Indi, pillulis fœtidis.

Fiat cura contraria priori cū calidis ſtipticis.

Valent plus aſſata quam alia, vinum detur. Ab extra: Oleum maſticis, coſti, euphorbij, vnguentum Agrippæ. Patiens ponatur in balneum ex rebus calidi. ſtipticis. Valent thermæ,

Fiat ba

Fiat balneum ex alumine, ſale, ſulphure, glandibus, nuce cupreſſi & alijs id genus. A balneo fiat inunctio.

Ad intra valet theriaca & mithridatum.

℞. Aſſæ fœtidæ ℈ 2. croci ℈ j. incorporentur cum modico vino Fiant pil. 9. dentur manè.

Aſſa, myrrha, & caſtoreum. Emplaſtra maximè conueniunt.

Si ex mollificatione lacertorum, eſt cura prior, fiat inunctio cum caſtoreo.

Si ex nimio potu vel comeſtione diureticorũ, cura eſt dimittere & abſtinere ab illis.

Galangæ ʒ j. cum aqua frigida ſumpta ieiuno ſtomacho valet mingentibus in lectum.

Mandibulæ lucij non ſaliti ʒ j Item ſtomachi gallinacearum pellicularum ʒ j.

Item, Stercus bouinum detur cum cibarijs: valet ab extra & intra.

COROLLARIVM. Mandibulæ luciorum ſalitæ faciunt fluxionẽ, non ſalitæ verò reſtringunt.

DE MICTV SANGVINIS.

Si à nimio ſanguine, fiat phlebotomia de mediana, & renes confortẽtur ne recipiant amplius ſanguinem: vt ſunt bolus Armena, terra ſigillata, balauſtia, ſanguis draconis.

Si ab acuitate ſanguinis, fiat phlebotomia, ſi nõ eſt quod prohibeat. Detur mundificatiuum ſanguinis. Dentur quæ remittant ſanguinis caliditatem per diætam & potionem.

Renes ab extra confortentur cum frigidis & ſtipticis.

COROLLARIVM. Trochiſci de Karabe maximè reſiſtunt eruptioni ſanguinis factæ caſu, percuſſione, acuitate ſanguinis, vel apertione & repletione totius. Detur ℥j. cum vino, valent etiam in fluxu menſtruorum.

Si ab vlceribus renum, cura prius habita.

Si eſt à ruptura venæ per caſum vel percuſſionem. primo fiat phlebotomia de baſilica: dentur trochiſci de Karabe, & ſuper locum ponatur emplaſtrum factum ex bolo Armeno, acatia, litio, cum aceto & aqua, & caueat ab omnibus diureticis vltimo. Poſſumus tamen in principio illius vti tanquam lauatiuis, & fugimus conſolidantia à principio.

Differentia inter ſanguinem qui exit à veſica & à renibus, eſt; quia qui exit à veſica, & paucus: quoniam veſica eſt membrum exangue, deinde, quia ſanguis ex veſica eſt grumoſus, ſed ex renibus eſt magis commiſtus.

Si à debilitate renum, fiat confortatio renum ſtipticis & calidis, vel frigidis ſecundum complexionem, intus & extra.

Sanies ſignificat ſolutionem continui.

Sanies exiens cum vrina ſignificat excoriationem vel exulcerationem.

Sanies ex renibus eſt magis commiſta vrinæ quàm ex veſica, & ſanies veſicæ fœtet magis.

Cura eſt per mundificatiua & conſolidatiua.

DE

DE EXITV ANI.

Ad teneſmum ſequitur exitus ani: ſicut teneſmus ſequitur ad dyſenteriam.

Egreſſio ani non eſt æqualis, aliquando longior, aliquando minor.

Exitus ani fit propter mollificationẽ lacertorũ, quæ fit vel propter humiditatem relaxantem lacertos, vel frigiditatem mortificantem & debilitantem, virtutem retentiuam & lacertos ani.

Nota cauſſas & ſigna. Cura: Si anus ſæpius exierit, eſt difficilis curæ. Cito curatur, vel nũquam curabitur.

Corollarivm Exitui vt exitui debet reductio.

Si ab apoſtemate ani, fiat cura apoſtematis: & eſt difficilis, quia non poteſt videri. Fiat phlebotomia de Saphena.

Poſt phlebotomiam immittatur oleum roſarum, anethi, & muccilagines; & poſtea reſoluentia. Oleum camomillæ.

Si tranſit in ſaniem, fiat maturatio, apertio, mundificatio, & conſolidatio.

Patiens caueat ab omni cibo duro, ventoſo, multo, ſicco; & parũ comedat, & parum egerat.

Si à mollificatione lacertorum, fiat euacuatio ſuauis humiditatum, prius tamen anus reducatur quàm cauſſa abſcindatur.

Omnis cibus humidus & phlegmaticus remoueatur: detur vinum, non aqua.

Corollarivm. Melius eſt vt humiditates remoueãtur per diætam, quam per euacuationem.

COROLLARIVM. Si anus longè exierit, & cum humore, fiat reductio cum rebus calidis, oleis chamæmelino, anethino: maluæ decoctio cũ ſpongia, vel Encathiſma, vel lacte tepido & ſpógia fotus adhibeatur. Reducta ano fiant reſtrictiua.

Puluis oſſiũ dactylorum ſuperaſperſus, & lana intincta in vino ſtiptico vel ſucco ſuperponatur.

Puluis ex balauſtijs, pſidijs, ſanguine draconis: mumiæ, maſticis, thuris, nucis cupreſſi, aluminis, zuccari añ ℈ j. fiat pul. Puluis ex granis myrthi.

Patiens caueat ad tẽpus ne egerat cũ conatu: vel de t'enema mollificatiuũ, ſi feces sũt dura & ſiccę.

DE RHAGADIBVS.

Rhagades ſunt fiſſuræ vel aperturæ ani. Ficus dicitur, quãdo habet pedes; ſed morũ, quando ab omni parte adiacet: & veniũt ab vna cauſa. Hęmorrhoides quædã ſunt extrinſecę, quædã intrinſecę.

Intrinſecæ quædam ſunt vel eminentes, & dicuntur verrucæ: quædam aliquid emittunt, & dicuntur morales, morinæ. Eminentes quædam emittũt humidum viſcoſum, quædam ſanguinem, & dicuntur hæmorrhoides.

Fiſtula eſt vlcus durum, cuius intrinſeca ſuperficies eſt dura, calloſa.

Omnium harum ægritudinum cauſſa eſt vt plurimum humor melancholicus.

Generalis cura omnium eſt purgatio humoris melancholici.

Si corpus eſt plethoricum, fiat phlebotomia de

mia de vena communi vel ſaphenis.

COROLLARIVM. Hic loquimur de his quæ non emittunt ſanguinem.

Facta phlebotomia, fiat digeſtio humoris melancholici, & poſtea euacuatio.

℞. Cort. myrobalanorum Indorum, Emblicorum añ ℨ 6. polypodij quercini ℨ j. borraginis, bugloſſæ, fumiterræ, thymi, epithymi, capil. Veneris, folliculorum ſenæ añ ℥ 5. vuarum paſſarum mundat. ℥ j ß. coquantur in lacte vel aqua ſecundum artem. Colaturæ ℞. vn. 4. exhibeantur in aurora. Vel huius decoctionis ℞. vn. 4. Diaſenæ dra. 3. Vel ℞. vn. 4. diſſoluantur dra. 3. elect. Hamech. Si humores ſunt aduſti, dentur pillulæ de lapide lazuli, fumi terræ, de 5. generibus myrobalanorũ.

℞. Diacatholiconis, Diaſenæ añ vnc. ß. ſyrupi violarum vn. j. aquæ bugloſſæ, q. ſ. fiat hauſtus.

℞. Hieræ Ruphi dra. 6. ſyrupi violarum vn. j. aquæ fumi terræ q. ſ.

Corollarivm. Diæta optimè ordinetur, & patiens caueat ab omni illo ꝙ generat melãcholiã. Vide Rabi Moſem de hæmorrhoidibus & diæta patientium ipſas.

Bibat vinum cum aqua bugloſſæ temperatum.

Corollarivm. Bugloſſa in omni ægritudine melancholica valet per omnẽ adminiſtrationem.

De Rhagadibus habetur per ſpeculum.

Poſt purgationem adminiſtrẽtur infra ſcripta:

℞. Olei roſati, ſucci ſolatri añ vn. j. ponantur in mortario plumbeo, & cum piſtillo plumbeo agitentur tamdiu donec ingroſſentur: tunc adde

ceruſſæ lotæ ʒ 6.camphoræ ℈ ß.agitentur donec fiat vt vnguentum, cum iſto fiat inunctio rhagadum donec ſanentur. Si dolor fuerit vehemens, addatur parum opij; vt gr.4.aut 5. Si nimius ardor affuerit, addatur in prin.ad ſuccum ſolatri, albumen oui.

Vnguentum ad Rhagadas pupillarum, mamillarum, labiorum, manuum, vuluæ, virgæ, ani.

℞.Lithargyri argentei præparati ℥ ß. myrrhæ rub.℥ ß.Zingiberis albi ʒ j.Zuccari albi ʒ 3.puluerizentur minutiſſimè, & poſtea

℞.Ol.oliuæ ℥ 3.mellis ℥ j.ceræ ℥ 2.vel q.ſ.liquefiant ſimul ad ignem & imponantur pulueres; commiſceantur optimè, & permittantur coagulari.

DE FICO, MORO, VERVCA.

Poſt purgationem adſit manus chirurgica: vel incidantur, vel cauterizentur: tamen Medicus ab his abſtineat quantum poteſt. Vel fiat cum medicina cauſtica, & poſtea conſolidetur.

Cura vt ne alia aliqua pars ani tangatur, niſi fiſcus, veruca, & fiat per Speculum.

Conſolidatio fiat cum gummi Arabico, tragacantho, maſticæ, thure, ſanguine draconis, & cũ oleo roſatum.

Corollarivm. Fiſcus vel morus non incidatur per phlebotomia, quia veniunt fiſtulæ ex inciſione. Prodeſt ſuccus parietariæ, carminetur pannus, qui intinctus in ſucco prænotato apponatur ad ficum vel morum.

Valet oleum roſarum vel violarum per pannum

num appoſitum:apponatur nonnunquam puluis reſtrictiuus,exprimatur,fiat minoratio.

DE HÆMORRHOIDIBVS.

apertis & fluentibus.

Aliquis fluxus hæmorrhoidalis eſt periodicus, aliquando continuus; aliquando vena eſt aperta, aliquando non.

COROLLARIVM. Venæ hæmorrhoidales veniunt à vena dorſi,purgantes ab ea ſanguinem melancholicum.

Fluxus Periodicus non eſt reſtringendus, niſi debilitet virtutem : cum albumine oui & bolo Armeno inter ſe miſtis fiat inunctio: vel fiat reſtrictio cum puluere pillorum leporis, apponatur cum aliquo ſucco reſtrictiuo. Vel fiat puluis ex gallis combuſtis & extinctis in aceto. Puluis balauſtiorum,pſidiarum,mumiæ apponatur per ſe,vel cum ſucco plantaginis.

Conferunt trochiſci de Karabe.

Si iſta non iuuerint, fiat cauteriſatio actualis vel potentialis per vitriolum vſtum.

Si omnes fluunt,non omnes reſtringantur,ſed vna maneat aperta.

Corollarivm. Fluxus periodicus ſiue fiat in menſe ſemel,ſiue in anno bis, vel ſemel, ſaluberrimus eſt, cuſtodiens hominem à malis multis, infirmitatibus & morbis melancholicis.

Si fluere conſueuerunt&nō fluunt,prouocentur hæmorrhoides per phlebotomiam:ſed diligenter videndum an ſint hæmorrhoides quod ſi ficus,non incidatur;quia timēdum ne fiat fiſtula.

Vel curentur per corroſiua. Vel poſito patiente in balneum, poſt exitum fiat perfrictio cũ felle, vel apponatur cum felle ſal gemmæ, vel viride æris, ſi fel non ſufficit: vel aliquando prouocentur ſola apertione venæ ſub ciure, vel ventoſarum poſitione ad genu, vel per appoſitionem ſanguiſugarum.

Corollarium. Hæmorrhoides fluere conſuetæ, & non fluentes, deducunt hominẽ ad multas malas ægritudines melancholicas.

DE NIMIO MENSIVM FLVXV.

Menſtrua non fluunt eodem tempore: quædã enim 14. vel 15. vel 16. vel 17. anno ſecundum complexionẽ & regimen: quod ſanguineis & cholericis citò euenit, ſed phlegmaticis & melancholicis in 16. vel 17. Deinde in 40. 46. 50. paucæ vltra 52. poteſt tamen mulier 50. anno concipere, vt ego ſum expertus.

Corollarium. Fluxus dicitur ſuperfluus, non ſolum ratione quantitatis, ſed etiam quo ad tempus: vt ſi in prægnata, vel ſenex, quæ prius non habuiſſet beneficium menſium, poſtea adipiſceretur. Aliquando quo ad tẽpus durationis & ſimul etiam quantitatis: vt ſi puellæ in nimia quantitate & per longum tempus haberent menſtrua.

Prima cauſſa eſt nimia ſanguinis generatio rumpens venas.

Secunda cauſſa eſt multitudo cholerici ſanguinis acuentis orificia venarum, rumpentis, corrodentis, & aperientis.

Tertia

 305

Tertia cauſſa eſt multitudo phlegmatis ſubtilis, á quoſi cum ſanguine miſti, facilè ſanguinem penetrare facientis.

Nota alias quoque cauſſas.

Signa generis ſunt manifeſtiſſima ex relatione patientis.

Si à multitudine ſanguinis, non eſt reſtringendus, conſtante virtute: hoc tamen intelligendum, cum adeſt multitudo ſanguinis.

Debilitata natura & virtute, reſtringatur ſanguis, vt infra habetur.

In quolibet menſtruorum fluxu ſunt quædam præcepta generalia diuerſionis varijs modis adminiſtranda: ſcilicet per ligaturas, quæ fieri debét non in pedibus, ſed brachijs: per ventoſas, quæ ſimiliter ad brachia, non ad crura ponendæ ſunt: per frictiones, etiam in brachijs. Fiat phlebotomia, præſertim in abundantia ſanguinis, quæ non debet eſſe magna in quantitate continua, ſed diſcreta.

A principio fiat diuerſio per phlebotomiam de baſilica vel ramo eius, vel ſaluatella dextra & fiat ſecundatio; & cras de altera ſaluatella, cũ his fiant frictiones & ventoſæ ad dorſum & brachia, & hoc donec fluxus ſit reſtrictus: etiam ſi reſtrictus eſt, adhibeantur aliquandiu prædicta.

Factis diuerſionibus progrediendum eſt ad reſtrictiua intus & exterius admouenda.

Ad intus: Bolus armenus cum ſucco granatorum. Curãdum, vt illa veniant per deriuationem & reſpicientia materiam.

COROLLARIVM. Trochiſci de Karabe, ſi ſimplicia non iuuerint, dari poterunt, ſed nō ſunt temerè dandi.

℞. Karabe aureos 6. cornu cerui vſti loti, corallorum vſtorum, gummi Arabici vſti, tragacāthæ, acatiæ, hypocyſthidis, balauſt. laccæ, maſticis, papaueris nigri aſſi añ aureos 3. thuris, croci, opij añ aureum 1. ſ. fiant trochiſci cum muccilagine pſillij, vel ſucco berberorum, vel ſucco planteginis.

℞. Sem. papaueris albi ℥ 2. piſtentur benè cum ℥ 5. ſucci plantaginis depurati: coletur per pannū, colatura dulcoretur & bibatur, valet in cauſis calidis & in multitudine ſanguinis bibendo.

Ab extra ſuper locum matricis ponetur emplaſtrum ex viridibus & ſtipticis, vt ſucco mēthæ, conſolida maiore, plantagine, albumine oui añ q. ſ. Fiat emplaſtrum, vel puluis incorporetur cum ſucco agreſtæ, albumine ouorū, oleo myrthino, roſaceo, cera, reſina q. ſ. fiat vt ſupra, & modicum aceti ponatur ſuper lumbos retrò. Ad vuluam immittatur ſequens.

℞. Lanam de collo ouis nigræ, madefiat in ſucco plantaginis: ponatur in vuluam; remoueatur de hora in horam. Expertum eſt, & bibat manè de ſero in lecti introitu ℥ 3. de ſucco plātaginis: cū eo piſtetur bolus Armenus & lapis hæmatites. Fiat iterum depuratio & bibat.

Diæta multum valet. Sit aër inſpiratus frigidus, ſed corpus benè tectum, accipiatur ſpongia intincta in aqua roſarum in os.

Si

Si patiens eſt in calido loco, prohibeatur ab odore croci & aliorum calidorum, ſed odoretur frigida, roſas, ſantala, nenupharis flores.

A principio vtatur pauco ſomno, cum virtus eſt fortis: ſed in proceſſu, vbi virtus eſt debilitata, valet ſomnus prolixus, quieſcat, & linteamina lauentur in aqua ferrata. caueat ab omni illo quod ſanguinem facit fluere, hoc ſimiliter eſt obſeruandum in dyſenteria.

Venter teneatur apertus: plus hoc loco valent clyſteres lenitiui quàm ſuppoſitoria, quia non faciunt conatum egerendi.

Cibus. Hordeum, oryza torrefacta, lentes excorticatæ, & earum puluis, lactuca, portulaca, ſed non endiuia aut cichorium, quia aperiunt.

Potus ſit aqua chalybeata cum ſucco granatorum, vel cydoniorum mixta. aqua hordei nõ detur, quia eſt lauatiuũ. Valet aqua decoctionis berberorum, myrtillorum, lẽtium excorticatarũ, vel aqua chalybeata ſimpliciter, ſyrupus de agreſta & alij.

Si à cholera ſanguini miſta illum acuente, adeſt citrinitas faciei & totius corporis, amaritudo oris, ſitis, egeſtio cholerica, & habitudo corporis macra, ſequitur magna debilitas virtutis, & ſanguis eſt tenuis, & mulieres aliquando ſentiunt caliditatem & ardorem in exitu.

Cura. Fiat primò digeſtio cholericæ materiæ. ℞. oxyſacchar æ, ſyrupi violarum, nenupharis añ ℥ ß. aquæ plantaginis q. ſ. fiat hauſtus, per tres dies continuetur.

Fiat euacuatio cum rhabarbaro & myrobalanis in infuſione data & euacuata cum tamarindis. Si mulier eſt tenuis fortunæ, paupercula:

℞.Florum roſarum, violarum, capilli Veneris, lupulorum, cuſcutæ, endiuiæ, berberorum an̄ M j. decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ſ. a. ℞.Col. ℥ 3. el. è ſucco roſarum ℥ ß. tamarindorum extractorum vnc. j. detur pro potu.

Si videtur habitudo corporis ad hoc apta, tūc facta euacuatione poſſunt fieri diuerſiones & phlebotomia ex ſaluatella.

His factis dentur extra & intra reſtrictiua. Notandum vbi materiæ cholericæ multitudo fuerit in cauſſa, non eſſe negligēdam alterationem ſplenis cum rebus dictis de ſplenis debilitate, quoniā quandoque ſplenis malitia concurrit.

℞.Roſarum rubrarum, ſantal. rub. corall. præparati, boli Armeni, lapidis hæmatitis an̄ ʒ j. ſpodij ℈ j. miſce, fiat puluis. Vel

℞.Puluerem prædictarum rerum, & commiſce cum conſeruæ roſarum veteris ℥ 5. rob ribes ℥ 2. fiat Electuarium.

Valet rob berberorum, ribes, malorum granatorum.

Extra Localia apponantur vt ſupra.

℞. Pſidiarum, gallarum, cupularum glandium, lentium excort. roſ. rubrarum an̄ M j. ſ. decoquantur in aqua ferrata ad conſumptionem trium partium: aut ſi fortius habere volueris, coquantur in ſucco plantaginis: in decoctione intingantur petiæ, & petiæ apponantur loco matricis & vuluæ.

Si iſta

Si iſta conſilia non contulerint, procedatur ad trochiſcos de Karabe vel bolo Armeno, vel terra ſigillata,& tales conuenientius exhibentur in pul.vt alchool,cum aliquo appropriato liquore,vt ſucco granatorum.

Manè vtantur Electuario ſequenti:

℞.Conſ.roſarum veteris ℥3. Philonij Perſici ʒ3.miſce perfectiſſime ſimul; & detur ex ipſo ℥ß. manè in aurora; & ℥ ß. in acceſſu noctis remotè poſt cænam.

Diæta.Remoueatur ab omnibus acutis & abſtergentibus,non vtatur vino & aqua hordei.

COROLLARIVM. Enixis detur aqua hordei præparati propter febrem ephemeram, & quod mundificat,abſtergit & citat fluxum.

Puerperis à ſanguine aquoſo ex commiſtione phlegmatis ſubtilis aquoſi,habitudo corporis eſt phlegmatica,non adeſt febris, multitudo menſtruorum ſine corporis extenuatione, vna eſt alba, regimen eſt phlegmaticum, egrediens eſt ſubtile, aquoſum.

Cura.Incipiatur à mundificatione phlegmatis, quia vt plurimum menſtruorum fluxus ſuperfluus procedit propter nimiam ſanguinis ſubtilitatem,quę accidit vel propter cholerā,vel phlegma aquoſum ſubtile,oportet regulariter operando ante medicamentorum reſtringentium exhibitionem euacuare humorum ſubtilitatem in ſanguine;niſi fluxus diu duraſſet; tunc à reſtrictiuis incipiendum.

Fiat euacuatio cum turbith.

℞.Turbith ʒ ß.Zingiberis gr. 7. maſticis gr. 3. Zuccari ℈ 2.cum hydromellite detur.

Si ſalſum phlegma, fiat digeſtio cum ſyrupo endiuiæ & fumi terræ.

Fiat infuſio rhabarbari cum turbith.

Euacuata materia fiat reſtrictio, & per caliditatem fiant diuerſiones.

Ad intra, Fiant miſturæ, confectiones ex thure, maſtiche, nuce cupreſſi, maci, conſ. roſarum, ſyrupo de mentha & pul. menthæ.

℞.Spicam nardi: quæ etſi vrinam prouocet, reſtringit tamen fluxũ menſtruorũ decocta in vino.

℞.Aluminis plumoſi benè puluerizati prout voles: infundatur in aqua plãtaginis per noctem, addatur parum pulueris matricariæ: dentur in potu manè: mirabiliter reſtringit.

Tormentilla, conſolida, rubea exiccata in congruo loco, non ſub radijs ſolaribus, puluerizata ſubtiliſſime. Si datur ʒ j. cum aqua acatiarũ, ſtringit mẽſtrua. Detur manè & ſerò per dies quatuor.

Syrupus reſtrictiuus optimus in fluxu mẽſtruorum ſuperfluo, qui & in dyſenteria vtilis reperitur; in cauſſa calida detur actu frigidus.

℞.Succi plantaginis, conſolidæ maioris, menthæ, añ ℥ 4. acatiæ, ſumach añ ℥ ß. cornu cerui vſti loti, ſanguinis draconis, boli Armeni, lapidis hæmatitis añ ʒ j. hypocyſthidos ʒ j ß. ſem. roſarum rubrarum ℈ 4. omnia pulueriſentur, fiat ſyrupus (℔ j. Zuccari adiecta) ſpiſſus; per ſe detur.

Si in cauſſa phlegmatica vel frigida ipſum exhibere volueris, addas reſtrictiua calida, vt ſunt maſtix,

maſtix,thus, nux cupreſſi, macis.

℞.Balauſtiorum,gallarum, olibani, maſticis, acatiæ,aluminis ramenti añ. cum ſucco plantaginis,albumine oui,&ſtercore aſinino fiat peſſariū.

Poſſunt fieri balnea ex rebus ſtipticis.Si illa nō valent,dentur troch. de Karabe.

Circa exhibitionem reſtrictiuorum notanda eſt ſententia Rhazis 9.continentis,quod non ponendæ ſint Medicinæ combuſtæ in matricē propter fluxum menſtruorum, vt eſt arſenicum, vitriolum,quoniam locus neruoſus eſt,& hæc ſententia trahetur ad omnia loca neruoſa: quoniam medici quandoque præſumunt in reſtrictione menſtruorum ſuper illa, cum iuuare alia non videntur,& errant.

Poſſunt & ſucci inijci per clyſterem,& alia reſtringentia in vuluam vel matricem.

A raritate matricis.

A percuſſione.Fiat phlebotomia diuerſiua, & ad locum percuſſionis apponatur oleum myrtinum & roſarum.

Si ab vlcere matricis,fiat mundificatio & conſolidatio per clyſteres.

Si à debilitate facultatis retentiuæ,adminiſtrētur intus & extra medicinæ habentes aromaticitatem,vt ſpica, maſtix, thus, roſæ, myrrha,cyminum torrefactum, ſantali, coriandrum torrefactum.

Alia ſtiptica:Pſidiæ,balauſtia,grana granatorū, nux cupreſſi,folia & cort.quercus,folia & cortex glandium& cupulæ ipſarum,folia & grana myrti,

ſorba, meſpila, ſumach, ribes, virga paſtoris, plantago, cauda equina, Karabe. vide Nicolaum.

DE RETENTIONE MENSTRVORVM.

Sanguis menſtruus tres habet potiſſimum vtilitates. Primò id quod melius eſt cedit in nutritionem membrorum ſpermaticorum. Secūdò portio aliqua cedit in vacuitatem eorundem ſcilicet membrorum: tertia eſt ſuperfluitas, quæ facit ad faciliorem exitum pueri, vt locum humectet & lubrificet.

Menſtruus ſanguis retinetur naturaliter, primò in puellis ante 14. annum: ſecundò in imprægnatis, propter cauſſas ſuperius recitatas: tertiò in nutricibus, quia conuertitur in lac: quartò in ſenibus poſt 45. annum.

COROLLARIVM. Poſt ægritudines chronicas & quartanam communiter retinentur menſtrua in puellis & ſenioribus, propter febrem, quæ materiam ſanguinis menſtrui conſumit, vnde tantiſper cohibētur, donec corpus refocilletur. Idē accidit in aliis ęgritudinibus cōſumptiuis.

COROLLARIVM. Si mulier eſt vſa bono regimine, & habet retentionem menſtruorum, ſignū eſt quod venę ſint ſtrictæ, paruę, & oppilatę.

De regimine quærat medicus, & num habuerit ægritudinē aliquam; ſi vſa ſit malis cibis, groſſi nutrimenti, vt piſcibus, lentibus; ſignum eſt groſſi humoris.

COR-

313

COROLLARIVM. Fluxus narium vel hæmorrhoidum, aliquando faciunt vt menſtrua retineantur.

Retentio menſtruorum cauſſa eſt prauarum ægritudinum.

Cauſſa reſtrictionis menſtruorum vel eſt
- propria
  - naturalis, vt in
    - Puellis xij. annorum,
    - Senibus 45. impræ-gnata, natiuitate.
  - præter naturā & vel
    - Vitio virtutis expulſiuæ ex mala intemperie calida frigida.
    - Humorū qualitate.
    - Inſtrumenti vitio ex conſolidatione, oppilatione, venis ſtrictis.
- coniuncta, vt de hepate

Vide Nicolaum.

Si à paucitate ſanguinis: ſanguinem minorant fames, labor.

Dentur ea quæ augmentant ſanguinē: vt oua, carnes, vinum bonum, carnes hædorum, vitulorum, agnellorum capi.

Corpus humectetur in ſeptimana ſemel: his factis, forſitan menſtrua erumpent per ſe, etiamſi non prouocentur.

Cura. Corporis impinguatio, & ſanguinis augmentatio per diætam & potionem.

Si propter nimium fluxum narium vel hæmorrhoidum cohibeantur, vtatur patiens bono regimine.

Poſtea reſtringatur fluxus, & deriuetur ſanguis ad matricem, ponendo pedes in aquam calidam

phlegma; tunc dentur digeſtiua phlegmatici humoris.

℞. Oxymellis compoſ.℥j.ß.decoctionis maioranæ,pulegij,ſerpilli,calamenthi q.ſ.vel fiat ſyrupus magiſtralis cum digerētibus phlegma, & matricem reſpicientibus,cum aperitiuis.

℞. Syrupi de Byſantijs,oxymell.ſcillitici & compoſiti añ ℥ ß. decoctionis rad.apij, feniculi, petroſelini q. ſ.

℞.rad.apij,feniculi,petroſelini añ ℥j. decoquantur.℞.præſcriptæ decoctionis ℥ j. ſyrupi de calamētho,de artemiſia añ ʒ 6.miſce fiat hauſtus.

Corollarivm.Præmittatur ante omnia aperitiuum.Facta digeſtione fiat euacuatio.

Dentur Electuarium Diaphœnicon, fœtidæ, hieræ ſ.cochiæ.

℞.Diaphenici ʒ 7.in robuſta, aquarum feniculi,petroſelini q.ſ.fiat hauſtus.

Si propter melancholicum humorem ſanguini menſtruo commixtum,fiat digeſtio & euacuatio materiæ melancholicæ:hoc habetur ex complexione & regimine vitæ.

Fiat prouocatio menſtrui ſanguinis,& hoc fit varijs modis:primo per phlebotomiam vel ſcarificationem.

Ad intus.Detur decoctio maioranæ:Item pulnis maioranæ ſub doſi ʒ j.detur alius ſuccus cum vino veteri. Conueniunt pro ciendis menſibus ſuccus rutæ , qui potenter euocat , hyſſopus, maiorana , pulegium, ſerpillum , origanum , calamenthum,betonica,ſpica,ſaluia.Ex fortioribus

aſarum,chamædrys,chamæpithys,artemiſia,apium,petroſelinũ, rubia,ſauina, feniculus. Ex fortiſſimis diptamus ,grana iuniperi, baccæ lauri, cinamomum,allium ſylueſtre, eruca, raphanus, crocus,myrrha.

Corollarivm. Omnia ea quæ prouocant vrinam,prouocant etiam menſtrua.

Apozema hyſtericum, hoc eſt decoctum ſanguinem menſtruum prouocans: ℞. Maioranæ M ʒ.ruræ,hyſſopi,ſaluiæ, pulegij añ M j.ſ.aniſi mundati,feniculi añ ℥ j. granorum iuniperi recentiũ M ʒ.ſauinæ ʒ ʒ.rad.diptami albi recenter collecti ʒ ij.cinamomi ℥ j ß.croci ʒ j. omnia præter cinamomum & crocum coquantur in vini veteris ℔ 6.ad conſumptionem ℔ 2.vltimò addatur crocus & cinamomum, de hoc decocto bibat mulier ſerò & manè. Confert vinum decoctionis myrrhæ & baccarũ lauri.Fiat prouocatio per balneũ.

Corollarivm. Balneum non eſt tepefaciendum frigida, ſed per ſe tepefiat.

Mulier ſedeat vſque ad vmbilicum, & ponantur in balneum prouocatiua menſium.

Fiat etiam prouocatio per ſuffumigia vel embotum.

℞.pulueris maioranæ,nigellæ,pyrethri,piperis,zingib.cinamomi,myrrhæ rub.ſauinæ añ ʒ j. cum terebinthina fiant trochiſci,baccarum lauri quantum totius;ſi vis habere fortiores, addantur ℈ colocynthidis vel euphorbii.

Aromaticitas muſci,ambrę,ponatur ad prunas, accipiatur per embotum:ſed non fiat puellæ aut

ruptæ,

ruptæ, quibus nec ſuppoſitoria ſeu peſſaria admoueri debent.

Fumus colocynthidis potenter in vna hora prouocat: ſuccus allij ſylueſtris ſuppoſitus etiam citò prouocat.

A principio ſemper cum leuioribus incipiendum eſt.

Fiat prouocatio per peſſaria.

℞. Pulueris ſtaphiſagriæ, rutæ, nigellæ, pyrethri, piperis, naſturtij, euphorbij, myrrhæ, aloës, caſtorei, maioranæ, farinæ rutæ, aſari, croci, rad. diptami añ ʒj. baccarum lauri M x. aſæ fœtidæ ℈ 1. Hæc omnia incorporentur cum terebinthina, & fiant ſuppoſitoria ad longitudinē medij digiti, groſſitudinis vnius digiti: inter incorporandum per medium longitudinis inuoluatur filum, cuius extremitas maneat & excedat per palmæ vnius longitudinem ad extrahendum.

Fortia peſſaria non retineantur vltra horam, debilia per noctem.

Peſſaria adminiſtrāda ſunt poſt balnei exitum.

COROLLARIVM. Licinia per lanam cereolo inuoluta & ſuccò aliquo ex ſupra commemoratis madefacta in vuluam immittantur.

Si poſt peſſaria acuta ardor relinquitur in matrice, ſtatim indatur licinium cū oleo violarum, cum quo poteſt diſtemperari muccilago pſillij, ne fiat exulceratio locellorum.

Farina lupinorum cum myrrha & melle ſuppoſita valent.

Suffumigatio cum radice ireos & aloës mita-

biliter prouocat. Menſtruum cum axungia mixtum & ſuper vmbilicum reneſque, eo tempore quo deberent fluere, poſitum, prouocat.

Aſari ℈ 2. ß. ſecūdum Gal. in libro experiment. prouocat menſtrua.

Caſtoreum cum mentaſtro ſylueſtri, in qualibet diſpoſitione.

Euphorbium tritum & temperatum cū aqua, ſuppoſitum iuuat.

Sic emplaſtratio artemiſiæ, ſuppoſitaque matrici: inſeſſio quoque ipſa cum artemiſia parata.

DE SVFFOCATIONE MATRICIS.

Suffocatio & præfocatio idem ſunt.

COROLLARIVM. Matrix non aſcendit & mouetur de loco, quemadmodum exiſtimat vulgus.

Fit hæc affectio propter vapores venenoſos aſcendentes ad caput; tunc fit diſpoſitio ſimilis Epilepſię: aliquando ad ſtomachum, & fit appetitus corruptus.

COROLLARIVM. Similis diſpoſitio ſeu affectio, ſicut eſt ſuffocatio, accidit viris ex ſpermate corrupto.

Accidit hæc affectio prægnantibus & imprægnantibus.

Diſtinctio eſt inter Epilepſiam & ſuffocationē: quia in Epilepſia eſt ſpuma; ſed in ſuffocatione non: item in Epilepſia deficit ratio, non ſimiliter in ſuffocatione, quia intelligit, ſed non poteſt loqui, quæ hoc morbo laborat.

Cura in non prægnantibus.

Detur Enema lene cum caſſia.

Fiant diuerſiones per frictiones crurum, pedũ, in infima parte cum ſale & aceto, pannis aſperis factæ. Fiant ligaturæ.

Ad odorandum dentur fœtida: vt aſa, caſtoreũ, Incenſio pilorum & pennarum: Sed ad vuluam ponantur odorifera.

℞. Maioranæ, camomillæ, pulegij, ſerpilli, ſatureiæ, baſiliconis, fl. matricariæ, meliſſæ, lauendulæ añ p. æquales. Fiant duo ſacculi quadrati, & decoquantur in aqua vel vino aliquandiu, aromatiſentur moſcho & ambra: ſupponatur vnus ſacculus expreſſus ſuper vuluam, & poſtea alius actu calidus.

Vel fiat ſuffumigatio ex aromatibus:

℞. Galliæ & aliptæ muſcatæ, cinamomi, xyloaloës crudi, granor. iuniperi, maioranæ, lauendulę añ. incorporentur cum oleo ſpicæ: fiant trochiſci pro fumo.

Si iſtis non quieuerit mulier, dentur ſternutatoria. Si poteſt deglutire, dẽtur ea quæ à proprietate deſcendere faciunt matricem, ſicut eſt radix dictami: ipſa enim puluериſata & ſub doſi ʒ j. cum vino pota, liberat efficaciter præuocatam; ſed nõ detur prægnanti, quia drachm. j. dictami facit abortum.

Cura tempore quietis.

Si eſt propter retentionem menſtruorum corpore exiſtente plethorico vel cacochymico, fiat phlebotomia de ſaphena, vel de curuatura genu, & apponantur ventoſæ.

Si humor aliquis peccet, fiat illius digeſtio & euacuatio, & poſtea dentur prouocantia menſtruorum.

Si ex ſpermate,&ſit puella,nubat:ſi eſt mulier, & non habet maritum,tunc fiat priapus cum cera muſco aſperſus,& conſutus ex aſpero panno, cum quo fiat frictio in vulua vſque ad os matricis, ſed non in virginibus.

Fiat peſſarium ex rebus aromaticis.

Fiant ea quæ ſyncope ſunt dicta.

Si nolit nubere,vtatur ſequenti puluere:

℞.Sem.agni caſti,ameos,rutæ an ℥ ß. ſp. diarrhodon abbatis, diatrionſantal an ℥ i. fiat puluis cum duplo zuccari, quo mulier frequenter vtatur,deferat quoque ſecum intra lectum.

Cura in impræg natis eſt difficilis.

COROLLARIVM. Hoc in caſu non debent dari prouocantia ſanguinem menſtruum.Poſſunt apponi ſacculi,ſed non frequenter. Dentur fœtida ad odorandum.

DE MOLA MATRICIS.

Mola matricis eſt falſa imprægnatio.

Mola matricis eſt ponderoſitas,propter quam matrix patitur maſſam quandam carnoſam, vel ſanguineam,vel aliàs humoralem, aut ventoſitatem replentem,aut humiditatem in ea genitam, vnde ſigna imprægnationis veræ apparere conſueuerunt.

Mola eſt vera & non vera. Vera, vbi in matrice

eſt maſ

eſt maſſa carnoſa vel humoralis congeſta ſimul. Non vera, quando matrix vel humiditate vel ventoſitate repletur.

Corollarivm. Poſt molam frequenter accidit fluxus menſtruorum.

COROLLARIVM. Non ſtatim aggredienda mola eſt, quia aliquando eſt puer.

Signa diſtinctiua inter veram imprægnationem & molam: In imprægnatione creſcunt latera ſuperius: ſed in mola, fit venter magnus circa ſumē: fœtu exiſtente ſano in verè imprægnata, vbera creſcunt: item puer facit motum quomodocunque ſe mulier habeat, ſiue ſedeat, ſiue procedat: motus autem molatæ non ſentitur niſi mota muliere. & hoc eſt vulgariter verum, quia aliquando molatum viuit anima ſenſitiua, & fit monſtrum, tunc molatum poſſet facere motum.

Cura molæ non veræ.

Si ex ventoſitate eſt, dentur carminantia intus & extra.

Decoctio rutæ, abrotami, camomillæ, cumini, carui, anethi, feniculi, agni caſti, foliorum & baccarum lauri: fiat balneum.

Semina aniſi, cumini, carui, ſeſeleos, rutæ, agni caſti, ameos, dentur ad intra.

Inungatur matrix cum oleo rutæ.

Fiant ſuppoſitoria vel peſſaria ex carminantibus. El. de baccis lauri cum vino veteri detur. Fiat emplaſtrum de quo dictum eſt in lapide, ex ruta, baccis lauri.

Si ex humiditate, dētur prouocantia menſtrua.

Si humiditas eſt phlegmatica, tunc fiat licinium cum terebinthina & ſupponatur. Dentur prouocantia menſtrua.

COROLLARIVM. Aliquando mulier ſimul eſt impregnata & molata, & mola exit cum fœtu.

Si aliquando eſt vera mola, dentur ea quæ prouocant menſtrua, & fœtum mortuum extrudunt, vt radix diptami.

Mulier ſedeat in tinnam ex decoctione herbarum: Maluâ, althæâ, althçæ radice, fenogræci ſemine, lini, meliloti fl. camomillæ, artemiſiæ, hypericonis, pulegij, ſerpilli, chamædryos maioris, ſaluiæ, hyſſopi, rutæ, vel aliqua ex his: & tantum ſit de mollificatiuis, quantum debetur aperitiuis & prouocatiuis.

Venter teneatur laxus, dummodo hæc fiunt, ſucceſſiuè procedatur ad prouocantia mēſtrua à leuioribus incipiendo ad fortiora incluſiuè ad excludendum fœtum mortuum.

Molato egreſſo menſtrua dimittantur fluere, donec virtus deficere videatur: tunc enim gradatim ad reſtrictiua procedatur, & confortatio fiat per nutrientia & aromatica ſtiptica, vt ſunt confectiones, inunctiones cum oleis & vnguentis pro matricis confortatione appropriatus.

Hiſtoria. DD. Marquardus recitabat caſum de quodam ciue Viennenſi vxore NN. quæ habuit molam extra matricem: erat illa albiſſima & mundiſſima circa vaſa ſeminaria, viuebatque cum viro annos 16. quam Medicus (vt mulier petebat) ante mortem diſſecuit, quò alijs mulieribus ſimili

morbo

morbo laborantibus rectius conſuleretur. Inuenit autem duas molas extra matricem: vnam in quantitate fruſti carnis ſupra matricem, & ipſi fortiſſimè adhærentem: alteram in latere ſiniſtro circa vaſa ſeminaria in quantitate capitis. Nupſit bona puella ſeni, & quum venerea eſſet, caſte & honeſtè vixit, quum interim vir ſenex debitum præſtare non poſſet. Caueant igitur puellæ venereæ à ſenibus, & nubant ſimilibus.

DE DIFFICVLTATE IMPRÆGNATIONIS.

Sterilitas primò fit ratione mulieris propter aliquam malam complexionem materialem vel immaterialem: propter caliditatem reſoluētem, propter frigiditatem & humiditatem: quia frigiditas mortificat ſemen, humiditas lubrificat. Tales mulieres ſi concipiunt, abortiunt propter ſiccitatem, vel quod in matrice habent apoſtema vel vlcus, vel venæ ſunt ſtrictæ, per quas menſtruum fluit, vel cauſatur amplitudo vuluæ.

Sterilitas ratione viri propter malas complexiones vt ſuprà; longitudinem, aut breuitatem virgę, vel tortuoſitatem capitis.

Sterilitas interdū eſt ratione vtriuſque, vt ſymboleitate malarum complexionum, vel multitudine coitus.

Corollarivm. Si mulier conceperit, ſæpius agitata iterum emittit ſemen, vel abortit; ideo meretrices non imprægnantur, vel rarò.

Nota cauſſas & ſigna.

Si à caliditate cōplexionis ſeminis vel matricis,

ea eſt naturalis vel aduẽtitia: materialis vel immaterialis. Difficilè eſt complexionem naturalem alterare: attamen danda opera, vt ſucceſſiuè ad temperamentum reducatur.

Diæta ordinetur ad contrarium.

COROLLARIVM. Omnis mulier caueat ab aceto, quia acetum eſt inimicum matrici.

COROLLARIVM. Idem eſt in muliere & viro quoad curam.

COROLLARIVM. Cauendum ab infrigidando, ne matrix infrigidetur ſuperfluè: vtatur Zulapio violaceo, aqua hordei, diarrhodon abba. diatrionſantal. ſine moſcho; oleis roſaceo, violaceo, vnguento populeonis, ſucco ſolatri. aliqua ex his commiſtis ſupponantur in licinijs:

COROLLARIVM. Semper aliquid matrici admiſcendum eſt, vt ſuccus artemiſiæ.

Si eſt à mala complexione aduentitia calida, illa eſt remouenda per alterantia.

Si eſt complexio materialis, fiat digeſtio, euacuatio & alteratio, matricisque confortatio.

Si frigida complexio, vel matricis, vel ſeminis, vel naturalis, vel aduentitia, materialis, vel immaterialis.

Si naturalis, emendatio eſt difficilis: ſucceſſiuè tamen alteratur per calida.

Diæta ordinetur in contrarium.

Vtatur diagalanga, diatrion pipereon, zingib. viridi; fiat inunctio matricis cum oleis calidis, & ſuccis calidis; vel licinia ex his ſupponantur.

COROLLARIVM. Oleum liliorum eſt appropri

propriatum matrici: thermæ valent vt fiant ex herbis & ſulphure.

Si adeſt aduentitia, fiat alteratio.

Si materialis, fiat digeſtio, euacuatio, alteratio & confortatio cum ſpeciebus calidis, & ſuccis & oleis calidis.

Poſt balneum fiat inunctio fortis circa lūbos & ſumen: valet Acorus conditus: licinium in terebinthina madefactum benè facit.

℞. Terebinthinę, euphorbij añ ℥ ß. miſce: madefiant licinia, applicetur.

Si à mala complexione humida vel ſeminis, vel matricis: vel naturalis eſt, vel aduentitia: materialis vel immaterialis.

Fiat ſuppoſitio & inunctio exiccantibus.

Mulieres mittantur ad thermas.

Vbi mulier eſt ſterilis propter pinguedinem vel humiditatem, valet ſequens peſſarium.

℞. Aluminis, caſtorei, ſtoracis liquidæ, myrrhæ, galbani, calamenthi, piperis, oppanacis añ ℥ ß. ambrę, muſci añ gr. 2. incorporentur ſimul perfectiſſimè, fiat magdaleon. Ex iſto fiant vnum vel duo peſſaria, & tale mulier teneat in vulua à meridie vſque ad veſperam: & vtatur diambra, diacalamentho, diatrion pipereon, diamargaricon.

Suppoſitorium optimum, quo multæ ſteriles factę ſunt prolificæ: ℞. Sem. lolij, quod in frumento vel ſiligine reperitur, quantum volueris: puluериſetur farinæ ſemellę parum, mellis modicum pro incorporatione: fiant peſſaria implendo aliquem ſacculum oblongum de lyndone factum

ad quantitatem virgæ mariti,vel minoris; ſupponatur ad matricem vel collum,& extrahentur ſuperfluitates multæ albæ,fœtidæ.Deinde poſt vnũ vel duos dies ingrediatur balneum decoctionis aquæ artemiſiæ rubræ & fol.ſalicis rub. & rad.petroſelini per 15.dies,& vtatur ſuppoſitorijs ſimili modo,& abſtineat à congreſſu viri, dum 15. dies completi ſint.

Suppoſitorium expertum etiam ſteriles faciens concipere.℞. Coagulum leporis vnius, ſtercoris leporis añ part.æqual.ex illis fiat peſſarium cum lana ſuccida ad quantitatem virgæ virilis, dimittatur ad tres dies continuos in vulua,niſi quãdo mingit.In illis tribus diebus bibat ter in die, mane,ante cænam,&circa lecti introitum,raſuræ eboris ʒ j. cum vino: poſt illos tres dies mulier coeat cum viro. Si a mala complexione ſicca, vtatur regimine impinguatiuo & humectatiuo.

Si propter venas ſtrictas,fiat apertio venarum, iniungatur exercitium & balneum ante cibum ieiuno ſtomacho,dentur aperitiua,fiat fomentatio cum ſerpillo.

Dentur pillulæ alephanginæ per tres vel quatuor dies, & poſtea fiat ſuffumigatio per embotum cum ſerpillo,poſtquam mundificata eſt per menſtruum.

Si ex parte virgę virilis breuis,illa eſt incurabilis.

Signa impręgnationis: Nauſea,retentio menſtruorum, dolor poſt retentionem circa ſumen & locum renum, & mulier ſentit nebulam vel ſcotomiam propter vapores ſuaues aſcendentes.

Poſt

 327

Poſt coitum vulua manſit ſicca & virga. Vrina eſt clara, tenuis, cum quadam hypoſtaſi, ſicut cornũ, quia matris ſtringit veſicam: appetitus diuerſus.

COROLLARIVM. Aliquando habent vrinas groſſas, fœtidas, rubras, crudas: ſed hoc eſt propter aliam malam complexionem, ſed mulier ſana habet vrinam claram, tenuem.

Experimentum Hippocratis. ℞. Mellis non deſpumati ℥ j. ß. aquæ fontis ℥ 14. Bulliant vna ebullitione ad ignem ſine deſpumatione: coletur, mulier bibat: ſi ſentit torſiones circa vmbilicum in ventre, tunc eſt imprægnata: ſi non ſentit, tunc non eſt imprægnata.

Aliqui in ℔ j. aquæ calidæ diſtemperant ℥ j. mellis, & dant ad bibendum.

Aliud ſignum: Emulge ʒ. guttas lactis de mamilla dextra eius quam putas eſſe imprægnatam, ſuper aquam calidam; ſi deſcenderit, maſculus eſt: ſi non, femella.

Aliud certum.

Accipe lac mulieris lactantis maſculum, & imponito vrinæ mulieris quam putas eſſe imprægnatam: ſi diſſoluitur, ſignificat eam imprægnatam. Item pone acum chalybeam benè pollitam in ſcutellam de ligno fraxini, & ſuperfunde vrinã mulieris; ſi concepit, apparent vbique fila: ſi verò non, tunc non apparent.

DE IMPOTENTIA COEVNDI.

Si ex debilitate, illa debilitas prouenit, vel pro-

pter totum, vel propter partem, vel propter mẽbrũm, vel propter debilitatẽ appetitus, quæ prouenit ex debilitate corporis, ex multitudine coitus, vel ob aliam infirmitatem.

Confortetur corpus, & bene nutriatur cum bono vino, cibis optimis aromaticis.

Lac detur, quia bene nutrit.

Piſces recentes faciunt ad coitum, niſi impotentia eſſet ex frigiditate, & maximè aſſi.

Bonæ carnes conueniunt, gallinæ cum cæpis albis.

Cibi condiantur cum cinamomo, zingibere, Pipere.

Corollarivm. Tria ſunt quæ requiruntur ad coitum, virtus, ſperma, ſpiritus ventoſus. Ex defectu aliquorum ex his, vel omniũ ſimul, fit impotentia coeundi.

Si ex debilitate erectionis virgæ, illa fit frigiditate mortificante, vel dimiſſione ventoſitatis.

Corollarivm. Aliqua ventoſitas in corpore eſt neceſſaria, vt ea quæ facit erectionem virgæ, prouocationem ſeminis, & expulſionem fæcum.

Si ex ventoſitatis priuatione, dentur generantia ventoſitatem, ſanguinemq; ventoſum: vt ſunt fabæ, phaſeli, rapæ coctæ cum carnibus, teſticuli animaliũm, paſtinaca, acorus, eruca, lac, quod nutrit, corpus augmentat, ſperma generat & ventoſitatem: vinũ nouum, oua piſcium, electuarium Diaſatyrion, zingiber viride, acorus conditus, radix ſatyrionis, auellanæ cum melle.

Electuarium: ℞. Auellanarum mundat. recentium,

tium,amygd.recent.pinearum, nucis Indicæ recentis inciſ.mir.u nſl.mè añ ℥j.rad.acori,zingiberis viridis añ ℥ ß.rad.ſytirionis ʒ 6.cinamomi,cardamomi,galangæ,aniſi añ ʒ j ß.mellis q.ſ.fiat electuarium cum additione vuarum paſſarum enucleat.& dactylorum añ ʒ x.miſce, fiat vt ſupra.

Si ex frigiditate, illa fit vel ratione totius, vel teſticulorum.

Iſta frigiditas, vel eſt à generatione, vel à tempore.

Si à natiuitate, non recipit curam, niſi longo tẽpore; quia lapſus naturalis difficulter reparat.

Si à tempore, tunc propter cauſſam primitiuã; antecedentem vel coniunctam.

Si à phlegmate, digeratur & euacuetur, fiatque intemperiei alteratio.

Diæta ordinetur ad caliditatem.

Fiant puluilli ex pennis paſſerum, ad ſumen & teſticulos inuoluendos.

Corpus ſit laxum.

Cibi ſint calidi conditi cum pipere, galanga, ſeruca, cæpis, cinamomo, cardamomo, croco; oua ſunt optima, caricæ, amygdala, vuæ paſſæ.

Bibat vinum bonum, & cibi condiantur cum ſpeciebus libidinem inducentibus.

Item grenſig den weibern zu eſſen geben/ ſo werden ſie munder/ fe cylyc amt nymfygadyc., *quid hoc ſit, ego ignoro.*

Ne venus noceat, bibe manè puluerem ſeminis lactucæ in vino.

Ab extra adhibeantur calida: Calefiant pedes. Fiat inunctio cum oleo liliorum.

¶ Inunctio bona ad coitum, ſi fuerit impotentia ex frigiditate vel humiditate: ℞. Pyrethri ʒ 2. cinamomi electi ʒ j. euphorbij ʒ ß. terantur benè, & cum ℥ j. olei ſambuci fiat vnguentum ad inungendum veretrum & partes circumſtantes donec locus rubeſcat.

Ad erectionem virgæ: ℞. Euphorbij, pyrethri añ ℥ j. Decoquatur in 3. cotylis aquæ ad conſumptionem tertiæ partis: adde olei communis ℥ 8. & coquantur tamdiu ſimul, donec ſolum oleum remaneat, & aqua ſit conſumpta. Fiat inunctio vt eſt prænotatum.

Valet oleum euphorbij, de lilio, vngentum marciatum.

Ad intra: Zingiber conditum, pyrethrum conditum, acorus conditus, dialatyrion, theriaca, mithridatum.

Ad prouocandam venerem ſubita facta alteratione: ℞. Cęparum albarum, teſticulorum vulpis, cerebellorum paſſerum, florum palmæ, thuris maſculi añ ʒ 2. incorporentur pillulæ cum aqua calida ad quantitatem cicerum, dētur 6. pro vice.

℞. Succi cæparum, mellis boni añ. part. æqual. decoquantur ad lentum ignem donec ſuccus cæparum deficiat: detur ℥ j. ituro cubitum.

Veratrum tauri & cerui collectum menſe Septembri, pulueriſatum, detur cū ouo ſorbili aut vino à ʒ j. ad ʒ 2. ſerò, aut cum Zuccaro.

Semen vrticæ ſylueſtris cum butyro coctum datum

datum per triduum, potenter iuuat in coitu.

Valet comeſtio paſſerum, & potus lactis deſuper factus; quia talis cibus & potus auget ſperma & erigit virgam. Vel fiant piſtata ſcincorum marinorũ capite & cauda depoſitis. Item ficus, mel, cardamomum, borax, ſerò ſeorſum vnum ex his vel plura per horam ante ſomnum in vino ſumpta valdè iuuant in coitu ſine læſione.

Corollarivm. Qui vult coire ſine nocumento, ſumat ſemper aliquid porri cum vino.

Sumitur cum vitellis ouorum ʒ.ʒ 2. ſem. vrticę vel erucæ.

Corollarivm. Oua duta vel frixa cum aſparago condito, zingibere & cinamomo valent.

℞. Galangæ, cardamomi, zingiberis, piperis añ ʒ 3, ß. veretri tauri, cerui añ ʒ 5. ſcincorum marinorum capite & cauda abiectis num. 2. Zuccari triplum miſce, fiat tragæa. Optimè valet ad erectionem virgæ ex pineis, auellanis, amygdalis mundatis, & vuis paſſis enucleatis, dactylis, & melle q.ſ. Electuarium, quibus ſuperiora poſſunt addi.

Ad magnificationem virgæ: Frica veretrum decies in die cum lacte ouino frictione longa.

℞. Lumbricorum terræ q. v. ſiccentur loti, & in puluerem redigantur, & cum oleo ſeſamino fiat vnguentum. Cum quo, poſt longam frictionem veretri donec inflammari & rubefieri incipiat, vngatur fortiter.

Contra longitudinem, id eſt vltra excreſcentiam, nulla cura prodeſt.

COROLLARIVM. Fel taurinum miſtum cũ melle, & veretrum cum iſto illitum erigit virgam.

Teſticuli cerui propriè valent, ſi exiccentur & in puluerem redigantur. Puluis bibatur cum vino, potenter erigit: doſis ℥ j. ſimiliter omnium animalium.

Si ex diminutione & paucitate ſpermatis, bibat vinum maluaticum.

Dentur multiplicantia ſperma: vt lac vaccinũ, oua ſorbilia, hepata gallinarum, vinum bonum nouum.

Ad ſperma paucum: ℞. Cæparum albarũ quantum placuerit, aſſentur in cinere calido ad mollitiem, mundentur & conterantur diſtemperenturque cum butyro cocto & melle, & comedatur de illis ter in die ad quantitatem oui.

Hordeum excorticatum cum lacte coctum.

℞. Cæparum albarum num. 12. lactis vaccini ℔ 3. infundatur cæpæ excorticatæ aliquandiu in lacte, de hoc bibatur per ſpatiũ hebdomadæ vnius.

COROLLARIVM. Quæcunque augmentant ſanguinem, eadem ſperma quoque.

Ex incantatione ſeu maleficio.

Cura eſt ſolutio. Aliquando ſcitur malefica, aliquando non. Si non ſcitur, tunc maleficiatus exeat illo loco, domo, vel habitatione in qua egit, & mutet lectiſternia. Valet ſuſpenſio ſquillæ ſuper liminare, ſimiliter artemiſia, hypericon, aliàs fuga dæmonum dicta, morſus diaboli.

Fodiat

Fodiantur herbæ prænominatæ ſub poſtibus domus, vel deferantur in veſtimentis.

COROLLARIVM. Maleficium tollitur per aſperſionem habitationis cum ſanguine galli nigri vel canis nigri.

COROLLARIVM. Maleficiatus mingat per annulum cum quo vxorem ſibi deſponſauit, hoc eſt, pronubo. Vide de his infinita in Theſauro Pauperū fol. 264.

Huc facit Dioſcoridis Pentaphyllon.

DE HERNIA.

Hernia extendit ſe ad herniam veram & non veram: humoralem, inteſtinalem, inflatiuam.

COROLLARIVM. Non cum omni hernia eſt ruptura: ruptura autem propriè dicitur cum inteſtina exeunt è ſuo loco.

Hernia ventoſa cognoſcitur ex leuitate, ſono, & comeſtione ciborum ventoſorum.

Cura Herniæ ventoſæ: apponantur carminantia localiter, vt emplaſtrum ex ruta, cymino, baccis lauri, & melle factum, vt ſupra.

Regimen carminatiuum.

Prohibeantur cibi ventoſi. Detur Diacyminū.

℞. Baccarum lauri num. 20. anethi, rutæ, calamenthi aā M j. fl. camomillæ M. ſ. carui, cymini, aniſi, maratri, ameos, Sem. agni caſti, ſem. rutæ aā ʒ iij. Piſtentur optimè ſimul, & cum melle fiat emplaſtrum. Vel ex his fiat decoctio in vino: & in hanc burſa teſticulorum ponatur.

Herniæ aquoſæ ſignum grauitas.

COROLLARIVM. Hernia aquoſa cum hydropiſi reſpicit curam hydropis.

Diæta ordinetur ad calidum & ſiccum.

Fiat euacuatio aquoſitatis.

Fiat etiam cōfortatio hepatis, ſi ibi ſit defectus.

Emplaſtrum poſt minorationem materiæ apponantur quæ dicta ſunt in aſcite.

℞. Nitri, ameos, ſulphuris añ ℔ ß. Conterantur optimè cum vuarum paſſarum enucleatarum ℥ ß. piſtentur fortiter: fiat Emplaſtrum exiccatiuū.

℞. Sulphuris, nitri, cineris ramorum vitium añ ℥ j. ſtercoris caprarum ℔ j. aceti modicum, mellis q. ſ. pro incorporatione, fiat Emplaſtrum.

COROLLARIVM. Poteſt fieri lixiuium ita forte quod valet tantum quantum Thermæ.

COROLLARIVM. Ex cantharidibus & fermento fiat Emplaſtrum, de quo modicum apponatur, & excitabuntur veſiculæ aqua plenæ.

Sulphur per ſe poſitum ſtat pro ſulphure viuo.

Hernia carnoſa. Cura huius eſt ardua, curaturque per manum chirurgi: à principio cum frigidis ſtipticis augmentum illius prohibentibus corrigatur.

Hernia varicoſa curatur per ablationem teſticulorum; à principio dentur etiam quæ prohibent effluxum humoris.

Herniæ inteſtinalis ſeu Zirbalis cura.

℞. Vrticæ, nucis cupreſſi, ſauinæ, aloës, cort. grana-

granatorum añ p. æquales, contundantur & decoquátur in vino ſtiptico, fiat Emplaſtrum, quod inducatur ſuper locum affectum loco præhumectato cu n mucilagine gummi Arabici. Valet acatia & illius ſuccus.

Contra rupturam valent fabæ tritæ cum vuis paſſis appoſitæ per modum emplaſtri.

Item galia ſola effi. ax eſt in ruptura, non matura, in vino cocta, piſta, appoſita per modum Emplaſtri per integrum menſem cum bombace.

Ad intra comedátur pulueres radicis valerianę. Vide Lanfrancum.

Multi pueri liberantur à ruptura ex decoctione ſaniculæ, detur puero ſæpè bibenda.

Locus ruptus liniatur & emplaſtretur cum oleo & terebinth na.

Ad conſtringendam rupturam: ℞. Artemiſiæ P.j. coque cum cotyla vna aquæ & dimidia in olla petræ; obturetur caput ollæ, & ponatur in clibano per noctem, donec remaneat cotyla vna: bibat de hoc patiens manè ieiunando vſque ad veſperam: ſi hoc faciat, ſentiet mirabilem conſtrictionem rupturæ.

℞. Emplaſtri contra rupturam, oxycroecei añ ℥ ſ. miuæ, lapidis hæmatitis, boli Armeni añ ʒ j. conſolidæ vtriuſque añ ʒ j ſ fiat Emplaſt.

℞. Olibani, maſticis, colophoniæ, boli Armeni, ſanguinis draconis, mumiæ añ ℈ j. conſolidæ vtriuſque añ ʒ j. Incorporentur cum oxymelle. fiant pillulæ.

℞. Quinqueneruiæ, ſigilli Salomonis vel S.

Mariæ,cichorij,virgæ paſtoris añ ʒ 1. rad. acori ʒ ß.enulæ campanæ,m iratri,aniſi añ ʒ j.folij, cinamomi,garyoph.zingib.cardamomi maioris&minoris añ ʒ 2.ſanguinis draconis,lapidis hæmatitis añ ʒ 3.mumiæ ℥ ß.maſticis ʒ 1.boli Armeni ʒ j ß. zuccari q. ſ. fiat puluis pro hernioſis.

℞.Conſolidæ vtriuſque añ M.ß.ſcrophulariȩ, origani,calamenthi,rad.petroſel.feniculi, acori, balauſtiorum,plantaginis añ M j.ſe.maratri,aniſi, cumini,quatuor frig.maior.añ ʒ j. & ſem. bruſci, aſparagi,ſcariolæ,ſigilli Mariæ,viſci quercini,ariſtolochiæ vtriuſque añ M.ſ.contundantur & coquantur in ℔ 3.aquæ ſufficienter, & ſtent in decoctione per noctem,manè coletur, clarificetur, & aromatiſetur ſequentibus ſpeciebus.

℞. Cinamomi, garyophyllorum, zingiberis, cardamomi,nucis muſcatæ añ ʒ 2. Reponantur in ſacculum, & ſyrupiſata decoctione cum zuccaro q. ſ. infundantur in ipſa, mumiæ, ſanguinis draconis añ ℥ ß.lapidis hȩmatitis,boli Armeni añ ʒ 2.Imponatur ſacculus:poſſunt tamen hæc vltimo infũdi & poni in ſyrupo ante clarificationẽ.

℞Conſolidæ maioris,minoris, & mediæ ℥ ß. balauſtiorum,viſci quercini, centaurij minoris, ſem. ameos añ ʒ j. ariſtolochiæ vtriuſque, nucis cupreſſi,ſanguinis draconis,lapidis hæmatitis añ. ʒ j ß. zingib. cinamomi,garyophyllorum añ ʒ ß. caudæ equinæ,ſcrophulariæ,mumiæ añ ℥ ß. fiat puluis ſubtilis.Huius pulueris medietas conficiatur cum melle, fiat Electuarium : & altera cum zuccaro in aqua plantaginis diſſoluatur, & fiat confectio in rotulis.

℞.Con-

℞. Conſolidæ maioris & minoris, caudæ equinæ, millefolij an̄ M j. camomillæ, ſcrophulariæ. plantaginis, origani, centaurij, hyſſopi, ſaluiæ an̄ M j. viſci quercini, rad. feniculi bruſci, petroſelini an̄ M ß. valerianæ, gallarum, nucis cupreſſi an̄ ℥ j. fiat fortis decoctio.

Cura per iſta Medicinalia hoc modo fiat:

Die proxima ſequenti nouilunium ingrediatur ruptus balneum, poſt balneum inungatur cũ vnguento dialtheæ & populeonis in loco rupturæ, tum ſuperponatur emplaſtrum & firmiter ligetur cum bombace, & incipe continuare ſyrupum per 6. dies omni die manè, & ſuper quemlibet hauſtum capiat duas pillulas & ieiunet horas quatuor: in introitu lecti de puluere põdus drachmæ vnius poſt ſex dies ab aſſumptione ſyrupi: vtatur primo loco ſyrupo deinde electuario vel confectione in rotulis manè, vel qualibet hora diei, ita etiam puluere. In fine verò conſolidationis, quæ ſperatur fieri ſpatio vnius menſis, embroccetur locus ſpõgia infuſa in decoctione herbarum, aut euaporetur cum decoctione ex præſcriptis.

Inſpice Guidonem Lanfrancum.

Pro ruptura puerorum quæ non durauit vltra annum.

℞. Parietariæ, pentaphylli, camomillæ, Chamæpithyos q. ſ. pro balneo, in quo lauet per tres dies continuos omni die, & maneat in balneo per tres horas.

Poſt balneum inungatur locus ruptus cum vn-

guento ſequenti: ℞. Ol. camomillæ drac. 1. ſuccl perforatæ vn. ß. ſem. perforatę puluerifatæ vnc. ß. ceræ modicum fiat vnguentum.

DE SPECIEBVS GVTTÆ.

Gutta & Arthritica ſunt generalia nomina fluxionum ad articulos. Gutta dicitur, quòd fiat per guttas, id eſt fluxus humorum; Arthriticæ, quia fit ab humoribus in articulos.

Podagra, chiragra, ſciatica, ſunt nomina particularia iuncturarum, dolorem ſignificantia qui fit in membris.

COROLLARIVM. Podagricus generat podagricum: & hi qui hoc habent à natiuitate, non liberantur, niſi cura palliata & fucata.

Acetum eſt cauſſa guttæ, ergo podagricus ſibi ab illo caueat.

Maxima cauſſa guttæ eſt balneum, tinna, ſtupha, & poſtea exercere coitum, bibere forte vinum, commoueri fortiter, cibi aceto parati.

COROLLARIVM. Podagra vt plurimum fit ex humore groſſo phlegmatico, licet ab alijs quoque fieri poſſit: nam aliquando phlegmati commiſcetur ſanguis vel cholera, aliquando concomitatur ventoſitas.

Galenus. Intemperantes, vini potatores, & guloſos, nullo iuuabis magiſterio pharmacando vel phlebotomando.

Si à ſanguine, nota cauſſas & ſigna.

Cura eſt duplex in paroxyſmo, & ante paroxyſmum: cura ante paroxyſmum eſt præſeruatiua, cum timetur de aliquo quod incurrat podagram ſit mo-

ſit moderata diæta in omnibus ſex rebus non naturalibus. Euitentur omnia illa quæ poſſunt iuncturas debilitare, & multos generare humores.

Et talis in vere phlebotometur in venis brachij & non pedum, quia maximè virtutem proſternit & pedes debilitat.

COROLLARIVM Aliquando & plerumq; ſanguini permiſcetur cholera, & gutta raro fit a pura cholera: talis abſtineat ab omnibus cholerem generantibus.

Fiat digeſtio cum endiuia, & ſyrupo violaceo, & poſtea choleræ euacuatio.

Corollarivm. Abſtinendū eſt à ſyrupo acetoſo. Tempore paroxyſmi, cauſſa remoueatur regulariter operando, & poſtea dolor ſedetur.

COROLLARIVM. Aliquando dolor eſt ita fortis quòd huic primariò intentum eſſe oporteat Medicum omittendo cauſſam.

Si paroxyſmus adueniat, & accidentia non ſunt vltimata, tunc in ſanguineo fiat phlebotomia, in cholerico euacuatio choleræ.

COROLLARIvm. A principio quædam poſſunt apponi quæ prohibent affluxum materiarum & humorum: vt bolus Armenus cum aliquo ſucco frigido, & maximè in craſſis, corpulentis, pinguibus.

Corollarivm. In ancha primò dolor debet ſedari, poſtea remoueri cauſſa quæ ægritudini dat occaſionem.

Ea quæ propellunt dolorem anchæ, non debét eſſe ſuperfluè frigida, neque attractiua.

Sedatio doloris fit poſt vniuerſalia: ſedatur autem per anodyna, ſtupefactiua, & contrariá qualitatem inducentia.

A ſtupefactiuis abſtinendum eſt, vſque dum alia non iuuerint.

℞. Olei roſarum, album oui, ſucci ſolatri añ ℥ 3. conquaſſentur ſimul & illinantur loca iuncturarum dolentia.

℞. Muccilaginis ſem. pſidij factæ cũ aqua roſ. ol. roſarum, nenupharis añ vnc. 3. miſce.

℞. Lactis muliebris, ol. roſarum añ vn. 6. fiat fortis conquaſſatio, imponatur per modum epithematis.

℞. Aquæ roſarum, papaueris ſylueſtris, ſolatri, ſemperuiui añ vn. 2. camphoræ ℈ ß. ſi videatur, adminiſtra aliquid de bolo Armeno.

Papauer ſylueſtre maximè & à proprietate valet in peſte pro Epithemate cordis ex aqua diſtillata, vulgariter **raden / ſchnallen / oder klapperroſen.**

Archiater iubet decoqui origanum, calamenthum, thymum, ſatureiam in acerrimo aceto ad herbarum exuirtuationem. Cum aceto fiat Embrocatio ad ſedandum dolorem calidum.

COROLLARIVM. Solum origanum & mentaſtrum, decoctum in acri aceto valet in dolore calido, locum fomentando & epithemando cum aceto, & herbas emplaſtrando.

Semen geniſtæ, id eſt **pfrimen ſamen /** bis aut ter ſumptum multos præſeruat à podagra, qui

alias

aliàs diris cruciatibus ſæpiſſime affligebantur.

Corollarivm. In omni dolore iuncturarum valde prodeſt vnguentum de cato & anſere, quod eſt Tadæi Gloſſatoris.

Vnguentum de Cato: ℞. Catum pinguem excoriatum & euiſceratum: incidatur in particulas minutiſſimas, dein accipiatur anſer maſculus pinguis & antiquus, deplumetur & euiſceretur, & impleatur venter anſeris cũ cato, & bene ſuatur, aſſetur in veru diligenter: ponatur autem infernè ſartago vltra medium forti aceto repleta, vt emineat ad quatuor digitos, aſſetur tamdiu ſine aduſtione, quamdiu aliquid diſtillat pinguedinis: poſtea frigefacta pinguedo colligatur & in aceto coquatur: reſiduum anſeris in fruſta perſectum cum priori diſſoluatur, & quod ſupernatauerit colligatur ſerueturque ad vſum. Valet ad ſedandũ dolorem podagricum & iuncturarum.

Ad ſedandum dolorem in genere furioſum expertum remedium: ℞. Tres catulos pingues, olei oliuarum ℔ 3. maſticis vnc. 3. coquantur ſimul ad conſumptionem carnium, donec caro ab oſſibus ſeparetur in vaſe duplici: id quod colligitur ſeruetur ad vſum.

Oleum vulpinum, pinguedo catulorum in veru aſſatorum bene valent: oleum autem vulpis debet fieri de vulpe viua.

Corollarivm. Oleum vulpinum non debet diu continuari, quia fortiter reſoluit; quare faceret podagram nodoſam, ſimiliter adeps.

℞. Rad. ulij, fœnugræci, ſeminis lini, iuſquiami

an ℥ 2. olei amomi antiqui, ceræ q. ſ. fiat Emplaſtrũ.

℞. Raphani maioris part. 2. ſalis part. j. conterantur ſimul, & ſuccus exprimatur, cum quo inungantur loca doloroſa.

Valet oleum de lateribus in cauſſa frigida, quod ſic fit: ℞. Laterem de terra rubea factum, qui aquam non eſt expertus: diuidatur in tres particulas & illæ particulæ ponantur ad ignem, donec ignitantur ſicut carbones; deme vnam particulam poſt aliam, & proijce in vas olei oliuarum, ita vt oleum cooperiat lapides, dimittantur diu in vaſe dum oleum imbiberint: deinde accipiantur & ponantur in retortam, quæ benè obturetur luto Alchymiſtarum, ita vt nihil expiret, eliciatur oleum igne carbonum ſuccenſo. Ex ſtercore vaccino ſolo fiat emplaſtrum in cauſſa frigida.

℞. Stercoris caprarum ℔ j. mellis & aceti q. ſ. fiat Emplaſtrum.

COROLLARIVM. Huiuſmodi emplaſtra apponantur corporibus robuſtis; delicatis verò

℞. Oleorum anethini, camomillæ, roſarum an̄ vn. j. vitellorum ouorum quatuor, croci drach. j. miſce, fiat linimentum.

Stercus vaccinum maximè valet in anchis & ſciatica, quod mirabiliter attrahat materiam contentam in articulis.

Emplaſtrum ex ſinapi factum valet in cauſſa frigida poſt euacuationem.

Illinitio cum gallis, hermodactylis, & luto Armeno ſuper membro, propter fluxum cauſſantẽ dolorem, valet in frigida.

Apponatur Cerotum confectum cũ euphorbio & nitro, quod attrahit & diſpergit humores violentos.

Emplaſtrum factum ex ficubus, ſinapi, fermẽto, & aceto, non debet diutius manere quàm locus rubeſcat.

Emplaſtratio cum ruta viridi piſtata cum carnoſitate vuarum paſſarum: ſemper tamen cautela adhibeatur ne nimis reſoluant, & materiam groſſam ſinant lapidificari.

℞. Superioris partis lactis, albi græci quantum volueris, fiat cataplaſma vel puls, condiatur cum croco, apponaturque.

De hyperico ſi bibatur quadraginta diebus, mirabiliter ſanatur ſciatica. Et ſi ſumantur de illius ſemine dra. 2. laxabunt ventrem, & ſanabitur ſciatica, maximè verò tunc, ſi bibatur modicum aquæ calidæ poſt laxationem.

Aſarum pondere duorum aureorum in potu ſumptum laxat humorem viſcoſum ſciaticæ cum aqua mellis: Decoctio foliorum ſalicis effuſa ſuper pedes podagricorũ magno ſunt iuuamento.

COROLLARIVM. In euacuatione obſeruetur hæc regula, vt eiuſmodi pharmacum laxans detur, quod poſt relaxationem reſtringat: vt eſt thabarbarum, myrobalani, pillulę recipientes aloen. Cauendum præterea ne à principio dentur ſolutiua fortia, quę nimium agitando commouendoque humores augeant dolorem.

Galenus in libro Experiment. ponit medicamentum ad podagram & dolorem iuncturarum

ex phlegmate, quo deſtruitur motus: valet ad repletionem debilitatemque neruorũ, & eſt optimum in mulieribus in quibus abundant humores phlegmatici, & valet ad loquendum. Virtus huius Electuarij eſt mirabilis planeque diuina, id quod ego infinities probaui, & a me numquam ſeparaui.

℞. Rad. lilij cæleſtis aur. 20. galbani aur. 6. dauich 4. ammoniaci aur. 10. drac. 2. hellebori nigri aur. 6. ariſtolochiæ longæ aur. 5. roſarum aur. 20. turbith aur. 8. liquiritiæ aur. 10. ſtœchados aur. 8. ſatureiæ, centaurei min. ana aur. 8. ſ. ſquinãti aur. 8. croci aur. j. meu aur. 6. phu aur. 4. Gaſit aur. j. eupatorij aur. 16. Zirungen aur. 10. dra. 8. xylobalſami, carpobalſami ana aur. 8. olibani aur. 2. chamępithyos aur. 16. chamædryos aur. 2. maſtiches aur. 6. aniſi, aſari, gran. iuniperi añ. aur. 5. ſpatanæ, hyſſopi añ. aur. 5. harmel, cumini agreſtis, maioranæ, ſcillæ aſſatæ añ. aur. 8. ſagapeni, ammoniaci, aloes ſuccotrinæ añ aur. 5. coſti, gentianæ añ. aur. 2. origani aur. 7. naſturtij, calami aromat añ. aur. 4. confice cum melle in modum Electuarij. Doſis quantitas auellanæ.

Inſpice Georgium Vallam.

℞. Fol. ſenæ elect. abſque ſtipit. ℔ j. ponantur in muſto certæ quantitatis donec efferueſcat, tale vinum potatum præſeruat à podagra, & laxat humores craſſos, viſcoſos.

℞. folliculorum ſenæ Alex. ℔ 2. ſubmerge in cadis muſti albi, poſt 6. menſes bibe de hoc vino cum aqua bugloſſæ omni die.

345

DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

Cauſſa harum eſt ſanguis menſtruus retentus in poroſitatibus membrorum per naturam fortificatam expulſus. interdum inordinatus & corruptus cibus, vt lac & vinum in eadem menſa, & alia corruptioni obnoxia alimenta.

Signa: pruritus narium, timor in ſomno, dolor in capite, rubedo faciei & oculorum, febris fortis, punctiones in corpore, dorſi dolor, lachrymæ oculorum, vocis raucedo.

Corollarivm. morbilli ſunt magis cholerici & minoris quātitatis, nō pertranſeuntes cutem, cū lachrymis plurimis, inflammatione & anguſtia maiori, minuſque adhæret oculis quàm variolæ.

Variolæ incipiunt apparere ſicut capita acuum vel milij grana, aut ſicut capita formicarum: poſtea multiplicantur & augentur cum magnificatione facientis cruſtam & ſaniem, tandem ſiccantur & decidunt. Vergentes ad rubedinem, ex ſanguine natæ, citò apparentes, ſignificant bonam criſin: violacei autem coloris, liuidi vel nigri, peſſimæ ſunt & mortem inferunt.

Si appareat ſanies virulenta, mors eſt in ianua. Si modò appareant, modò occultentur, & anhelitus ſit difficilis, malum eſt ſignum.

Cura: in plethorico ſanguineo fortis virtutis, fiat venæ ſectio, medianæ primò, poſtea venę quę eſt in ſummitate naſi; quod facilè eſt factu, & infantibus vtile propter malitiam variolarum.

Altera die apparentibus variolis vel morbillis propinetur ſequens decoctum.

℞. Ficuum albarum num. 10. lentium mundat. vn. j. lacæ dra. 2. tragacanthi, ſem. feniculi, cydoniorum añ dra. 3. zuccari clarificati quart. j. decoquantur in aqua ad remanentiam ℔ 3. detur de hoc manè & ſerò.

Infantibus autem poteſt dari ſuccus citri vel granatorum, aut rob ribes cum zuccaro. Adultis ſi peccet ſanguis aut cholera cum febre, poſt ſectionem venæ ſi opus ſit, digeratur materia peccans cum oxyſacchara, ſyrupo violarum, ſyr. de fumo terræ.

Si materia fuerit melancholica, digeratur cum ſyr. de borragine, fumi terræ, ſyr. de Byſantijs. Embrocatio vt citò expellatur: ℞. fol. apij, feniculi añ M 3. lentium mundat. ℔ 2. bulliant in aqua, & cũ adhuc eſt tepida, intingatur linteum in illo decocto & eo expreſſo patiens inuoluatur.

Oculorum defenſio: ℞. Aquæ roſarum vn. j. aquæ decoctionis ſumach vn. ß. camphoræ Gr. j. miſce.

℞. Aquæ decoctionis coriandri, roſarum, ſumach añ vnc. 2. croci, camphoræ añ ℈ j. aquæ albuminis ouorum vnc. j. miſce & cum bombace frequenter oculi irrorentur. Vel

℞. Acatiæ, licij, croci añ. drac. j. camphoræ ℈ ij. diſſoluantur in aqua roſarum, & frequenter cum pluma inſtilletur in oculos.

Si in oculo appareat veſicula vel rubedo, imponatur collyrium album, cuius hæc eſt de ſcriptio:

ptio: ℞. Ceruſſæ ablutæ drac. x. ſarcocollæ nutritæ drac. 3. tragacanthi dra. j. opij dra. ß. miſce cum lacte muliebri, inijciatur.

Gutturis cuſtodia fit lambendo diamoron, ſuccum granatorum.

Contra viſcoſitatem oris & colli: ℞. Aquæ vini añ. ℥ 4. aceti ℥ 2. mellis cochleat vnum, granorum piperis nigri non contuſorum, ſed integrorum num. xx. pyrethri quantitatem vnius digiti: Fiat leuis ebullitio, gargariſetur, extrahet mirabiliter viſcoſam materiam: fac ter vel quater in die.

Ad raucedinem & defenſionem pulmonum lambatur Diapapauer cum ſyrupo aliquo mixtus, vel ſyrupus de papauere, vel in decocto liquiritię, ficuum, iuiubarum, ſebeſten diſſoluatur modò dictus ſyrupus, adde ſub finem aliquid tragacanthi. Sumat de lacte calido caprarum.

Nares cuſtodiantur per immiſſionem ſucci menthę cum ſantalis, admoueat acetum naribus.

Ad os, ℞. Lentium excort. tritarum ℥ j. ß. ſem. papaueris albi ℥ j. Conſeruæ roſarum ℥ j. cum Iulep roſarum miſce, fiat lohoch.

Ad aſperitatem linguæ: ℞. Aquæ portulacæ ℥ j. ſem. pſillij gr. x. ſtent per noctem: poſtea intingatur ſpõgiola vel petia lini rara, applicetur quater in die vel ſæpius. Valet etiam aqua prunellæ & papaueris nigri ſylueſtris.

Inteſtina conſeruentur cum cidonijs coctis cũ zuccaro, vel miua cidoniorum, diacidonite, & alijs reſtrictiuis, rob acetoſis.

Fluxus ventris reſtringatur medicinis notis.

NOTA: Si maturæ ſint variolæ poſt 7. diem, rumpantur cum acu: auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foueas: vel ſcindantur cũ forfice, ne iterum claudantur: dein aſpergantur hoc puluere.

℞. Salis, farinæ lentium, fabarum, orobi, lithargyri, ceruſæ an. dra. 1. fiat puluis, aſpergatur colectus patientis.

Veſtigia Variolarum in facie remoueantur.

℞. Ceruſæ lotæ, lithargyri aurei loti, pulueris rad. arundinis adulſtæ, cocularum marin. ol. lil. ceræ albæ q. ſ. miſce ad ignem, fiat vnguentum.

Optimum eſt ad vlcera variolarum, vt patiens interdum ingrediatur balneum; & ſi vult faciem abluere, lauetur cum aqua, in qua ſit diſſolutum amilum & oriza fracta.

Item vtatur diæta impinguatiua: & foueæ carne impleantur.

Cibus eorum eſt auenatum, hordeaceum cum lacte, amygdal. conditum, amygdalæ, vuæ paſſæ, iuiubæ, lentes coctæ cum duabus aquis. Item brodium pullorum iuuenium cum lentibus coctis & agreſta. Panis fermentatus coctus. Vinum clarum rubrum odoriferum, cum aqua hordei lymphatum. Vtatur fructibus & ſuccis acetoſis, æger decumbat in aere mediocriter calido, ne ſyncope ſequatur aut ardor febrilis augeatur, aſpiciat rubrum pannum.

In ſyncope ob nimiam febrem poteſt leuiter & paulatim aer frigidus admitti.

LVCAE

349

LVCAE GHINI MEDICI BONONIEN. OLIM clariſſimi.

MORBI NEAPOLITANI curandi ratio perbreuis.

OMiſsis quæ de appellatione huius morbi, eiuſque origine ſcribunt authores: rem ipſam aggrediar, & primum morbi Neapolitani naturam ſeu eſſentiam explicabo: Deinde cauſſas, poſtea ſigna: Denique curationem, qua potero breuitate.

I. Eſſentia. Eius intemperies conſiſtit in intemperie frigida & ſicca per contagium acquiſita, vt ex puſtulis & alijs ſymptomatibus apparet. Montanus ſcribit eſſe intemperiem calidam & ſiccam habentem varia ſymptomata pro intentione & remiſſione ſui, quam & Manardus ſequi videtur. Mihi videtur verior eorum ſententia, qui

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſcribunt ab initio eſſe intemperiem calidam & ſiccam, cuius ſignum eſt, quòd tunc magis lęduntur, quam iuuantur à Guaiaci decocto: & tunc etiam vlcera & puſtulæ ex humoribus aduſtis ortæ conſpiciuntur. At temporis tractū ſuccedit intẽperies frigida, diminuto hepatis naturali calore, propter diminutam ipſius ſubſtantificam humiditatem, quæ illius fons eſt & pabulum. Rondeletius contra hos cenſet eſſe intemperiem frigidam cum materia viſcida, craſſa, corrupta & putrida, idque multis probat argumentis, præſertim à iuuantibus, item à doloribus nocturnis, & flatibus. In morbo gallico primitus afficitur HEPAR, cuius facultates præ cæteris læduntur: poſtea infectio tranſit ad cerebrum, & tandem cor impetitur: vnde tres morbi iſtius ſtatuuntur gradus: læſis actionibus vel naturalibus ſolum, aut ſimul & animalibus, aut omnibus ſimul naturalibus, animalibus, vitalibus. Primus gradus dicitur eſſe difficilis curatu: Secūdus difficilimus: Tertiùs penitùs inſanabilis.

Quod vero iſtud venenum primo loco Hepar petat, rationem referunt ad proprietatem occultam, quemadmodum etiam alia venena à tota ſubſtantia quampiam particulam certam lędunt, vt refert Gal. ad Piſonem: aut quia intemperies illa per contagium impreſſa, particula illius venis facilius communicatur, quam arterijs aut neruis, quæ minus ſunt ad patiendum idonea, vnde per ſucceſſiuam alterationem intemperies ad hepar progreditur illudque inficit. Secundo loco eſt cerebrū

rebrū

351

rebrum mollius&magis ad patiendum idoneum, quam cor propter ſubſtantiam ſcilicet mollem & calorem debiliorem, magis tamen reſiſtit quàm hepar propter rationem dictam,& quia calidæ & ſiccæ intemperiei ſuo temperamento reſiſtit.

II. Cauſæ.Externæ ſeu præincipientes ſunt, quæcunque gallicæ luis fomitem continent & contagium inferre poſſunt: imprimis verò eſt coitus cum infecta propter partium raritatem, quæ augetur ex motu, ita vt halitus ex ſordibus exeuntes copioſiores recipiant facilius,qui huius luis contagium promptiſſ. impertiunt. Internæ ſeu antecedentes ſunt humores ab hepatis intemperie exuſti,nunc ſimplices, nunc compoſiti,pro varia ægroti natura.ratione victus, aëris conſtitutione, & alijs,quæ corpus noſtrum poſſunt alterare.

III. Signa demonſtratiua morbi gallici (ea enim in ipſius noticiam nos deducunt) ſunt varia ſymptomata,aliquibus plura,ſęuiora,in pluribus partibus pullulantia,aliquibus verò contraria.Ea etiam primis temporibus fuêre atrotiora quam nunc.Vlcera in pudendis varia, aliquando horribiliter erodentia, aliquando mitiora: Bubones, ex iſtis enim morbum adeſſe conijcimus, ſi & ſequentia aſtipulentur, vt triſtitia, pallor, macies, laſſitudo&grauitas mẽbrorum, pigritia: Vrina rubra,craſſior&diuulſa. Hinc vlcera ex multa sãguinis aduſtione. Puſtulæ, quæ ſolent ferè apparere in partibus ſuperioribus corporis, euaporationibus ſurſum continuc latis: primũ ſunt cruſtoſæ &

paruæ, mox augentur, donec fiant inſtar cooperculi glandis, fiſſuræ extremitatum, dolor capitis intenſior ſub veſperam & noctem, pilorum defluuium, tumores, vlcera faucium, gingiuarum perinde vt & aliarum partium. Morbo perſeuerante plurimum pituitæ gignitur, quæ ſimiliter à natura ad diuerſa loca propulſa tumores parit nunc duriſſimos, nũc molliores cum carie oſſiũ. Dolores intenſiſſimi in ſpatijs intermedijs iuncturarum à meridie per totam noctem grauius affligentes. Febris aliquando ſegnis & vniformis nocturna: dolor enim circa noctem eſt grauior, quoniam à calore fouente & ventoſitates diſſoluente deſtituta membra magis dolore afficiuntur. In vigilia enim ad actiones animales obeundas extra fertur, tum etiam ſolis lumine excitus partes exteriores petit. Si præterea intemperies & ad cerebrum ſerpat, ex ſuperfluitatibus multiplicatis fiũt capitis dolores, tumores, cranei corruptio, nec nõ aliquando membranarum. Prauæ deſtillationes, paraliſes, conuulſiones, tuſſis, aſthma, & plura alia mala, ſenſus obtuſiores, aurium tinnitus, oculorum lippitudines, lachrymæ, tumores & vlcera. Vltimo ſi ex nutrimento corrupto, etiam cor inficiatur, ipſius humiditas abſumitur, pulſus fiunt duri & parui, vitalis vis exoluitur: cordis tremor & palpitatio contingit, & tandem mors ipſa conſequitur. Nec verò cura eſt tentanda, ſi morbus ſit incurabilis. Talis verò eſt ſi caries oſſa præhenderit, ea enim niſi igni non remouebitur. Incurabilis etiam eſt inueteratus valde,

valde, quando ſc. tumores duri & gypſei circa oſſa exriterint. Si præterea adſit maraſmus, vel aſthma, vel coloris liuiditas, vel vlcera in faucibus oſtracoſa & maligna: item morbus eſt curatu difficilimus, ſi multæ partes ſimul patiantur tumores duros, vlcera & dolores. Vt ergo ſcias qui facilior ſit curatu, qui minus, oportet conſiderare tẽpus ſeu ætatem morbi, mẽbra læſa, mores morbi, materiam peccantem, ſymptomatum naturã & numerum, anni tempus & conſtitutionem, patientis ſexum, ætatem, præteritum regimen, aërem, regionem, cõſuetudinem, quibus omnibus optime cõſideratis, & de morbi euentu preſagies, & curabis facilius ac cum maiore laude ac fama.

Sanitatis deperditæ recuperationem naturâ præcedit eiuſdem præſentis conſeruatio. Coituri ergo (abſtinentia verò omnimoda optima eſt preſeruatio) membrum prius abluant optime acero aut roſaceo aut aceto ſolo. Extinguit enim malam intemperiem & putredini reſiſtit, vnde melius eſt vino, quod non refrigerat, licet exiccet, roſaceum verò intemperiem in profundo nõ tollit. At ſi qs negligentior fuerit in abluendo, & congreſſus cũ infecta ſentiat quaſi puncturas acuum in glande, timẽdum eſt de puſtulis, quare ſæpe partes aceto abluat. Si puſtulæ iam appareãt ſæpius in die illas abluat aqua plantaginis, in qua partes duæ aluminis & pars dimidia æruginis æris ebullierint. Si vlterius malum procedat, iam curatione opus erit, non tantum præſeruatione, interim patiens victe ratione ad frigidum declinante vtatur, nec non

talibus, quæ hepar refrigerare & roborare poſſint, faciendo ex iis decocta & ℥ 7. aut ℥ 6. exhibẽdo quotidie mane, poterunt addi & ſerapia vt ſit gratius quæ & refrigerent & corroborent HEPAR. Laudatur vſus Diarrhodon abb. Diatrionſantali, & ſaccari roſati cum theriaca, mithridato, diluendò ʒ ß. cum decocto ſuperiori, carduo B. ſcordio, & ſimilibus malignitati & venenoſitati reſiſtentibus, vt hepar confortatum intẽperiem pudendis impreſſam repellat, & ſe ab infectione defendat. At ſi pręſidijs iſtis nihil valentibus intẽperies hepar arripiat, luis gallicæ curatio aggredienda eſt: in qua, periade vt in morbi eſſentia, plurimum variãt auctores. Alij enim ſolum ſyrupis, alij decocto ligni, alij ſuffumigijs, alij ſudorificis, alij vnguentis, alij aliter curant. Si ergo morbus eſt in principio, & nondum gummoſitates apparent, nec pituitæ eſt redundantia; ſtatim ex natura eius inſurgunt duæ indicationes, vt ſc. malam intemperiem cũ contrarijs alteremus, & malignitatem adiunctã, cum ijs q̃ à tota ſubſtantia ſunt contraria, frangamus: Alexiteria & Alexipharmaca Græci, Bezoartica Arabes vocãt. Bezar enim eſt lapis theriacũ referẽs in facultatib. ſignificat hoc nomen oẽ id, ꝓ venenũ ꝓpellit. Tale. a. eſt in hac lue Guaiacũ, vt in Elephãtiaſi caro viperatũ. Aduerſatur ergo morbo ſua occulta ꝓprietate plus q̃ calididate & ſiccitate qualitatibꝰ ſc. manifeſtis nocet. Alij alia alexipharmaca ſtatuerũt in hac lue, vt argẽtũ viuũ, alij aſperæ ſmilacis, alij chinæ radicẽ, alij oleũ ex chalcantho chymicè extractũ, alij alia.
Sunt

Sunt qui ponant viperarũ carnes,cum ſc.credant morbum iſtum originẽ duxiſſe per contagium ab elephantiaſi in eum degenerante. At quia in corpore ſunt humores exuſti à mala illa intemperie & in corpore coaceruati, cũ pro nutricione ſint inepti,ideoque ſuperflui,vt ijs euacuatis intẽperies poſſit alterari,cum quę ſint craſſiores,nec nõ viæ forte non ſunt benè liberæ & peruiæ,ideo humores ſunt attenuandi, abſtergendoque eos viæ aperiendæ,ſemper tamen nobis obſeruantibus, vt materias communes in ventre prius aliquo leniente educamus,vt poſtea & ſanguinis miſſio, qua frequẽter opus eſt,tutius celebretur. Lenito ergo ventre venã ſecamus(ſanguis enim pręparatione illa humorũ & viarum non indiget)poſtea præparamus humores ac vias. Deinde Cathęretico aliquo humores præparatos educimus,vt tandem malam intemperiem & malignitatem emendare poſſimus:membrum enim omne,quod ad proprium temperamentum reducere intendimus,prius ab omnibus ſuperfluitatibus emundandum eſt. Pro lenitione alui communiter vtimur communibus lenitiuis,in primis caſſiæ vnc. j.cũ ℥ ß.thymi,origani,aut epithymi pp flatus. Vel

℞. Mannæ pinguis recentiſque, qualis eſt Calabrenſis, vnc.ij. aut vnc. ij. ß. aut iij. cum decoctione florum & fructuum cordial.aut decoct paſſularum, prunorum, ſebeſtem, borag. aut eum iure pulli gall. in quo paſſulæ prius ebullierint, diſſoluatur. Sunt & lenitiua compoſita, quæ & ventrẽ leniũt & humores præparãt,vt Dia-

caſſii in bolo, aut decoctione communi, Diacatholicon, Elect.lenit. Diaſebeſten lenitiuum, ſuntque exhibenda ante cibum dimidiatæ horæ ſpacio: Gal.2.de facul.alimēt.c. de prunis. A lenitione interpoſito vno aut altero die, venæ ſectio fiat in media, ſitàm caput, quā inferiora noxā ſentiant; aliàs verò ſecetur Baſilica, non capite, ſed inferioribus laborantibus. Si caput malè ſit affectū, cephalica: fiatque foramē latius, ne ſanguini malo & craſſo negetur exitus, extrahaturque pro virium ratione ab ℥ 6. ad ℥ 12.

Conuenit ergo venæ ſectio in principio, de pceſſu enim tēporis eſt dubium propter dominiū pituitæ. Natura enim ſuper reſiduum potentior redditur, & calida intemperies aliquo modo remittitur. Interea verò Medicus ſeminarium contagionis non negligere debet, ſed omni ſtudio in id incumbere, vt vlcera illa in pudendis & alibi, vnde origo mali eſt, curentur. Nam contagium hepati communicare non ceſſabunt, quouſq; extinctum & curatū fuerit ſeminarium. Deinde optimè debet inſtituere victus rationem, quæ ſæpè ſola morbum curauit. De ea omnium DD. libri ſunt pleni, quos debetis conſulere. Tertia intentio eſt vt humores educendi præparentur & viæ reſerētur. Sunt ij per exuſtionē craſſi redditi: ergo debent attenuari per frigida videlicet, aut ſaltem tēperata propter intēperiem calidā & ſiccam. In proceſſu morbi attenuantibus calidis erit vtendum. Vtimur ergo in primo ſyr. acetoſo, de acetoſitate citri, de ſucco limonum, arātiorum, granat.

acido-

acidorum,Endiuia,viol.ſ.oxyſacchara, de nenuphare, ſyrupo ex infuſione roſarum recentium.

Temperata cõpoſita:Syr.de lupulo,de adiantho,fumo terræ,oxymel.ſ.de borragine,de corticibus citri,Byzantinus,de cichorio ſ.i hab.ſyr.Sabor.Calida verò ſunt ſyr.de thymo,de epithymo, de eupatorio,de pomis compoſ.de ſtæchade, betonica, de iua, acetoſus compoſ. oxymel. comp. acetoſus diarrhodon.Hi ſunt in communi vſu, & poſſunt ab ingenioſo medico plures ſimili modo parari,quos Magiſtrales vocant.Ex prædictis tàm in alijs morbis,quàm in gallico,ſyrupi varij directi ad membra in quibus mali huius minera reſidet,parari poterunt.Habentur autem medicorũ quorũdam cõpoſitiones celebratæ,quibus multi feliciter vtũtur,ad humorũ præparationẽ & euacuationem.Alij laudãt flaua bile & ſanguine peccantibus decoctionem capilli ven.aut fumi terræ, de quibus vide Meſuem 6.antidot. Montanus ſequentem ſyrupum maximè celebrat.

℞. Myrobal.citrin.cheb.Indorum añ vnc.ß. contuſa groſſo modo infundantur in IIII.℔.aquæ fumiterræ mediocriter calefactæ per XXIIII.horas. Deinde adde polypodij quer. fol. ſenæ oriental. epithymi veri añ ℥ 6.liquiritiæ mundæ & raſæ ℥ j. garyophyl.℥ 2.ſem.citri,cort.rad. hellebori nigri añ drachm.j.cinamomi elect.drãchm.ß.contundenda contundantur & bulliant ad aquæ partis 4.conſump.Deinde recipe colaturæ ℥ 6.aut minus, quotidie manè propinetur inſtar aliorũ Syruporum:præparat enim & euacuat humores aduſtos.

Elidæus quoque Medicus Bononien. clariſſ. quodam ſyrupo proſperè vtitur, vt & Nicolaus Maſſa, quorum deſcriptiones vulgò habentur: ſequenti ergo ſæpè ſum vſu.

℞. Seri caprini toties percolati donec in colatura nihil caſeoſi remaneat vn. 15. paſſularum vn. ß miſce, bulliant ad iiij. partis conſumptionem. Dein adde cardui B. agrimoniæ, fumiterræ añ M ß, betonicæ, iuæ añ ʒ 2. epithymi veri ʒ j. Iterum bulliant 20. ebullitionibus. Demum adde fol. ſenæ orient. vn. ß. & vnica ebullitione bulliant. Remoueatur ab igne, manè fiat colatura, cũ expreſſione, quæ calidè bibatur.

Svessæ ſyrupus peccante pituita ſalſa, poteſt etiam recipi in lepra.

℞. Rad. fen. petroſel. apij, opopodij, endiuiæ, bugloſſæ añ vn. 2. chamædryos, calamenthi añ M j. capil. Ven. M 3. agarici optimi in petia ligati dra. j. aquarum fumi terræ, ſcabioſæ, lupulorum añ ℔ j miſce, & bulliat ad caſum dimidij, colat. adde ſuccorum depuratorum, fumi terræ, ſcabioſæ, endiuiæ añ vn. 3. Sacchari q. ſ. miſce, & ex arte fiat ſyr. cuius vn. 2. aut vn. 3. erunt exhibendæ dilutæ cum vnc. 4. decocti ſcabioſæ, fumi terræ, lupulorum.

Bile flaua peccante:

℞. Succorum depur. endiuiæ, lactucæ, lupulorum, borraginis, fumi terræ añ dra. 7. aquæ emulſionis, ſem. com. frigid. maior. vnc. 6. fol. & ſem. portulacæ vn. 7. iuiubarum vn. 3. prunorum Damaſcenorum num. 15. epithymi drac. 3. violarum, roſarum rub. añ M. 2. Rhabar. el. in petia ligati ℈ 2.

Con-

Contundéda contundâtur, & bulliant ad 3. partis ſuccoru depurat. conſumpt. Colat. adde aceti q. ſ. & ſacchari albi q. ſ. fiat ſyr. ſ. a. cuius exhibeantur vnc. 2. dilutæ cum decocto endiuiæ & fumiterræ.

Atra bile peccante:

℞. Rad. borraginis, bugloſſ. polypodij, cort. rad. capparum, rad. tamariſci añ ℥ 2. cuſcutæ, chamædryos, chamępithyos, ſcabioſæ, añ M. j. fol. ſenæ orient. roſarũ rubrarũ, violarũ añ ℥ ß. epithymi ℥ 3. aquarũ ſcabioſæ, lupulorũ, fumi terræ añ ℔ j ß. miſce, & ex arte decoquatur ad 3. partis cõſumpt. col. adde ſacchari albi q. ſ. & fiat ſyrupus, cuius ℥ 2. ſingulis vicibus propinentur, dilutæ cũ ℥ 4. decoctionis capillor. Veneris, fumi terræ & lupulorũ.

Syrupi deſcriptio, quo feciliter in multis sũ vſus. ℞. Foliorũ ſenæ orient. ℔ 2. ß. pulpæ tamarindorũ ℥ 6. paſſularũ ℥ 3. prunorũ Damaſcen. num. 15. polypodij quercini ℥ 5. epithymi ℥ 2. ß. florũ borag. recent. violarũ añ M. j. agrimoniæ, cardui ben. capilli Veneris recentiũ añ M. 2. betonicæ, chamæpithyos añ M. j. ſuccorũ depurat. endiuiæ, lupulorũ, fumi terræ añ ℔ 2. Tamarindi, pruna, paſſulæ, polypodiũ, bulliant donec pruna & paſſulæ cocta fuerint, tunc reliqua adde, & bulliãt xx. ebullitionibus. Vltimo adde infuſ. roſarũ recentiũ, ſepties reiteratæ, l. x. & vnico feruore bulliat. Poſtea xv. aut xx. horarum ſpacio tranſacto coletur & cum ſaccharo q. ſ. fiat ſyrup. ſ. a. In fine adde, vt odoratior ſit, galliæ muſcatæ Meſuæ ℈ iiij. Si præparandi & leniter euacuãdi ſit intentio, exhibeantur vnc. ij. dilutæ cum decoct. agrimoniæ, capilli

Veneris, cardui ben. ℥ 4. Si euacuandi intentio fuerit ℥ 5. vſque ad 6. eodem vel ſimili decocto dilutæ exhiberi poſſunt.

Debent autem tales ſyrupi & ſimiles exhiberi, non ſtatim à ventris lenitione, ſed vel tribus vel quatuor à purgatione diebus.

In principio verò vtendum ſyrupis præparatorijs, quibus nulla educendi vis inſit. Poſtea his vtendum, vt materia contumax blandè præparetur & educatur.

Quarta intentio eſt, humores præparatos euacuare, qui cum omnes aut aduſtionem ſapiant & atrabiliariorum naturam induerint, aut pituitoſi ſint, ſingulis pharmaca opportuna sũt inueniẽda.

Pro aduſtis humoribus in vſu ſunt multa tàm ſimplicia, quam compoſita: inter quæ primum locum tenet Elleborus niger, qui optimè omne quod corruptum ſanguini ineſt euacuat, vnde multis morbis eſt vtiliſſimus.

Corrigitur, ſi in aceto roſaceo per diem integrum infundatur, deinde exiccetur, idque bis aut ter: poſtea verò toties & ſimiliter in ſucco cydoniorum, in quo aliquid gummi Arabici diſſolutũ fuerit. Eius ita præparati & ſubtiliſſimè triti ℈ 3. exhiberi poſſunt cum ℥ j. Mannæ in brodio pulli aut ſerocaprino optimè percolato diſſolutæ. Eſtque hæc doſis mediocris, quæ augeri & minui poteſt ſecundum ægri vires. Si infuſio magis placeret, debilioribus ʒ j. fortioribus 2. mediocribus j ß. infundes per diem naturalem vel 12. horas in iure pulli aut aqua hordei, in qua paſſulæ & aniſũ

prius

prius cocta fuerint,aut in ſerocaprino, vino dulci,aut alio quopiam liquore, ſintque illi liquores actu calidi.

Argenti viui calcinati Paulus meminit lib. 7. de colicis & ileoſis: a recẽtioribus Chirurgis commendatur ad vlcera maligna & ſordida, quæ optimè perſanat ſine dolore. Datur & in morbis atrabiliarijs ac ſæuis, non ſolum in Gallico. Modus quo id conficitur talis eſt.

℞. Aquæ qua aurifabri aurum ab argento & alijs metallis ſeparant, ℔ j ß. argenti viui ℔ j. miſce, & ponatur in bocia ſeu cucurbita vitrea, quæ in olla ponatur, & cinere cribrato vndique muniatur & circumdetur. Quod ſi vis aquam colligere, quæ iterum ad hoc opus aut alia vtilis erit, Alembicum vitreum cucurbitæ ſuperponas, & colla farinacea petijs inducta commiſſuras optimè claudas, ne vlla perſpiratio fieri poſſit. Ollam in furnello aut paruo fornace colloca, & ignem ex carbonibus ſubmitte, primo debilem qui ſenſim augeatur, quouſque nihil fumi aut vaporis ex cucurbita aſcẽdere conſpicies, eam remoue ac frange, & partem illam argenti viui, quæ in colorem rubicundum verſa fuerit, ſume & ſubtiliſſimè cõtere: qui puluis in ęrea caciola poſitus per 3. aut 4. horas continuè agitetur, & moueatur caciola ſuper ignem conſtituta: aliqui inter agitandũ puluerem aqua ardenti vocata irrorant, alij roſacea aut plantaginis, alij primo aqua ardenti, deinde roſacea. Sic enim dicunt omnem aquæ illius malignitatem extingui, quam argẽtum viuum ab ea

extinctum ebiberit. Iſte puluis vocatur præcipitatus, cuius doſis ſunt gr.3. ad 5. quæ ſaccaro violaceo inuoluta ęgro dantur. Verùm ante pulueris aſſumptionem ferculum ex pane in iure aut aqua cum butyro decocto præſumat, ne ventriculus erodatur aut mordicetur. Laborioſe purgat ſuprà & infrà, vt & lapis Armenus & Cæruleus quando illoti dâtur: ideo abluendus eſt, ſic enim fit innoxius, vt multa experiētia didici. Lauetur ergo tricies, deinde vicies cū aqua pura, cum roſacea, vltimò exiccat⁹ irroretur ſucco coroneorū, in quo aliquid gumi Arabici diſſolutum fuerit. Exiccatū vſq; ad decē vices, rurſus irrorabis & exiccari permittes. Eius ita prępatati gr.4. robuſtioribus 5. exhibeo, addo maſtiches ℈ j. ſaccari violati ʒ 2. fiat bolus, qui datur vt ſuprà eſt memoratū. Poſſunt & alia miſceri, vt Diarrhodon abb. Diamuſchum aromat. roſ. aut ſpeciēs lætificantis Rhaſis.

℞. Præparati pręcipitati gr.4. maſtiches ℈ j. ſpecierum El. de Gemmis aut Diarrhodon abb. ℈ j. Saccari boraginati, nenupharini, aut violati, roſacei, vel Electuarij de Gemmis aut Diarrhodon ʒ 2. miſce, fiat bolus. Si peſte aut colica affectis velis exhibere, admiſcebis ʒ j. Theriaces. Puluis ille ꝑfectò eſt optimus, & ſæpè, ſi morbus Neapolitanus ſit in principio, bina aut terna exhibitione ꝑ interualla ægri curati ſunt, maximè ſi obſeruentur, quæ dicam de membrorum confortatione, & reliquiarum abolitione. Si eodem velis vti ad vlcera exteriora, abluendus eſt aqua pura, & deinde aqua plantaginis, & irroretur ſucco plantaginis,

ginis, millefolij, aut alterius herbę ſine morſu ſiccantis & refrigerantis. Aliqui cum cauernoſis vlceribus cum liquore aliquo infundũt, ſed caueatis: ſolent enim ſequi peſſima accidentia. Ergo aut aliis vtimini, aut hoc in parua quantitate omnino & per interualla. Aqua aurificum paratur ex lib. 2. vitrioli, aluminis ℥ 16. ſalis ℔ j.

Compoſita aduſtos humores purgantia in vſu ſunt iſta: Confectio Hamech, Diaſenæ ſol. Diacatholicon, El. de Pſillio Meſues & Montagnanæ, pill. de Fumo terrę, de lapide Armeno, Lazuli, Indæ pillulæ. Similiter doſin, præparationem correctionemq; medicamentorum pituitã euacuantium petes ex Dioſcoride, Galeno, Meſue, Aëtio & alijs. Compoſita ſunt, Diaphœnicon, Diaſebeſten ſolut. Indum maius, Diaturbith Mõtagnanę, Hiera ſola & cõpoſita cum Agarico, Hiera Logodionis, Diarob. cũ Turbith, Diarob. cũ Agarico ex Petro de Tuſſignano, Diacarthamũ Nicoli Florentini, Trochiſci Alhãdal, de Violis, de Agarico, pillulæ aggregatiuæ, Alephãginæ, de Hiera, Sarcocolla, fœtidæ, de Euphorbio, Lucis maiores, de Agarico, Serapino, Opopanace, Hermodactylis maior. Cochię, Azaiereth, Arteticę. Præterea innumeræ purgantium ſunt deſcriptiones ab illuſtribus Medicis excogitatæ, qualis eſt iſta D. Benedicti Victorij: ℞. Specierum Hieræ ſimpl Galeni, Epithymi, Agarici, lapidis Armeni præparati vt diximus añ ʒ 2. ß. Myrobalanorum Indorũ, Citri. Chebulorũ, Diagridij añ ʒ j. Stœchados, polypodij quer. Elleb. nigri pparati añ ℈ 2. omnia ſubti-

liſſime pulueriſentur, & cum roſacea fiat paſtillus. Doſis a ℈ 2. ad ℈ 4.

Multi vtuntur decocto Colocynthidis, præſertim ſi humores pituitoſi & dolores apparent.

℞. Pulpæ Colocynthidis à ſem. optimè purgatę & leuiter contuſæ ʒ 3. ſpecierum Diatragacanth. frigid. ʒ j ß. vini pauciferi dulciſſimi, quale eſt Trebianum ℔ 3. Colocynthis & ſpecies in petia linea infundantur in vino per 24. horas. Poſtea leuiter & parum bulliant in vaſe duplici, vinum illud reliquis abiectis in vitreo vaſe optimè clauſo vſui ſeruetur. Doſis eſt ab ℥ j. ad ℥ 3. pro viribus ægri. propinetur per interualla ter aut quater ſine moleſtia. Euacuat, & dolores ac vlcera pſanat. Alij ſic parāt.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ, leuis & à ſeminibus purgatæ, & minutiſſimè inciſæ ℥ j. gummi Arab. tragacanthi añ ʒ j ß. contuſa miſce: infundātur in ℥ 3. aquæ roſaceæ, & totidē ſucci cotoniorum, per 12. horas: ſiccetur, & rurſus infundatur & ſiccetur, adeoque tertio, ita vt ſingula vice omnia renouentur, excepta pulpa. Eam ita præparatam, infunde in petia per diem integrum in 4. ℔ vini dulciſſimi. Dein leuiter bulliat per 4. partem horæ. Vinum id, pulpa abiecta, ſeruetur; vt dictum. Doſis ab vn. ß. ad vn. j. ß vel ad vn. 2.

Alij pro magno ſecreto Electuarium ebulinū habent: ℞. Ebuli granorum perfectę maturorum ℔ 2. Agarici optimè contuſi vn. j ß. vini Maluatici optimi cyathos 2. grana manibus comminuas, & omnia miſce, & vnius diei naturalis ſpacio omnia dimittantur in teſtula vitreata, dein leuiter co-

quan-

quantur ad vini conſumptionem, colentur omnia cribro ſetaceo, addaturque miuæ ſ. ſyrupi aciditatis citri & ſacchari albi ad parē colaturæ quātitatem. Dein ad ſingulas totius compoſiti libras lapidis Armeni, ellebori nigri præparati añ dra. ij ß. ſpecierum Diambræ dra. ß. miſce, & ſecundum artem fiat Electuarium. Doſis eſt à dra. j ß. ad dra. 3. robuſtioribus ad vn. ß.

Sequenti die à purgatione vn. ß. ſaccari roſati, aut vn. j ß. miuæ ſimplicis exhibenda erit pro ventriculi roboratione, quieſcatque ęger per tres aut quatuor dies: in quibus per horas tres ante prandium dra. 2. aut 4. aromat. roſati, aut diarrhodon abba. aut aromat. garyophyl. aut electuarij de gēmis, aut citri conditi capiat, vt foueatur calor & membra naturalia confortentur. Ventriculo etiā ſi natura ſit debilis, extrinſecus adhibēda ſunt robur conciliantia. Elapſis tribus aut quatuor aut 5. iſtis diebus, cum vię ſunt apertæ, & humores pręparati, prædictæ decoctiones, quæ & præparandi & euacuādi vim habent, ſunt offerendæ, vt dictū; ita tamen & in ea doſi vt non vltra duas vel tres ventris deiectiones faciant. Quibus per dies aliquot aſſumptis æger iterum euacuandus erit, vel pharmaco aliquo, aut intregra eorum ſyruporum doſi. A purgatione membra rurſus confortanda per 5. aut 6. dies. Interea verò & humores prauos ad cutem protruſos & dolores ac vlcera excitantes euacuare ſtudebimus admotione cucurbitularum varijs partibus, modica corporis frictione cum oleis rarefacientibus & diſcutientibus, vt:

℞. Ol. camomillę ℔ j. vini albi optimi ℥ 6. miſce, & bulliant ad vini conſumptionem, quo calido totum corpus inungatur & perfricetur. Vel

℞. Camomælini ℔ j ß. rad. althęæ contuſarum vn. 4. rad. cucumeris aſinini vn. 2. vini albi optimi vn. 15. miſce. bulliant ad vini conſumptionem, & fiat colatura. Aut:

℞. Ol. antiquiſſimi ℔ j. pinguedinis anatis, gallinæ añ ℥ 3. vini albi optimi ℥ 8. miſce vt ſuprà, corpus ſic inunctum pannis calidis inuoluatur vnius horæ ſpacio, poſtea mundis linteolis calentibus optimè abſtergatur. Sic enim plurima huius morbi ſymptomata ſanabuntur poris cutis apertis & materia attenuata exſpirante.

Quinta intentio eſt, ſi morbus recens fuerit, calidæ & ſiccæ intemperiei in hepate impreſſæ extinctio. Sin antiquatus, exoluti & propemodũ extincti ipſius hepatis caloris refocillatio: Malignitatis illi intemperiei adiunctæ remotio, & reliquiarum ſi ſuperſunt extirpatio. Sequamur autem conſilium Montani, & prius intemperiem, poſtea malignitatem conabimur tollere.

Poſt iteratas ergo purgationes per interualla & diminutis ſeu abolitis ſymptomatis, ſi morbus recens fuerit, cùm tunc intẽperies calida & ſicca vigeat, æger per plures dies mane loco ſyrupi bibat ptiſanã cum ſem. frigid. maior. emulſione decocta in iure pulli longo, id eſt, quod parum carnis multum iuris recipiat, aut diatrionſantalon, aut diarrhodon abb. in iure longo pulli alterato cum lactuca, violis, 4. ſem. frigid. maioribus & ſi-

milibus, aut ℥ j ß ſyr. nenupharini aut violacei ſim plicis cũ ℥ 3. aquæ decoctionis lactucæ. Si morbus antiquatus fuerit, exhibenda ſunt calorẽ refocillantia & augẽtia: vt aromat. roſarum, vel garyoph. Diambra, Diamoſchu, Diacinamomum, ſyr. de cort. citri, Miua aromatica, ſyr. de abſinthio, de mentha, & ſimilia calorẽ augentia, & mẽbris nutritiuis robur addentia. Malignitati vero apponũtur Theriaca, Mitridatum, Trochiſci de viperis, q̃ in recenti morbo ſunt permiſcenda cum ſaccaro violaceo, aut roſato, aut nenupharino: in antiquato vero pura exhibeantur. Aut eorũ loco detur aqua ſulphuris, quæ expellit ac digerit. Accipe panes duos iam ex clibano tractos, calenteſq; ac in fruſta comminutos, infunde in ſuccis endiuiæ, fumiterræ, lupulorũ, abſinthij añ ℥ x. agrimoniæ, galãgæ añ ℔ j. Dein adde theriaces ℥ 6. maluatici ℥ 9. ſulphuris viui in aceto acerrimo albo ſepties infuſi & exiccati ℔ j. miſce, & eliciatur aqua per ſublimationem in balneo Mariæ, ponanturq; in recipiente cinamomi opt. ℥ ß. cort. citri ʒ 5. galliæ muſcatæ Meſ. ʒ ß. contuſa. Doſis ℥ 3. vel ℥ 4. cum ℥ j. ſyr. de cort. citri. & ℥ ß. ſyr. Sabor Regis. Sunt qui aquam viperinam celebrent, cuius hæc eſt deſcriptio: ℞. Carnium viperarum vt decet præparat. ℔ ij ß. ſucci galãgæ vel capraginis ℔ 2. ſucci agrimoniæ, ſucci echij, hoc eſt bugloſſi vulgaris, ſucci ſcordij añ vnc. viii. ſucci medullæ acidæ citri ℔ j. ſem. citri contuſ. recentium vnc. viij. florent. roriſmarini recentium, rad. tormentillæ recentium, ariſtolochiæ rotund. rad. recent. añ vnc. iij.

florum lauendulæ M ꝭ.miſce,& aquam elice per Balneum Mariæ,Doſis vn.3.aut 4.cum vn. j ß. ſyrupi Sabor Regis,vel de lupulis, aut cort.citri.

Fracaſtorius decoctum hoc maximè prædicat, quod conuenit in antiquato morbo:

℞.Rad.Gentianæ,biſtortæ, bugloſſæ vulgaris, ariſtolochię rot.iridis,cinamomi añ dra.j.ſcordij, dictami Cretenſis, rad.cynorhodi añ M j.tertiam partem aquæ ℔ 2.ß,miſce & ſ.a.fiat decoctio ad 3. partis conſumpt.aquæ col.vn.5. in aurora dabis cum vn.j ß.ſyrupi de corticibus citri.Reliquię vero materiæ peccantis præter prædicta remedia ſudorificis(ſi illa ſint inualida)expurgabuntur, quibus vtendum diebus alternis,vt ſcilicet altera die antidotorum aliquid propinemus, eliciaturque ſudor manè expulſis ſuperfluitatibus primæ coctionis,ęger in tentoriolo ſcamno inſideat capite ſolo extra eminente, lapideſque ſuppoſiti igniti irrorentur vino iſto.

℞.Florum camomillæ M ꝭ.flor.lauendulæ M j. ſ.cort.arantiorum à carne purgatorum M j. vini albi odoriferi ℔ x.miſce.Bulliant ad 4.partis conſumpt.colatura lapides irrorentur, alijque extinctis ijs ſubmittantur,quam diu æger tolerare poteſt.Si defatigari incipit,tunc linteis calidis ſudore abſterſo,in lecto calido ponatur,vt per horam aut duas dormiat,&poſtea hora congruente prãdeat. Poteſt & ſudor prouocari cum lebete, vel cacabo,vel teſta magna ſuppoſita continẽte vinũ album aut aquam cum vino, in quo ebullierint prædicta, aut ſimiles herbæ odoratæ tenuium

partiũ,

partiũ,q̃ poros aperire poſſunt,& materias inſenſi bıliter & per ſudorẽ digerere. His omnibus decẽter peractis,ſi æger nondũ ſanitati fuerit reſtitutꝰ, ad fortiora remedia cõfugiendum erit, qualia varia à Medicis ſunt excogitata & experiẽtia cõprobata, vnoquoq; ſuũ præſidium extollẽte & experientias multas decantãte,q̃ omnia & laudo,& huic morbo profligando cõgrua,ſi rectè adminiſtrentur,eſſe puto. Alij ergo Chinæ radicis, alij Smilacis aſperæ,alij Guaiaci ligni decoctũ vſurpãt, alij inunctiones,alij ſuffitus. In quorũ electione conſiderandũ,num morbus ſit recẽs aut antiquus,an ſine dolore,vel dolorib. vires deijciẽtibus ſcateat. Nouo enim & indoloroſo ſmilacis aſperæ decoctum cõpetere experiẽtia conſtat:habet.n.caliditatẽ remiſſam,quæ per aquę admiſtionẽ plus frãgitur,ita vt decoctum eius ad tẽperatum inclinare videatur. Vnde & intẽperiei poterit prodeſſe & malignitatẽ tollere,quẽadmodum refert Dioſcorid. de acinis,ꝙ poſt & antè aſſumpti,venenorum ſint antidota. Similiter & radicis chinæ decoctũ: nam & illa obſcurè calida eſt,vt ex obſcuriſſ. acrimonia apparet. Eorum ergo decocta,cum ad frigidum ſeu temperatum declinẽt,ab initio magis cõpetent. In morbo verò antiquato Guaiaci decocto vtẽdum cenſeo,propter maiorẽ ipſius caliditatẽ,qua calor hepatis iã exolutus indiget, & qua in craſſis humoribus incidẽtibus ac abſtergẽtibus opus habemus. Et ſic etiam in nouo morbo cõueniret in tẽperamento frigidiore & in copia pituitę,& in calidioribus etiam naturis,ſi ſ. remit-

tatur eius caliditas.Inde enim fit, q raro in initio non lædãtur magnopere vſu huius decocti, præſertim ſi ſint calidiores:tales.n.non cõtemnendas noxas ſentiunt. Eodẽ pacto chinæ & ſmilacis decoctum in antiquato cõpetere poſſunt,per admiſtionem ſ.rerum illarum, quæ hepatis calorẽ fouere,eiuſq; robur augere poſſunt. At ſi morbus intenſiſſimos dolores, quibus vires deijciantur, copulatos habeat,inungendus erit æger argento viuo:nam nihil æq; ac tàm citò dolores mitigat, quibus mitigatis deinceps aliquo prædictorum auxiliorum erit curandus æger.Ea.n.primum dolores potius augent,ſicuti longo temporis tractu mitigant,& delẽt.Eorumq; curatio eſt tutiſſima, & à Medico non ſeponenda, niſi neceſſitate abducatur; tutò .n. & innoxiè Medicus mederi debet:inunctio autem illa non eſt tentanda,niſi alijs non cõferentibus & vltimò. Deinceps verò Medicus ſingulorum exhibitionis & præparationis modum callere debet.Radicis chynę pręparationem atq; exhibitionis modum apud A. Veſalium, qui diligentiſſimè omnia perſcripſit,perquirite,à quo ego ne latum vnguem diſcedo.In chinæ locum poſſumus ſubſtituere ex ſententia Fracaſtorij noſtratium arundinum radices, cum calamo aromatico, & ita præparare.

℞.Rad.arundinis in tenuiſſimas ac orbiculares laminas conciſæ ℥ 5.calami aromat. ℥ j. aquæ fontanæ vel ciſternę ℔ 12.per diem naturalem macerentur,poſtea leniter ad ignẽ fumo carentẽ bulliant ad partis 3.cõſumpt. Tepefacta colentur, co-

latura ęgro exhibeatur ſeruatis omnibus q̃ in chinæ decocto obſeruãda ſunt, eſtq; quotidie decoctum faciendum, ꝓcurandumq; vt tepidum ſemper maneat. Chinæ radicis vicẽ radix perſonatiæ ſupplere poſſet adiuncto aliquo odorato; valenter.n.ſudorem ꝓuocat:& coquatur eodem rurſ⁹ modo, quo radix harundinis. rectius verò eius vicem poſſet ſupplere pentaphylli vel tormentillæ radix: deſiccat.n.valenter, teſte Galeno, non euidenter tñ calida eſt, & tenuium partium, vt & radix arundinis. Quare morbi huius reliquias exiccat, attenuat, abſtergit, ac per ſudorem inſenſibiliter excernit malã intemperiẽ, in morbo recenti non auget, imo remittit in antiquato per admiſtionem calami aromatici, abſinthij, nardi, ſchœnanthi, vel eupatorij, hepatis calorẽ exolutum & robur reſarcire poteſt. ℞. Perſonatiæ ℔ ß. aquæ hordei cantharos 4. coque ad dimidiũ pro potu.

Decoctum porro pentaphylli ita mihi videtur præparandum eſſe, quod Veſalius reticet.

℞. Rad. & fol. pentaphylli ℔ j. aquæ ℔ 12. rad. & folia inciſa in aqua moderatè calida per diem naturalem macerentur, poſtea leuiter ad ignem ἄκαπνον bulliant ad caſum ferè dimidij, tepefacta coletur & ſeruetur in vaſe vitreo optime clauſo, colaturæ in aurora ℥ 8. exhibeantur, & ęger ſudare tentet vnius aut duarum horarum ſpacio: corpore exiccato & ad naturalem calorẽ reſtituto æger põt ſurgere, & excrementa deponere, ſeq; leniter exercere, & à ſyrupi aſſumptione poſt horas iiij. prandere. A prandio hora 7. aut 8. vnciæ vij.

ſumátur ſimiliter in lecto,& poſt horas 4.cœnet: manè vtatur carnibus optimis & vitellis ouorum parciſſimè: in cœna paſſulis, piſtacijs, pityidibus præparatis,amygdalis,ſem̃.melopeponis, pomo, ſaccharo condito.Pro potu vtatur ſequenti:

Aquæ tepentis ℔ j ß.proiiciantur ſuprà prędictis colatis paſſ.enucleat.℥ 5.miſce,& bulliat ad 3. partis aquæ conſumptionē:colatura pro potu in vaſe vitreo optimè clauſo ſeruetur, vnumquodq; decoctum poterit per 3.dies ſufficere:pōt & quotidiè fieri aſſumēdo rad.& fol.℥ 3.aq̃ ℔ 3.& ꝓ potu ℔ 4.paſſularum ʒ x.poſſet & dulcorari ꝓ libitu ægri cum iulep facto ex ſucco vel decocto eiuſdem pētaphylli cum ſaccharo.Si ſudor nō ſatis ꝓuocaretur,cum ab igne deponitur,cyathus vini albi odorati ſuperaddatur. Si æger vlcera patiať, ea decocto prædicto quotidiè ſæpe abluantur; deinde vnguētum tripharmacum cum ex lithargyrio, oleo, & aceto, ſuperponēdum. Similiter ſi adſint tumores aut dolores, ſtupis eo decocto imbutis fouēdi ſunt.Eſt.n.hoc decoctum in hoc morbo, vt & in alijs, vſurpādum magis q̃ illa exotica quæ Mercatores propter lucrum laudāt. Quibus vero pentaphyllum ſeu tormentilla (habēt enim eiuſdem vires & ſunt cōgeneres) facultatibꝰ ornetur, Dioſcorid.enumerat. ❡ Noſtra ætate ab Hiſpanis & aliud medicamentum aduectum eſt ad curationē huius morbi Sarſa parilla, q̃ ab ipſis humilis morus appellatur; cuius tanta vis eſt in hoc morbo curādo, vt in Hiſpania reliqua medicamēta obliterata ſint, & ea ſola iam vtantur: eſtq; meo

iudicio ſmilax aſpera, qua hæc regio abundat. Nā hoc cognoui ex ramulo illius plātę ad noſtrū ducē & me miſſæ: remiſſè eſt calida & tenuiū partium, vt ex remiſſa acredine foliorum & acinorum patet, hocq; ad omnia venena laudat Dioſcorides. Ergo eadem prorſus rōe credimus plantam hanc malignitati morbi Gallici reſiſtere, ſicuti reliquis venenis. Et ſic fretus quidā authoritate Dioſcoridis plantam iſtam in vſum tranſtulit, q̄ poſtea experientia cōprobauit. In Italia eius vſus nondum inualuit niſi Senis, vbi ferè hoc ſolo curant morbum gallicum. ❡ Præparatio & vſus eius talis eſt: Rad. ſmilacis optimè mundentur in fruſta vt parua cōminuantur & cōtundantur. Deinde eodem modo eademq; rad. & aquæ proportione decoquantur. Eius decoctum etiam ſumitur, vti diximus, decoquendum & aſſumendum eſſe ex pentaphyllo medicamentum.

De modo præparandi & exhibendi lignū Guaiacum magna eſt diuerſitas, in quarum opinionū varietate ille ſolus ſcopum aſſequitur, qui & morbi eſſentiam & huius medicamenti naturā ante oculos ſibi propoſuerit. Ea.n. duo ſunt quorū contrarietas hic ſpectatur, vt Galenus vbiq; monet, & ratio ipſa dictat. Iſta ergo opinionum diuerſitas inde manauit, ꝙ & de morbi cui opponitur eſſentiā tantopere inter ſe authores concertarunt & dubij fuēre. Conſtituta ergò à nobis morbi eſſentia & ligni huius natura diligenter inquiratur, cuius hiſtoriā conditiones, differentias, vires, &c. ex autoribus pete. In eius præparatione tres gra-

das conſtituendi videntur, vt ſ. cõpetere poſſit in omnibus naturis, morbi temporibus, & alijs circumſtantiis; ſic vt aliud ſit frigidum, aliud calidũ, aliud temperatum. Rurſus vt ſit tale mediocriter, intenſe, aut remiſſe. Ita vt ſint 9. ordines. Frigidum pluribus modis fieri poterit: vel paucã ligni quantitatem in plurima aqua decoquendo, vel minori in tẽpore macerando ac decoquendo, aut aſſumendo pro aqua communi aquas deſtillatas ex herbis frigidis. Illa enim facilè alteratur & omnium infuſorum naturas facilè recipit, hæc vero non. Vel longiore tempore infundendo ac decoquendo Guaiacum calidius efficitur, aut multam ligni quantitatem infundẽdo, aut ſimul coquendo calida ſimplicia, aut pro aqua vinum ſumẽdo. Attemperatum fier, ſi mediocrem ligni quantitatem mediocri tempore decoquas & maceres, aut ſi temperata ſimul decoquas, vti lupulum, capil. veneris & alia. Frigidum ſic paratur.

℞. Ligni ſancti torno vel lima in ſcobem triti ℥ 6. aquæ cõis ℔ 12. miſce. Sex horarum ſpacio maceretur, deinde bulliat ad 3. partis conſumptionẽ. poſtea fiat colatura quæ mediocriter refrigerabit, minus verò refrigerabit ſi decoques & macerabis pluſculo tempore 9. aut x. horis ad medietatis ferè conſumpt. aut ℥ 7. aut 8. ligni aquę ℔ 12. ſic vt ſingula libra ſuſcipiat ℥ ß. aut ʒ 5. ligni. Frigidius erit ſi ʒ 3. ad ſingulas libras infundes, aut minus macerabis ac decoques. Vel aquæ cõis vice ſuſcipies aquã endiuiæ & fumiterræ aut ſimilis: aut ex refrigerantibus herbis aliquã ſimul coquas adijciendo

ciendo ad ſingulas libras aquæ M.1. Et tale bilioſis conuenit natura ſc. aut ex regimine præcedenti talibus, in morbi principio, iuuenibus, viris, conſtitutione, & regione calidioribus, exhibeaturq; plus minuſúe frigidius, pro vt congruere videtur.

Calidius verò frigidioribus & pituitoſis conueniet diutino morbo affectis, mulieribus præſertim frigidioribus: in tempore, cõſtitutione & regione frigidioribus: hinc ergo ſingulis aquę libris ℥ j ß. ligni appones. Macerabis 18. horis aut xx. decoqueſq; ad medietatis aquæ cõſumptionem aut duarũ partiũ, vt ex 12. ℔. 6. aut 4. tm̃ ſuperſint. Calidius erit, ſi aq̃ medietatem & vini alterã aſſumes, aut herbam aliq̃ calidã & in aqua cum ligno decoques. Adhuc calidius erit, ſi ſimpliciter vinum aſſumes. Temperatũ efficies decoctum, ſi ad ℔. aq̃ ſingulas ℥ j. ligni appones, macerabiſq; 12. horatũ ſpacio, & ad conſumptionẽ medietatis decoques. Tale in temperamẽto mediocri exhibebis, & hæc eſt methodus variãdi decoctum Guaiaci. Vbi prętereà obſeruetis cõtra nonnullos, rectè ſimul aliquãdo quædã poſſe decoqui, & ego prim⁹ Bononiæ feci ſumpta occaſione ab aliquo ſymptomate, vt in tuſſi, anhelitus difficultate, & tabe cũ febre continua, aliqñ ſimul incoquebam paſſulas, rad. dulcem, adianthum, pimpinellam vulgarem, hyſſopum, ficus; & euentus oſtendit me non erraſſe. Sicut in quodam alio qui crebro renum dolore à calculo cruciabatur vnà cũ hoc morbo, decocto ligni adiungebã Cyperi rad. ſem. althęæ, eupatorium, aſpleniũ & nigrum adiãthum: qbus

ambobus ſimplex decoctum nõ profuerat. Similiter & in alijs morbis Gallico adiunctis prudens Medicus põt facere. Licet etiã ſoluentia alterantibus nõ ſint miſcẽda, & propterea quidã dãnent, ſi ſolutiua ſimul vſurpentur: tñ quia fit interdum vt ab intẽperie nondum omnino victa praui humores gignantur, quos euacuare debemus, ideo laudo ſi admiſceãtur aliquãdo ſolut. non quidem quotidie, ſed vel omni tertia, quarta vel quinta die, quãuis & illud ſuccedere multoties viderim. In exhibitione decocti obſeruãda ſunt: primò tẽpus anni cõgruum. Eſt .a. maximè cõueniens ipſum ver, cum tum vires ſint validiores, nec ita diſſoluitur calor vt in æſtate, nec ſudoris ꝓuocatio moderata, vt & inſenſibilis digeſtio, in qua ferè cura conſiſtit, prohibetur. Neceſſitate verò cogente põt & hyberno & æſtiuo tẽpore exhiberi, aëre cubiculi ita alterato vt ad teporẽ redigatur, vt ſolet fieri. Nec verò iniungẽda eſt tenuis diæta quibuſlibet: nam mediam non ferunt calidiores & non aſſueti; ſenſim ergo ſunt abducẽdi ad talẽ victum ante exhibitionẽ, & in exhibitionẽ decocti. Quãtitas decocti etiã eſt varianda: ſat erit in principio ℥ 5. deinde 6. aut 7. ac vltimo 9. exhibere, ſudoris autem prouocatio nõ niſi leniter iuuanda eſt, ne natura, ſi alia via vellet euacuare, à decocto ſc. adiuta impediatur. Venter ſi ſit durus, alternatim lenientibus clyſterijs ducatur, aliqui in ſecundo aut tertio decocto furfur cõ coquunt, ei admiſcẽt ſaccharum & vitellum oui abſq; oleo, vel ℥ 2. pulueris Guaiaci: aut ſingulis 5. aut 4. diebus manè

dant

dant decoctum ſenæ ℥5.aut 6. fit autẽ ſecundarium, ſi aquę ℔ 15. ramentis ligni præbullitis expreſſiſq; infundãtur & bulliãt ad 3. partis comſuptionem: colatura in alio vaſe ſeruetur; quidã eadem rõe & tertianarium faciunt ꝓ manuum ablutione & clyſterijs. ¶ Ægro ergo debite purgato, in loco idoneo mane primi decocti ℥5. exhibeãtur, & ſi ſudare põt, ſudet vnius aut duarũ ſpacio, dein linteis calidis exiccetur, & calore ad intẽperiem redeunte, induatur, ſurgat, excrementa deponat, manus abluat, pectus pectinet, paululum deinde ſe exerceat, & quarta ab aſſumpto ſyrupo hora prandeat, contẽtus à principio carnibus optimis elixis aut aſſatis parcè aut omnino nõ ſalitis: aut ꝓ carnibus, paſſulas, piſtacis, amygdala dulcia aſſumat, & optimum panẽ quantitate ea, ꝙ tertia aut quarta parte minor ſit cõſueto tẽpore ſanitatis. Poſt dies 5. ſyrupi quantitas parum augeatur, cibi vero minuatur, ita tñ vt ęger inediam ferre poſſit. Et ſic decima die ſyrupi ℥9. ſumat. A prandio horis 7. elapſis rurſus lectum ingrediatur, & alterũ ſyrupũ aſſumat, à quo cænet poſt quatuor horas. Interea æger in cubiculo maneat, niſi moleſtè ferat & angatur; tunc .n. poſt diẽ 25. aëre ſereno & tepente egredi põt. Ita procedẽdum quouſq; ſymptomata penitus ceſſarint, & æger ſanitati reſtitutus videatur: & ſic aliquando 30. diebus, aliqñ 60. aliquando 90. tandẽ ſanantur. Interim ſic debet cibari, vt vires tam lõgo tempore poſſi[illegible]t manuteneri. Nec verò à tenui victu plenius ſtatim eſt reficiendus æger, ſed ſenſim & paulatim. Omne

enim nimium naturæ inimicum. A coitu per aliquot menſes abſtineat. Fit & morbi huius curatio à quibuſdã cum inunctionibus ex argento viuo. Nam cum in eo puſtulæ & variæ cutis infectiones appareant, ſicq; veluti ſcabies quędã difficilis: ſperarunt eam curari poſſe per ea medicamẽta, quib. Arabes ad ſcabiem difficilem vtuntur, ex argento viuo cõpoſitis; quale deſcribitur à Meſue in Antidot. cap. de vnguentis loco vltimo. Pariter & Auicenna 4. pract. 7. 4. fen. 7. tr. 3. c. 7. Eſt ergò Arabum inuentum. Et licet talia vnguenta vt & ſolutiua multa peſſima ſint ob praua ſymptomata quæ ſequuntur: tñ ſi rectè præparentur, optima ſunt & difficiles morbos ſanant, operationeq; perfecta omnia in melius reſtituunt. Attenuat autem, diſſoluit, liquat, & per varias regiones euacuat hoc medicamentum, malam tñ intemperiem non remouet: vnde fit vt plerumq; qui ab his empiricis curantur vnguentis, recidiuam patiantur, pręſertim ſi ſint otioſi. In talibus .n. reliquiæ non commodè reducuntur, nec exercitationib⁹ diſſoluuntur, ſed remanent & intemperiem fouent, quæ rurſus ea in corpore multiplicat. Deſides ergo ſatius eſt aliter ſanare. Componitur vnguentum ex argento viuo & axungia recenti aut ſalita, ſed toties abluta vt ſalſedo omnis ſublata ſit: aut accipiatur butyrum recens, aut medulla vitulina. Debet autem argẽtum viuum, vt alijs permiſceri poſſit, extingui, & in partes minimas cõminui; quod fit cum ſaliua ieiuni, aut ſaliua & cinere, aut cũ oleo amygdalarum amararum, aut cũ ſucco limonum,

aut aceto acerrimo, ſi ſ.cum aliquo dictorum in patina iugiter cum digitis aut baculo agitetur, do nec omnino diſſolutum ac in minimas partes redactum fuerit. At cū venenoſitatis ſit particeps & valde calidum, ad vtrunq; corrigendum ſępius eſt mortificādum aceto, vel ſucco citri, vel limonis, & poſtea ad ignē ponendum tā diu, donec vel acetum, vel ſuccus expiret, idq; reiterandum ſæpius. Aliqui id ſublimant per vaſa vitrea diſtillatoria, & ſublimatā eius partem eo quo dictum eſt modo cum aceto vel ſucco præparant. Alij ipſum præcipitant, & præcipitatum præparāt, vt ſupra docui. Quantitas eius mediocris in ſingulis totius inunctionis libris ponēda eſt ℥ ſ. & ℨ ſ. Sic vt quælibet vncia compoſiti, ℨ j ß argenti viui ſuſcipiat; augeriq; & minui poteſt penes ægrotantium vires, vt in ſolutiuis fit penes magnitudinem & diuturnitatem morbi, anni tempus, & ſimilia q̄ à Medico cōſiderāda ſunt. Fiunt ergo inunctiones ex medicamētis varijs reſpiciēdo ad ſymptomata, ad mēbra patientia, eorumq; tēperamentum, anni tempus, & ſimilia. Si ergo adſint dolores, ex anodynis inunctio fieri debet. Si vlcera, abſtergentia & ſine morſu ſiccātia apponenda ſunt. Si tumores ſcirrhoſi, emollientia. Si œdematoſi, diſcutientia. Si puſtulæ abundent, etiā ijs ſanādis eſt incumbendum: ad membra etiā patientia eſt reſpiciendum, vt ſc. miſceamus, quæ à tota ſubſtantia illis conferunt, quę ſupra enarrauimus. Item temperamentum ægri reſpiciendum, vt cū frigidis benè tēperemus; cōgruentibus tamen ſymptomatibus, ſi id

ſit calid'us:ſin frigidius, frigida miſceamus. Idq; & in alijs, tempore anni, regione, ſexu, ætate intelligendum eſt. In adminiſtranda inunctione obſeruãda ſunt. 1. Vt optimè purgatus ſit æger. Si tñ dolores vrgent, leniter poterit inungi. 2. Vlcera ſordida mundificanda, oſtracoſa emollienda in ambitu: tumores duri optimè per aliquot dies emolliendi, oſſium caries remouenda. 3. Obſeruãdum vt Luna decreſcente inungatur, vt ſcil. minor fiat affluxus humorum ad os. 4. Sit in cubiculo tepido, clauſo: & quotidie cœlo ſereno, feneſtris ſemel apertis, pro renouãdo aëre, aër cubiculi quotidie alteretur cum odoramẽtis ꝓpter malum odoré ſputorum. 5. Vt manè inungatur in aurora, nõ veſperi, vt Empiricis mos eſt, ne coctio impediatur calore foras retracto, & ſi ſudór ꝓuocatur, ſomnum impediat. 6. Mẽbra inungenda ſunt brachiorum & crurum iuncturæ. Illa.n. vaſa in ꝓpatulo ſunt, & facilè vnguenti vim recipiunt, & à principalibus etiã membris diſtant, vt non ſtatim illis occurrat argentum viuum quẽadmodum fit ſi inungat̃ in alijs, dorſo, pectore, vt Empirici faciunt. In brachijs ergo cubiti & carpi, in cruribus genuum & malleolorum iuncturæ inungantur. Pro ſingula verò inunctionis vice, ſufficiunt binę vnciæ, & ſic vnicuiq; iuncturæ duæ drachmæ cõpetent. Debet aũt ęger quotidie ſemel inungi, ſi vires cõſtent; alioqui per interualla per tres aut quatuor dies cõtinuos fieri põt, vt diebus intermedijs æger refocilletur: permittendum enim vt æger totidẽ aut plures dies quieſcat, & rurſus in-

ungatur, idq; tádiu, donec ſymptomata ceſſent. Debet autem cõtinuari inunctio, donec curſus pituitæ ad os fiat, palatum quaſi inflãmetur, & gingiuæ intumeſcant: ꝙ tamen aliquibus nõ contingit, etiãſi per annum inungantur, & in talibus deſiſtendum laſſitudine quadam corporis ac veluti animi defectu contingente. Occurrẽdum etiam ſemper ꝓ viribus eſt ſymptomatibus, q̃ contingere ſolent, vt ſunt oris exulceratio, nimius pituitæ ad os cõfluxus, vẽtris ſtipticitas aut fluxus, vigilię, & alia. Æger ergo ad ignem manè inunctus, lectum calefactum ingrediatur: iuncturæ inunctæ ſtuppa molli canabina, aut veſicis ſuillis, aut alijs cõtegendæ, & faſcijs ligandæ ſunt: illiq; offerantur iuris capi aut galli ℥ 9. aut ℔ j. in quo ℥ j. paſſularum aut prun. Damaſcen. 7. ebullierint, ſi aluus ſit aſtricta. Si verò nimis flueret, ʒ 3. aut ʒ 4. ſem̃. plãtaginis in iure aut aqua hordei torrefacti bulliant, & iuris loco exhibeantur: deinde ſi poteſt, dormiat per 2. aut 3. horas. Si ſudore perfundatur, pannis lineis calefactis abſtergatur ac ſiccetur. Quinta ab inunctione hora prandeat, & carnes comedat laudabiles, elixas, parum ſalitas, & ferculum aliquod in iure. Si maſticare nõ poſſet, contuſas carnes abſorbeat, aut duos vel tres vitellos ouorum leuiter decoctos. Vinum album pauciferum, non acidũ bibat, nec nimis dulce. Si venter fluat, nigrum ſubauſterum conueniet. Si æger ſit bilioſus, & tempus anni calidum, ac vires conſtent, aqua hordei pro potu erit opportuniſſima: abſtergit.n. materiam à faucibus & ventre inferiore

abluit,eiuſq; acrimoniam obtundit. Si aluus non reſpondeat,clyſtere eluatur,aut hora dimidia ante cœnam ℥ 2.florum Caſſiæ N. T.aſſumat. Ea .n. materias acres à faucibus auertit,easq; refringit. Si fluxus contingeret,exhibenda non eſt. Si ergo ceſſandi tempus adſit,quod ex ſputi copia & laſſitudine ſumi dicebã,ſi ea ſymptomata moderata ſint,ſtuppæ aut veſicæ, q̃ eædem à principio ad finem eſſe debent, nondum ſunt remouendæ. Si perſeueret ſymptoma, iuncturæ abluendæ ſunt vino albo odorifero,in quo chamæmeli, lauẽdulæ,ſtœchadisq; flores perbullierint. Linteamina, culcitræ, camiſia permutentur. Gargariſmata in ore teneantur,proſunt & frictiones extremorũ, ac cucurbitularum admotio hoc in caſu. Verum ſi in quantitate argenti viui & inunctionis modus ſeruetur,nunquã cõtingit,vt eius morbi ſymptomata ita inualeſcant,vt ſint noxia. Incipiunt autẽ ea aduentare citius aut ſerius, nunc quinto die, nunc ſexto,nunc octauo,aut decimo,quibuſdam ſerius,ſed rarius. Curatur ergo talibus inunctionibus non ſolum Gallicus, ſed multi alij morbi difficiles,ſi opportunis earum ſit vſus.

Ab inunctione cũ iã ſymptomata deſiẽre,ęgro aliqua exhibenda ſunt,q̃ membra cõfortare,intẽperiem extinguere,& reliquias extirpare valent. Conueniunt maximè aquæ ſulphuris, aut viperinæ, de quibus ſupra. Sic & pentaphylli aut tormentillæ decoctum per x.aut. 15. dies exhibitum.

De Suffitibus Gallicis. cap. vltim.

Suffitus etiam ex cinabrio ſeu minio (Dioſco-

rid. diſtinguit, ſicut & Plinius, ſed vulgò creditur eſſe idem) apud quoſdam eſt in vſu. Eſt autem duplex minium, natiuum, ex quo argentum viuum elicitur, & factitium, quod ex argento viuo & ſulphure fit, quo Medici & Pictores vtuntur. Naturalis enim non eſt vſus aliusquàm quod argentum viuum inde fit. Illud vero ad hu.ꝰ morbi curationem adhibetur. Eſtq; argentum viuum mortificatum, & eoſdem effectus parit, ſed violentius. Eſt enim calidius & ſiccius propter aduſtionem & miſturam ſulphuris. Sunt ergo tales ſuffitus longè efficaciores inunctionibus, ideoq; difficillimo & inueterato admodum morbo, taliq; qui alijs præſidijs non cedit competunt: minimè tamen ſi æger ſit bilioſus, aut reſolubilis, aut ex morbo Gallico tabidus, aut aſthmaticus, aut ſi virtus ſit debilis.

Quantitas eius mediocris pro ſingulo quoque die & ſuffitu erit ʒ j. aut ℈ ii ß robuſtioribus verò ℈ iiii. debilioribus ℈ j ß. aut ℈ ii. Ego (quamuis id nullus animaduerterit) crebra aceti irroratione, aut ſucci limonum exiccatione cinabrium pręparari, & mitius reddi poſſe arbitror: vltimò cum aqua roſacea abluendum cenſeo. Arbitror & naturale cinabrium eoſdem poſſe facere effectus, ſed imbecillius quàm argentum viuum. Licet ergo variæ ſint deſcriptiones ſuffituum, tamen præ cæteris commendant ſecundam in ordine à Nicolao Maſſa deſcriptam, tract. 5. cap. 3. Cuius hæc eſt deſcriptio: ℞. Cinabrij ℥ 3. auripigmenti ℥ j. Pyritis lapidis ℥ ß. olibani, myrrhæ, ligni aloës, añ ℥ ß. puluerifentur, & miſce. Doſis pro vice

eſt :.b ℥ ß.ad ℥ j.Ego ʒ ij.aut ad ſummum iij.pro vice aſſumerem.Longè enim tutior eſt multiplicatio numeri,quàm quantitatis. Vt autem ſuffitus ſit gratior, poſſumus permiſcere odorata compoſita à profumarijs,addendo ad ʒ j.cinabrij,ʒ iij. aut ʒ iiij.odoratarum rerum. Effectus enim omnis à cinabrio prodit. In faciendo ſuffitu æger in tentorio ponatur, ita tamen, vt caput clauſum non habeat,ne cerebrum& partes ſpirituales lædantur.Si quis tamen ſic citius ac melius ſanari ægrum poſſe exiſtimet,poterit&caput coopertum detinere,clauſis tamen auribus & obligatis oculis goſſipio in aqua roſacea madefacto. Spongia etiam magna roſacea & maluatico imbuta circa nares continuè, dum ſuffitur, nec non circa os, detinenda eſt. Eodem modo & aſtantes ſe munire debent, ne malignitate fumi lædantur.Obſeruanda quæ in inunctionibus ex argento vino,vt ſupra retulimus.

FINIS.

HIERO-

HIERONYMI CAPIVACCII MEDICI CLARISS. ET ACADEMIÆ PATAVINÆ PROFESS. ORDINARII DE LVE VENEREA *acroaſeis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM propoſitum nobis ſit, de lue Venerea verba facere: qui morbus triſtiſſimus eſt, & humano generi moleſtiſſimus: non admodum prolixam, attamen fœcundam, de hac ægritudine cõtagioſa, trademus doctrinam: in gratiam ſtudioſorum Medicinæ, quorum deſiderio in præſentiarum ſatisfacere pro viribus conabimur.

Quod igitur attinet ad huius vitij originem & nomen, non exiſtimo neceſſarium eſſe, vt tempus teramus in rebus futilibus, quæ vel nullũ habent vſum, vel admodũ exiguum, ſed multò conſultius videtur, vt luis Venereæ natura ſolidè co-

gnita,commoda ſalutariſq; medendi ratio inſtituatur,cuius merito illa dometur propellaturq;.

Vocamus nos hoc mali genus luem Venereã: quia ex Venere contrahitur.Per luem Veneream non intelligimus effectus,ſed potius id ꝙ cauſſæ efficientis rationem habet.Quare cum à lue Venerea excitetur febris: per luem Veneream non intelligimus febrem,ſed materiam à qua producitur febris:quanquã non modo cauſſa febris eſſe poteſt lues Venerea,ſed etiam aliorũ morborum.

Generatio luis Venereæ hunc in modum ſe habet,vt in humano corpore nequaquam principaliter oriatur (nam hoc eſt impoſſibile) vt neceſſarium ſit illam extrinſecus aduenire: & cum forinſecus accedit, corpus hominis ingreditur, quod contingit ſua vi & facultate, idque in ſuam ſubſtantiam permutat. Hæc lues incrementum ſuſcipiens,ita aduerſatur corpori humano, vt toto genere præter naturam efficiatur: atque hinc varias ſubinde noxas in humano corpore excitet. Vt ex hac luis Venereæ generatione talis elici poſſit definitio;Lues Venerea eſt excrementum toto genere præter naturam, quod multifariam lędere poteſt hominem genitum ex humana ſubſtantia à ſimili.

In hac definitione præter alias cauſas,etiã proponitur materia ex qua: quoniã ſermo eſt de lue Venerea,de materia morbifica, q̃ eſt ſubſtantia, non accidẽs. Subſtãtia aũt fit ex materia ex qua. Explicetur itaq; definitio, & eſtote attenti, quia breuiter intelligetis an alij rectè ſenſerint,nec ne.

Supra

Supra dictum fuit eſſe excrementum, ad differentiam continentis: quia quod in corpore reperitur, poteſt eſſe continẽs, poteſt eſſe contentum. Sed præterea dictũ fuit eſſe excrementum, quia non modò diſtinguitur à continente, ſed etiam à contẽto alimentali: nam dicitur etiã contentum quod eſt excrementum: neq; obſtat propterea, vt quamuis lues Venerea (ſicut ſuo loco intelligetis) tanquam ex materia ex qua, fiat quandoq; ex continente, hoc eſt ex carne, imò vel ex oſſe, quandoque ex alimento, hoc eſt ex ſanguine: nihilominus & continens, & contentum alimentale, vtrumque degeneret in excrementum.

Deinde dictum fuit præter naturam, ad differentiam excrementi, quod eſt ſecundum naturam. Patet enim luem Veneream eſſe excrementum prȩter naturam morbificum (vtinam ita non eſſet) nam ſicuti excrementum naturale eſt ad hominis ſalutem: ſic prorſus inutile excrementum lues Venerea, & toto genere præter naturam, ad differentiam excrementi, quod quidem eſt præter naturam, ſed non toto genere. Datur (exempli gratia) bilis excrementitia præter naturam morbifica: ſed non eſt toto genere prȩter naturam. Virulentia Gallica ſeu lues Venerea toto genere præter naturam eſt: ſiquidem (vt ſuo loco intelligetis) lues Venerea ex neceſſitate eſt materia putrida, & præterea toto genere præter naturam.

Vnde cum hæc lues ſit excrementũ præter naturam à toto genere, duo declaranda ſe offerunt.

Primum eſt, quodnam ſit hoc excrementum. Secundum, quomodo præter naturam: nam his ignoratis, prorſus impoſſibile eſt huius mali curationem tradere: ſiquidem (vt ſuo loco oculis conſpicietis) lues Venerea maiori ex parte Methodo curatur: aliqua etiam ex parte experientia.

Quantum attinet ad primum, hoc excrementum poteſt eſſe quodlibet quod in hominis corpore reperitur: & proinde ſanguis, pituita, vtraq; bilis: poteſt eſſe ichor, dum generatur ichor, & in virulentiam hanc degenerat: poteſt eſſe ſerum, poteſt eſſe lac, ſemen, imò etiam ſanies.

Quod verò attinet ad ſecundum: ſciẽdum hoc excrementum eſſe præter naturam ſecundũ formam, ſecundum putrediné (quæ eſt ſecunda qualitas) ſecundum caliditatem, ſecundum fœtorem: vt quælibet lues Venerea, nulla excepta, his quatuor vitijs ſit prædita. Vnde aduerſatur in primis ſecũdum formam, propterea quod hæc lues eam obtinet in ſui generatione proportionem, vt ſuſcipiat formam quæ eſt aduerſaria corpori humano: vt propterea opus ſit ex neceſſitate Alexipharmacis, ac experientia comprobatum potiſſimum iſtis extirpari luem Veneream. Patet igitur peccatum eſſe ſecundum formam. Et aduertant iuniores hoc loco, non propterea ſtatuẽdum eſſe morbum à proprietate occulta (ſunt puerilia iſta) non dantur morbi noui à proprietate occulta. Omnis morbus vel eſt intemperies, vel mala cõpoſitio, vel ſoluta vnitas. Cæterum poteſt generari materia quæ non eſt morbus, ſed cauſſa morbifica, à

qua

389

qua cauſſa morbifica poſtea fiunt morbi, quemadmodum etiam rectè ſtatuitur de veneno, quod peccat à tota forma: tamen non datur morbus à tota forma: datur cauſſa ſeu venenum. Si (verbi gratia) habet vim corrodendi, cauſſat ſolutam vnitatem, ſicut etiam lues Venerea abradendo poteſt vlcera efficere. Præterea peccatum eſt in lue Venerea, quia putredinem ex neceſſitate contrahit. Nam nequaquam fieri poſſet vt contagioſum eſſet malum, niſi putredo adeſſet, vt paſſim in ꝓblematibus teſtatus eſt Ariſtoteles, nec in his tẽpus eſt conterendum. Sed præterea hoc loco animaduertendum, quòd quamuis hæc lues ſit putrida: non tamen ſemper oboriuntur putridæ febres, imò rariſſimè: quoniam vapores prodeuntes à lue Venerea admodum raró petunt cor, & ſi peterent, fieret febris: ſicuti quandoque fit Luna plena. Sed præterea hæc virulentia eſt calida: hoc ex eo perſpici poteſt, quoniam hac dominãte lue, vigẽt in corpore exuſtiones. Et hoc loco animaduertatis quamlibet materiam poſſe eſſe Venereã aut Gallicam. Verùm nõ credatis vniuerſam materiam morbificam eſſe Veneream. vt ſi verbi gratia gummoſitates, hoc eſt, nodi duri, difficilis reſolutionis fiant gummata, tumoris durioris, vel ex craſſa pituita, vel ex melancholia: non omnis portio eſt virulenta, & ſæpenumerò contingit vt portio virulenta beneficio medicamẽtorum diſſipetur: remaneat poſtea frigida, quæ non eſt virulenta, & tumor ille non ſit Gallicus. Vnde illud etiam euenit, vt cùm calida ſit, ſi fuerit copioſa,

patientes dolores ac feruores præſentiant·Pręterea eſt neceſſarium vt habeat aliquid lentoris: nā ſecus non eſſet cōtagioſum hoc vitium. vt vitium fiat contagioſum, oportet vt valida fiat actio, valida impreſſio, & fiat in tempore, vt propterea opus ſit mora, opus ſit lentore.

Cum ergo Virulentia hæc ita ſit cōſtituta pręter naturam, iure dictum fuit in definitione, q̄d multifariam poteſt lędere hominem. Et hoc loco duo ſunt declaranda. Primò quæ, & quotuplex ſit hæc læſio. Secundò, circa hominem quænā pars lædatur, ſecundum totum, an ſecundum partem. quantum ad primū, facilè poteſtis colligere ſummam eſſe facultatem huius beſtiæ: Venereæ propterea q̄d poteſt producere cauſſas morbificas, morbus & ſymptomata. Declaro, & vt diſtinctè procedamus, quantum attinet ad cauſſas, dum hęc lues agit in corpus, producit materias morbificas: primum calefaciendo, deinde putrefaciendo, & tandem mutando quod in corpore eſt, in materiam virulentam. Siquidem hæc lues, cum ſit ſummæ actiuitatis, ad ſimilitudinem omnium maximè agit ſecūdum formam: quia omnis actio tanquam à præcipuo agente procedit à forma: nihilominus forma agit mediantibus inſtrumentis: quare & forma agit propter caliditates: calefacit, reddit materias calidas. Si diu actio perſeueret, materia non ſolùm redditur calidior, ſed etiam corrumpitur, & ita alteratur vt putreſcat. Et præſertim hoc efficit hæc virulentia beneficio lentoris, diu agens, & tandem ita agit vt efficiat

cauſſas

cauſſas morbificas à toto genere pręter naturam. Quod verò ad morbos, ꝑducit hæc lues morbos in intemperie, vt intemperies quandoq; fit cõis, quandoq; determinata. Intemperies eſt communis, quando vt huius luis promouentur febres: hæc enim virulentia ſi agat in ſpiritus, vt eos feruidiores reddat (quod contingere poteſt) fiunt febres Ephemeræ. Si mittat hæc lues fuligines putridas, & accedantur cordis humores, fit putrida. Et ſi eueniat vt caliditas impertiatur ſolidis partibus, fit etiam Hectica: vt experientia ſit comprobatum quandoq; homines febri fuiſſe correptos, & nunquam poſſibile fuerit eas febres ſuperare, niſi beneficio Alexipharmaci. Sed poteſt etiam eſſe intẽperies determinata. Vt (verbi gratia) intemperies calida iecoris eſt affectus productus tanquam à cauſſa efficiente, à virulentia Gallica, à lue Venerea: quod potiſſimum contingere ſolet, vbi hæc lues ſatis eſt feruida, & viget in iecore. Præterea poſſunt eſſe morbi in mala compoſitione, vt facilè ſit cognoſcere, quandoq; fieri obſtructiones, quandoque tumores, bubones, gummata, verrucas ſeu poros, puſtulas, & reliquos huius claſſis humores: & proinde morbos in magnitudine aucta. Oportet nos eſſe diligentes in cognitione eſſentiæ huius morbi, qua citra iactantiam dico, fui lucratus vltra 18. milia coronatorum ex hoc morbo.

Aduertendum autem quantum ad bubones attinet: ſunt tumores ad partes adenoſas ſpectantes ad inguina, & fiunt ex ſanguine: nam bubo eſt

tumor inflammatorius, qui fit à ſanguine permixto ex lue Venerea. Quod autē ad gummata, ſunt illi tumores duriores, fiūt à materia craſſa, ſed ſemper permixta cum lue Venerea. Cæterum hæc lues permixta non eſt, niſi alicuius mordacitatis ratione: vnde gummata fiunt ſine vlcere: & ſi cōtingat gummata eſſe cum aliqua exeſione, exulceratione: tunc coniuncta eſt lues Venerea admodum mordax: veluti quandoq; contingere ſolet in gummatibus, in quibus fit etiam oſſis coroſio. Quod vero ad Verrucas, ſunt admodum duri tumores, & proinde fiunt ex dura materia exigua. Illi tumores quos vocant puſtulas, fiunt ex tenuiori materia, & ſatis etiam acri & mordaci: & ſæpenumerò puſtulæ exulcerationem habent permixtam.

Cæterùm hæc lues non modò eſt autor morbi in magnitudine aucta, ſed in numero diminuto, quandoque occurrit dentium caſus: quandoque etiam aliquid corporis deperditur. Conſpicietis quandoque nares deficere vi huius luis.

Sed præterea & morbi in ſoluta vnitate excitantur, hoc eſt vlcera, quamuis vlcus (vt alias dixi) non modò ſit morbus in ſoluta vnitate, ſed etiam in magnitudine imminuta. Si vlcus occupat penem, vocant cariem: ſi obſideat manus, pedes, appellant rhagades, ſimiliter ſi vlcuſcula illa circa ani partes conſpiciantur: in reliquis partibus vocant vlcera.

Si reſpiciamus ad ſymptomata, innumera producuntur ab hac peſſima lue, potiſſimum autem

dolo-

dolores,qui varias occupant corporis partes:tinnitus, ea ſolet eſſe admodū rebellis: gonorrhœa, quia videlicet hæc lues agit in vaſa ſeminaria: depilatio ſeu glabrities,quando lues petit pilorum radices,quando permiſcetur cum fuligine,beneficio cuius fouentur ac generātur pili.Patet igitur ex his quomodo hæc lues multipliciter poteſt lædere corpus humanum. Secundum quod explicandum erat,cum has noxas lues Venerea pariat in corpore:quæ hominis pars lædatur, totū, an pars.Certiſſimum eſt quandoque totum,quandoq; partem lædi:nec immeritò,quia lues hęc eſt ſummæ actiuitatis,& aduerſaria naturę humanę, non ſecundum vnam tantum partem, ſed ſecundum omnes:[& ideo apparet quando aliqui dicūt eſſe aduerſariam facultati naturali tantum, nugas eſſe.] Vnde vt hoc negotium rectè intelligatis, quantum attinet ad totum hominem,dubio procul totus læditur,vt in febre:quia hæc eſt morbus totius.Quò ad partes,omnis corporis partes affici poſſunt, ſed potiſſimum iecur:quia (vt intelligetis ſuo loco) ſæpenumerò hoc malum oritur ob Veneris vſum. Vnde ratione motus, ratione caloris,partes illæ ſecundum poros recluduntur, vt virulentia promptum habeat iter ad iecur.Sed hoc non eſt perpetuum,vt ſi contingat hanc luē aliam petere corporis partem, hanc etiam offendat:nam agens agit in paſſum, quod eſt proximū: neq; enim reperitur aliqua corporis pars,quę nō poſſit affici: cuius ſignum, cùm febris fiat à lue Venerea, pati cor. Prætcrea cum dolores capitis

oboriantur,& quandoq; à lue Venerea facultas animalis langueat,& non principalis,&principalis dubio procul & cerebrū patitur. Sed animaduertatis dum loquimur de parte corporis humani, dum loquimur de ſubiecto huius luis, hunc ſermonem eſſe duplicem: alio modo debetis intelligere de ſubiecto affectus virulentiæ. Subiectum affectus poteſt eſſe totum,poteſt eſſe quælibet corporis pars. Verbi gratia,per affectū intelligo febrem,quæ eſt vitium totius, & proinde etiā cordis. Alio modo intelligo partem eſſe ſubiectū non affectus, ſed virulentiæ, quando lues ſecundum propriam ſubſtantiā in aliqua corporis parte reperitur,ita vt illa pars ſit fomes ac principale domiciliū illius luis,& poteſt eſſe multiplex pars: ventriculus,iecur,lien:poteſt eſſe caput: poſſunt eſſe putridæ reliquę corporis partes,nequaquam cor:nunquam cor poteſt eſſe præcipua ſedes. Ea enim eſt vis caloris cordis, ea denſitas, id robur cordis,vt nō ſit poſſibile,vt lues iſta occupet cor, vt cor ſit præcipua ſedes. Tandem in definitione dictum fuit genitum ex humana ſubſtātia à ſimili. Pro explicatione huius particulæ duo ſunt declaranda:alterum pertinet ad materiam ex qua reliquum ad agens ſeu efficiens. Quantum ad materiam ex qua, dictum fuit eſſe humanam ſubſtantiam. Per hominis ſubſtantiam tria cum Hippocrate oportet intelligere:contenta, continentia, impetum facientia:à præſenti negotio excluduntur impetum facientia:nam ſpiritus à lue Venerea patiuntur:poſſunt pati,verùm paſſio hæc eſt alte-

ratio:

ratio:nequaquam poteſt eſſe putrefactio:nō poſſunt mutari ſpiritus à lue Venerea,quia non poſſunt putrefacere:& hoc ſupponendum, quia eſt negotium diſcutiendum in doctrina de febribus. Quare per hōis ſubſtantiā intelligere oportet cōtenta & continentia quantum ad contenta, ſunt ſucci qui in corpore humano reperiuntur: quare poſſunt eſſe & ſucci alimentales, & excrementij, quare quilibet humor. Et ſi humor mutetur in ichorem, etiam ex ichore poteſt fieri lues: ſimiliter ex ſero, ex lacte, & etiam ex ſemine, vt demum quilibet ſuccus poſſit eſſe materia generationis luis Venereæ. ¶ Quod autem ad continentia; poſſunt eſſe corporis partes, & ſanguineæ & ſeminales ſeu ſpermaticæ. vnde quo ad ſanguinē; poſſunt eſſe partes carnoſæ, pingues, adipoſæ: vnde caro mutatur in luem veneream: pinguedo ſimiliter. Idem eſt ſtatuendū de ſpermaticis; vt quandoq; hæc virulētia fiat ex oſſibus (vtinā non eſſet verum) vt portio oſſis mutetur in hāc virulentiā. Quod ſpectat ad agens, dictum fuit generari à ſimili, & per hoc ſimile nihil aliud intelligere oportet quàm luem Veneream. Neceſſarium igitur eſt vt adſit hæc lues, hoc agēs, ſi noua lues generari debet. hoc.a.agens, hoc ꝙ ſimile nuncupamus, vt colligere licet ex Galeno in arte Med.cap.99.agit in partem vicinam: & ita agit, ita in alteratione progreditur, vt quod contingit, quod ſibi eſt proximum, mutet in ſuam naturam, & proinde in luem Veneream. Et hoc loco notandum, luem hanc, quę habet rationem efficientis, quę eſt primò genita, extrinſecus accidere. nō eſt poſſibile,

vt in homine hæc virulentia generetur abſq; aliquo externo agentis rationẽ habente, quod noxã illi conferat atq; communicet. Vt ſic videatis diſcrimen inter luem veneream & venenum, quod in corpore humano poteſt generari ſponte, quãuis aliud venenum non occurrat. quomodo hoc fiat, declaratum eſt in doctrina de venenis. At generari hanc luem in homine impoſſibile eſt, niſi alia lues forinſecus accedat.

Neq, eſt vt quis ita furioſè perſcrutetur (quia eſſet vitium immodica diligentia) quiſnam prim' autor fuerit illius primæ luis: quia dubio procul noua eſt hæc materia; hæc cauſſa quomodocunq; fuerit genita, perinde eſſet, ac ſi quis quæreret quodnam prius genitum eſſet, ouum an gallina: hoc non facit ad curationem.

Satis eſt nos ſcire eſſe genitam hanc luem à ſimili: & eſſe materiam à tota forma aduerſariam, putridam, calidam, viſcidam. Cum igitur extrinſecus accedat, aduertere oportet huiuſmodi virulentiam vt plurimum accidere propter cõgreſſum, propter coitum, attamen non ſemper: nam nonnullis, vt pueris infantibus aut nõdum natis, virulentia Gallica communicatur, dum vel ſunt in vtero, vel extra vterum. Si in vtero, bifariã hoc poteſt contingere: altero modo ex ſemine parentum; quando oriuntur infelices iſti ex parentibus infectis lue Venerea: & præſertim hoc contingit, quando parentes ſunt affecti gonorrhœa Gallica, ſemẽ illud ita infectum degenerat in calidum innatum peſſimum; vt propterea ſit lues etiam Ve-

 397

nerea in ſummo malignitatis gradu. alio modo fœtus ſuſcipit virulentiam non ex ſemine, ſed ex alimento: quando contingit vt mater ſit infecta lue, vel etiam inficiatur poſt conceptum; vt mater ſubminiſtret ſanguinem infectum lue Venerea fœtui. Si verò homo ſuſcipiat virulentiam extra vterum; vel eſt ex concubitu, vel citra. Et vt diximus, eſt per concubitum ſæpenumerò, & præbetur euidens occaſio ingreſſui huius luis; quia pori aperiuntur, partes incaleſcunt, & facilè virulentia illa vertitur in vaporem: quia vapor petit & ingreditur corporis partes. Cæterũ & hæc contingere poteſt citra concubitum: vt per ſuctionem lactis: vt puer ſi capiat lac à nutrice infecta, inficiatur & ipſe. Sed contingere etiã poteſt per ſimplicem contactum: vt verbi gratiã ſi puer ſit infectus, & ſugat lac, ex eo contactu poteſt nutricem inficere (vtinam non eſſet verum.) Idem poteſt contingere per oſculum: ſi quis dormiat cum aliquo qui ſit detentus ſcabie Gallica, ſic fœmina fœminam poteſt inficere. Nam ſcabies Gallica dum inhæret alicui indiuiduo, poteſt alterum ratione contactus inficere: vt propterea impertiatur etiã hæc lues per linteamina infecta; ſiue ſudore illo Venereo, ſiue etiam ſanie: vt ſi aliquis dormiat in linteaminibus, in quibus dormiuit quiſpiam ſcabie Gallica infectus, non ſit impoſſibile vt hic inficiatur. Vt his mente conceptis facile ſit colligere, in lue Venerea hoc excrementum peccare vel ſecũdum formam, vel rõe putredinis, vel ratione caliditatis, & lentoris: & vt ex neceſſitate ita pec-

cet;differentia eſt ſolùm ſecundum magis & minus.qualibet lues eſt aduerſaria ſecundum formam,alia magis,alia minus:vt ſic hæ differentiæ à nobis mente ſint continendæ, gratia curationis: quandoq; maius eſſe vitium ſecundum caliditaté, quàm ſecundum formã;quandoq; oppoſito modo:præterea quandoq; eſſe minus vitium ſecundum putredinem quàm ſecundum caliditatem: quandoq; eſſe intenſius vitium ſecundum lentorem,viſciditatem,quàm ſecundum alias qualitates.Et deinde vt hoc excrementũ poſſit producere vel cauſſas, vel morbos,vel ſymptomata. Notate quãtum attinet ad cauſſas, differentiam eſſe, prout hæc virulentia producit cauſſas vel alterádo ſolum,vel etiã corrumpendo. Quo ad morbos,vel eſt intemperies,vel mala compoſitio, vel ſoluta vnitas.quo ad ſymptomata;eſt vel actio læſa,vel exiens mutatum, vel qualitas mutata. Ratione ſubiecti afficitur vel totum; vt in febribus: vel pars;vt in reliquis vitijs.Et vt homo eſt ſubiectum virulentiæ,põt eſſe quælibet pars,ſed potiſſimum hepar.quo ad materiam ex qua,vel eſt cõtentum,vel continens.quoad cauſſam efficienté; conſideremus vel penes ſubſtantiã & eſſentiam, vel penes originem. Quantum ad eſſentiam; eſt differentia ſecundum magis & minus: alia efficacior alia.Ab origine;extrinſecus accedit;&eſt vel in vtero,vel extra vterum.Eſt præterea neceſſarium vt cognoſcatis hanc luem in genere & ſecundum eius differentias. Quantum ad luem in genere,aduertendum hanc lué vel egere & operari in cor-

in corpus:vel quandoq; ob exiguam copiam non agere;vt quamuis lues in corpore reperiatur,nulla tamen eius ſit actio:& eſt neceſſariũ vt cognoſcatis luem,ſiue agat,ſiue non agat.Nam quamuis non agat;poteſt tamen lædere.vt Medicus prudẽs præcognoſcens hanc luem,antequam agat, poſſit euellere;& homines tueri à noxis imminentibus.Primum igitur quando lues venerea agit in corpus,quibus notis depræhendatur.Si agat hæc lues,indicatur ex affectibus,affectus ſunt ſymptomata & morbi.quantum attinet ad ſymptomata, cognoſcetis luem veneream in corpore hærere ex dolore,& in primis pruriginoſo; ex ſenſu pruriginis,propter luis acrimoniam:& præterea etiã ex dolore vlceroſo. diſcrimen eſt inter dolorem pruriginoſum, & vlceroſum: quia pruriginoſus ſpectat magis ad partes extimas;vlceroſus ad intimas.Præterea indicatur ex dolore,qui incipit cruciare potiſſimum circa veſperas:nam illa eſt hora in qua incipit moueri materia melancholica,quę dubio procul ſæpenumerò adeſt in lue venerea: cùm ſit materia non modò putrida , ſed etiam calida & exuſta. Auicenna 2. quarti tractat. 1. Capit. 4. ſcribit ægritudines & accidentia fortiora fieri de nocte, quàm de die : quia natura occupatur in digerenda materia. 2. quia materia dolorum minus noctu propter frigiditatem noctis & pororum clauſiones reſpirat : ad quod Luna, quæ domina eſt humiditatum, plurimum cooperatur, deinde per noctem intenditur, quia exuſtus humor non ita facile diffla-

tur, vt producatur dolor. Sæpenumero etiam accidere ſolet, vt magis crucientur partes quæ ſunt intermediæ, quoniam hæc lues venerea promptius agit in partes carnoſas, in muſculos quàm in tendines, in ligamenta, in partes ſpectantes ad articulos. Præterea indicatur hæc lues ex Gonorrhœa; verum nõ ex qualibet, ſed ex determinata, priuata: cum gonorrhœa poſſit etiam oboriri citra luem venereã. Indicatur ergo ex Gonorrhœa ſatis fœtente: & ratio eſt, quia lues hęc eſt putrida; vt propterea color vergat ad viriditatem, quãdoque ad nigredinem, ſiquidem lues hæc eſt materia exuſta. Sed præterea hæc Gonorrhœa non eſt cum tolerantia ægrotantis, qñ fit Gonorrhœa ex copioſo ſemine fit cum tolerantia: in lue venerea non eſt cum tolerantia; atq; ideo ſemen ſeu materia illa ſeminalis, quæ deberet eſſe alimentum partium ſpermaticarum, ob prauitatem egreditur euacuaturq; Præterea cognoſcetis, ſi Gonorrhœa excitata eſt citra immoderatum coitũ: nam quandoq; fit ob immoderatum coitum, attamen citra ſuſpicionem luis venereæ, vbi non præceſſit coitus immoderatus, & ſubſequitur Gonorrhœa, indicium eſt luis venereæ. Indicatur præterea ex caſu pilorum ſiue congenitorum, ſiue poſtgenitorum, ſiue omnium. Etenim lues hæc ſua malignitate & acrimonia pilorum radices abradit & dum permiſcetur cum fuliginibus, ex quib. generantur pili; ita facit fuligines, vt nequaquam poſſint eſſe idoneum alimentum pilorum. Indicabitur præterea ex febre, quæ ſolet circa veſperas

ras exacerbari: & iam patet cauſſa. Indicatur ex humoribus, ex bubonibus, & cęteris: ex caſu dentium; præſertim ſi nihil antea fuit prægreſſum quod venenum ſit, quod poſſit abradere gingiuas. Indicatur ex carie, ex ſciſſuris in manibus & pedibus, circa anum. Vt verbi gratia ſi prægreſſus ſit coitus, ſiue alia cauſſa, de qua ſupra diximus. Indicatur etiam ex iuuantibus; quando vitium (ſiue febris ſit, ſiue aliud quiddam) non potuit curari niſi Alexipharmacis. Hic igitur in modum cognoſcetis luem dum agit. Sed ſi contingat vt lues lateat in corpore, & proinde nō agat ob exiguam copiam (quod non eſt impoſſibile, ſi quidem experientia teſtatur per annos aliquot delituiſſe) quid tum eſt faciendum; Medicus prudens antequam curam aggreditur, conſideret an poſt coitum illicò ſit ſecuta caries, ſi ſtatim oborta eſt, conijciendo non hærere in corpore luem: quia non penetrauit, lues ex coitu contracta adhæſit peni eumq; exulcerauit, non penetrauit; & idcirco non eſt cruciandus æger ligni Guaiacini decocto. quod ſi caries non ſtatim apparuerit, facilè colligi poterit latitare in corpore luem Gallicam, & ex coitu vapores penetraſſe in iecur, in partes intimas: deinde poſt aliquot dies tranſmiſſam eſſe materiam luis venereæ ad penem, & vlcuſcula excitata. Deinde cognoſcetis virulentiam luis deliteſcere in corpore, ex eo quod caries illa difficulter ſanatur, & poſt vlceris curationē remanet aliquis tumor & durities. Cognoſcetis etiam hinc; ſi fuerit Go-

norrhœa citra immoderatum coitum: tunc indicium eſt vaſa facta eſſe imbecillia, nõ ob coitum nimium;ſed potius ob malignitatem illius materiæ.Cognoſcetis poſt medicationem relictam eſſe luem,ſi affectus,hoc eſt morbi & ſymptomata, non prorſus abolentur: præterea ex eo, ſi quis coitu vtatur cum ſumma prudẽtia, vlcera tamen in pene accipiat;tunc eſt ſignum relictæ luis. Cognoſcetis etiam ex eo,ſi cura non fuerit diligens, ſed leuis,quindecim forte dierum.

Nota. Quibuſdam, ſimulac Venere ſunt vſi, eo ipſo die caries erumpit: nonnulli poſt coitum non corripiuntur carie; niſi poſt triginta aut quadraginta dies: hæc diligenter animo verſare Medicus debet: quia magnum habent momentum ad inſtituendam curationem luis Venereæ.

Aggreſſurus luis venereæ curationem, non ſolum in genere illam cognoſcere debet;ſed etiã ſecundum quatuor ſupra memoratas differẽtias.Si formales differentias ſpectemus, lues venerea ſe habet vt excrementũ lædens,vt excremẽtum differentias obtinet ſecundum magis & minus. Cõſideretur ergo ſecundum formam, quantitatem, putredinem, caliditatem, lentorem. Secundum formam:an ſit ſummæ actiuitatis, necne. Vehementis actiuitatis erit,ſi patiens vnico congreſſu fuerit infectionem nactus: idem ſi hoc acciderit citra coitum:præterea ſi citò fuerit læſus. Obſeruaui quoſdam,qui cum lue hac inficerentur,poſt menſem ſtatim ſæuiſſimis ſymptomatibus torquebantur: hoc erat argumentum ſummæ actiuitatis

nitatis. Si non aderit tolerantia: certiores eritis luem Veneream eſſe ſatis inſignis actiuitatis. Si oppoſito modo ſe res habuerit, iudicabitis exiguæ eſſe actiuitatis. Quoad vitium in quantitate; cognoſcetis luem vehementem, ſi totum corpus, ſi plures eius partes occupauerit: ſi pauciores, cōtra. Quoad vitium in putredine; cognoſcetis eſſe inſignem ex Gonorrhœa admodum fœtente, ex vlceribus fœtentibus, ex febri putrida. quoad caliditatis vitium; cognoſcetis caliditatem eſſe admodum vehementem ex doloribus acerbis, ex ardore in Gonorrhœa, ex pruritu, ex feruore in locis affectis: ſiue ſint vlcera, ſiue alia vitia. Si hæc fuerint remiſſiora; remiſſior erit & lues. Quo ad vitium in lentore; lentor erit vehemens ex ſymptomatum perſeuerãtia; vt quamuis ſymptomata ſint exigua; nihilominus non ceſsãt ratione lentoris. An hæc lues lædat, & multifariam lædat: an ſint morbi, an ſymptomata: & qui ſint morbi, quę ſymptomata: cognoſcitur ex proprijs ſignis. Vt (verbi gratia) ſi ſit febris; ex ſignis febris: ſi bubo; ex ſignis bubonis. quare oportet vt poſtea cognoſcatis differentias, quæ capiuntur à ſubiecto. Subiectum in lue venerea eſt duplex; namque eſt ſubiectum affectum, vel eſt ſubiectum ipſius luis, Quoad affectum ſubiectum; vel eſt totum corpus, vel pars corporis. Totum eſſe affectum ſubiectum, cognoſcetis ex febre; quia eſt morbus totius: ex macie totius. Partem autem cognoſcetis ex vitijs determinatis (verbi gratia) ſi Gonorrhœa adſit cognoſcetis locum affectum.

Quòad virulentiam vt ſubiectum habet; pro ſubiecto habet partem vel internam. Si partē habet externam oculis conſpicietur. Si autem ſubiectū ſit pars interna, aduertatis poſſe eſſe vētriculum, iecur. lienem, cerebrum; & in fœminis vterum. Cor excipitur, vt ſuo loco dictum fuit. Indicabitur ergo eſſe ventriculum; vt ventriculo ſit primò occurrendum: quia hæ ſunt partes in quibus eſt fomes luis; ſi fortaſſe excitata eſt ex oſculo cū muliere infecta, & maximè ſi illicò quis biberit aut comederit, præterea cognoſcetis hinc potiſſimū; quod ex chylo vitia huius luis emanarunt: tunc querelæ erunt de læſa chylificatione circa ventriculum. Cognoſcetis ſedem affectam eſſe iecur, ſi malum originē duxerit ex coitu, ſi ſecundum dextrum inguen bubo appareat: & præterea reliqua etiam ſymptomata magis pertineant ad dextram partem: & potiſſimum intelligetis ex læſa ſanguificatione; quæ ſanè læditur non læſa facultate iecoris: ſed accidit ob errorem externum, hoc eſt ob præſentiam luis: quamuis quandoq; poſſit etiam coniungi morbus iecinoris; ſed hoc eſt extra rem. Quò ad linem: cognoſcetis ex lienis tumore, ex bubone in ſiniſtra parte; & reliquis quæ magis exercent partem ſiniſtram. Indicabitur etiam ex mali contumacia lues venerea, ſi prodit vitio lienis; propterea quod ſit difficilioris curationis: nā vbi lien malè habet; non poteſt expurgari excrementum melancholicum: & cum inficitur lue venerea, ægerrimè extirpari poteſt. Cognoſcetis cerebrum eſſe luis domicilium, ex pannis infecti

appl

appliciris capiti. Sed præterea cognoſcetis ex dolore, & reliquis noxis quæ obſident caput; & hinc ex doloribus articularibus: dum potiſſimum hi dolores prodeunt à capite lue Venerea affecto. Cognoſcetis vterum ſedem eſſe huius luis ex ſuppreſſis menſibus, vel etiam nimium fluentibus poſt coitum; ex gonorrhœa, ex vteri doloribus, ex moleſtia circa mammas (quia conſentiunt cum vtero) ex carie circa pudenda. Et tandem cognoſcetis cauſſam ex quibus ſit materia ex qua; quæ eſt vel contentum, vel continens. Si eſt contentũ, & fuerit alimentale, aderit difficilis tolerantia; ſi excrementia, non ita difficilis.

Luis venereæ differentiæ deſumptæ à forma, & à ſubiecto, quibus ſignis depræhendantur, intellexiſtis; oportet igitur nos afferre ſigna differẽtiarũ tum à materia ex qua, tum à cauſſa efficiente. Quò ad materiam ex qua, poteſt eſſe contentũ vel continens, quò ad contentum; ſi ſit alimentale, cognoſcetis ex difficili tolerantia: quia corpus non nutritur, & alimentum inficitur: contrà autem, ſi fuerit excrementitium. Quę autem ſint excrementa, hoc eſt vel biliosa, vel pituitoſa, vel melancholica; cognoſcitur ex propriis ſignis; de quibus non eſt vt agam. Verbi gratia, ſi lues venerea ſit genita ex materia melancholica; ſigna aderunt dominantis melancholiæ, & malum erit contumaciſſimum. Quo ad continentia; an ſit pars carnoſa, an pinguis, an ſeminalis (vt oſſa) facilè cognoſcetis. Quò ad cauſſam efficientem; cognoſcere oportet, an originem duxerit lues vel in, vel

extra vterum: & hoc facilè colligetis ex relatione aſſidentium, & patientis. Nam ſi (verbi gratia) infans in lucem editus corripiatur hac lue; neq; aliquid extrinſecus contigerit; facilè deprçhendetis in vtero contractam eſſe hanc luem. Et ſi in vtero contracta, an ex ſemine: an potius poſt cõceptionem ex alimẽto matris, haud difficulter aſſequemini. Nam ſi (verbi gratia) parentes fuerint infecti lue venerea; ex ſemine vtiq; malum eſt contractum. Et ſimiliter ſi extra vterum; facilè cognoſcetis an per coitum, an cauſſa lactis, an cauſſa nutricis, an per pãnos factum ſit: interrogate ægros. Quando cognitum eſt malum; oportet ad præſidia deſcendere, & aduertere, tametſi lues Venerea aliqua ex parte adimatur citra methodum, citra indicationes; maiori tamen ex parte hãc luem remoueri per indicationes & methodum: ac ſæpè ob aliquod vitium non licet eodẽ modo lignum Guaiacum adminiſtrare. Vnde in maximo verſantur errore, & pœnas quoq; luunt meritò, qui hac lue infecti accedunt ad Chirurgos, ad barbitonſores. Oportet igitur nos aliquid de præſidijs loqui; quæ cum deſumantur à rei eſſentia, à lue venerea quæ eſt excrementum præter naturã multifariam lædens hominem: idcirco præſidia haurienda ſunt ab excremento, à lçſione, ab homine; ab his tribus tantum: vt ſuperfluum ſit ab alijs ſumere præſidia: & proinde neq; à cauſſa efficiente: nam cauſſa efficiens ſi eſt externa, non indicat. Nec licet haurire indicationes à materia ex qua. nam hæc vel eſt mutata in luem: & tunc ſat eſt hauri-

haurire indicationes à lue genita,ab excremento hoc venereo: vel nondum eſt conuerſa in luem. huic occurrimus dum toti prouidemus (verbi gratia) ſi fiat ab aliquo humore, eſt euacuandus. Quantum ad excrementum (eſtote in hoc diligentes; vt non empiricè,ſed dogmaticè ſciatis adminiſtrare Guaiacum & alia)cum ſecundum formam,putredinem,caliditatem,& lentorem peccet,& toto genere ſit præter naturam;iuxta præceptum Gal. 13. Methodi 6. indicat remedium prorſus euacuans,quod eradicans poteris appellare. Vt autem naturæ humanæ eſt inimica & aduerſaria,indicat Alexipharmacum.

Ratione putredinis aduertere oportet,an hoc excrementum ſit putrefactum,vel potius putreſcat. Si putrefactum;quoniam ratione putredinis toto genere eſt præter naturam; indicat eradicans. vt autem putreſcit, indicat refrigerans,ſiccans:nam calor extraneus, & humiditas, ſunt in cauſſa quod materiæ putreſcunt. Deinde cùm hoc excrementum Venereum ex neceſſitate ſit calidum, indicat frigidum:cùm ſit lentum; iudicat detergens. Sed quandoq̃ue euenire poteſt vt hoc excrementum ſit craſſum; quare indicat attenuans:ſi durum,emolliens: vt contingere poteſt in lue melancholica.

Quantum verò ad læſiones; variæ hauriri debent indicationes pro varia læſione,de quibus in proprijs capitibus. Vt verbi gratia, ſi læſio fuerit à febri; oriuntur indicationes febriles: Si intemperies calida iecinoris,dyſcraſię calidæ iecoris in-

dicationes ſe offerent:& ſic de reliquis. Has indicationes non prorſus dimittemus, vbi deſcenderimus ad curationem affectuum, hoc eſt vlcerum & reliquorum.

Quantum ad hominem; indicationes ſunt ſumendæ, vt homo ſecundum varias partes eſt ſedes luis venereæ. audiuiſtis autem quandoq; eſſe ventriculum, quandoq; iecur, quãque lienẽ, quandoq; cerebrũ, quandoq; vterum. Signa habuiſtis; & in adminiſtratione Guaiaci cognoſcetis quãta ſit neceſſitas huius doctrinæ. Horum igitur viſcerum calidum innatum indicat calidum & alimentum. Calidum ratione temperaturæ: alimentum ratione ſubſtantiæ. Horum, ſ. viſcerum proportio requirit ſimile; vt hepar hepaticum:& ſic reliqua. Totum autẽ corpus humanum rõe virtutis indicat alimentum, Cæterum cum non liceat occurrere vel virulentiæ, vel læſioni, vel homini; ſiue ſecundum totum, ſiue ſecundum partem; niſi de toto prouidentia habeatur; ideo toti occurrendum: ſiquidem dum corpora ſunt impura, neque Alexipharmacis, neque topicis, neque alimentis occurritur.

Quid autem ſibi velit totius prouidentia, patet ex alibi propoſitis; vt varia prouidentia ſit opus pro diſcrimine ſtatus totius.

Cæterum vt patientes vos admirẽtur, antequã ad materias præſidiorum deſcenditis, prædicetis quid euenire debeat. Hęc doctrina pendet à vi rerum præter naturam, atque etiam virtutis. Quantum ad res præter naturam, oportet vos ſcire, &

digre-

 509

digredi circa vehemētiam luis & ſymptomatum; luis inquam genitæ, non generantis. Nam lues generans eſt ſignum vehementiæ luis genitæ. Vt verbi gratia, ſi quis læſus eſt à vehementer infecta muliere: hæc affectio vehemens in fœmina eſt ſignum vehementiæ luis genitæ in homine: quare eſt ſatis digredi circa vehementiam luis genitæ. Primum igitur quantum ad vehementiam ratione dignitatis; non eſt eadem vehementia à quolibet vitio venereo: eſt magna differentia. Nā hæc vehementia ſpectatur vt lues occupat corporis partes magis vel minus nobiles. Vnde minor eſt vehementia, ſi obſideat lienem: intenſior, ſi ventriculum: adhuc intenſior, ſi iecur: adhuc magis, ſi cerebrum: & in fœminis, ſi vterum, intenſior eſt quam ſi lienem corripiat. Ratio eſt manifeſta ex doctrina Anatomica partium ratione, quæ magis vel minus ſunt nobiles. Si perpendamus vehementiam luis ratione eſſentiæ, tunc maior eſt vehementia penes eſſentiam, ſic vt luis forma eſt maioris actiuitatis: quomodo cognoſcatur, diximus. Præterea eſt intenſior vehementia, quò lues magis fuerit putrida, magis calida, magis lenta, magis groſſa, magis dura; qualis potiſſimum eſt lues melancholica: & tandem qualis eſt alimentalis; & ratio eſt; quia in hac virulentia eſt maior receſſus à naturali ſtatu. Violentia ratione facultatis corpus regentis locum habet in lue venerea; ſi vſque adeò ſit infenſa lues, vt oboriantur conuulſiones, lipothymiæ, pulſuū infirmitas, ſyncope, & proinde difficilis tolerantia; quæ vehementia

potiſſimum locum habet, ſi virulentia ſit alimentalis, & partes ſint exquiſiti ſenſus. Si hæc hies oppoſito modo ſe habuerit; tunc hæc vehementia erit remiſſior; vt melius prò ægrotante ſit prognoſticandum.

Quantum verò ad morbos; in his etiam perpendere oportet triplicem vehementiam; & proinde in febribus, in intemperie calida iecoris, in obſtructionibus, in tumoribus, in bubonibus, in gummatibus, verrucis, puſtulis, in caſu dentium, in vlceribus (ſiue ſit caries, ſiue rhagades) diſcurratis per triplicem illam vehementiam. Verbi gratia, in lue venerea vlcus pulmonis eſt lethale: nam adeſt ſumma vehementia ratione dignitatis. Eſt & perpendenda ſymptomatum vehementia: ſed non eſt noſtri propoſiti, vt circa has vehementias in præſentia diſcurramus. Quantum ad virtutem, erit eius vehementia, ſi corpus fuerit boni temperamenti, boni habitus, in florenti ętate, & fortiter poſſit ſuſtinere præſidiorum materias. Contra autem ſi homo ſe habuerit, & virtus fuerit debilis, vt non benè ſit ſperandum. Et propterea ſupponendo luem curationem admittere; ratione totius probatur quandoq; venæ ſectio; ꝑpter ſanguinem, qui in lue venerea q̃nque habet rõem cauſſę principalis, q̃nque ſine qua nõ. Cauſſę principalis, dum lues generatur ex ſanguine: dũ prætereà corpus lue affectum, eſt etiã correptum in ſlãmatione, morbo ſanguineo. Habet rõem ſanguis cauſſæ ſine qua non, ſi lues & reliqua mala fiant non ex ſanguine, ſed ex alia materia. Et patet ex ali-

ex alibi dictis, in venæ ſectione eam eſſe ſanguinis copiam vacuandam, quæ peccat; & confertim, ſi vires permittant: quia cum expediat quam citiſſimè extirpare hanc luem, & ſanguis ſit impedimento; ob id confertim euacuandis dummodo non ſit prohibens. Quod prohibet in præſentia, non eſt virtus, ſed aliquid magis priuatum, peculiare; vt cum lues petit inguina, vnde excitantur bubones. Teſtatur experientia quandoq; per bubonas ſuppuratos & apertos, ex toto extirpatam eſſe luem, vt non opus fuerit alia medicatione. atque ideo hic motus luis ad inguina prohibet venæ ſectionem: vt propterea Medicus prudens eſſe debeat; & ſi obſeruat inguina intumeſcere, nullā euacuationem moliatur, ac aduertat an deueniat inflammatio & tumor ad maturationem nec ne. Si perducitur beneficio vel naturæ vel medicamentorū ad maturationem (de quibus ſuo loco) tunc oportet permittere vt locus aperiatur: & vbi locus erit apertus & egreditur ſanies, ſumma cum prudentia Medicus debet aduertere, an hæc euacuatio per inguina ſit futura ſufficiens nec ne. Sufficientem cognoſcet, ſi malum ſit recens, ſi non ſit coniuncta alia ſymptomata, ſi copioſa effluat materia.

Contrà verò, ſi oppoſita reperiantur, ſi iudicabitis non ſatis eſſe euacuationem per inguina; vos eodem tempore debetis venam ſecare: quia lues tunc non prohibet, nec periculum eſt vt tollatur ille impetus. Et propterea aduertatis varias venas eſſe ſecandas, prout ſcilicet varia eſt ſubſi-

ſtentia. Et ideo notandum vt ſciatis curare ægros. Si fuerit caput, oportet ſecare cephalicam modò dextram modò ſiniſtram; prout affectio poſtulare videbitur. Si ventriculus, ſi iecur, baſilicam dextri lateris: ſi lien, baſilicã ſiniſtri lateris: ſi vterus, potiſſimum expedit ſaphenam pertundere. Sed quò ad bubonas, ſi fortè adeſſent, quæ venæ aperiendæ? In bubone vel eſt aliqua ſpes ſuppurationis: & tunc infirmas oportet ſecare venas. Si verò prorſus ſit abolita ſpes ſuppurationis, reſpiciatis ad ſubſiſtentiam circa iecur, & baſilicam ſecetis. Hæc de venæ ſectione.

Quò ad fonticulos cauſſa prouidentiæ totius, ſi contingat vt lues ſit contumax, non cedat medicamentis; non improbatur vſus fonticulorum, vt perpetuò hæc lues euacuetur. Et quò ad locum, ſi fomes fuerit caput, excitentur vlcera in brachijs: ſi iecur, in cruribus: ſi ventriculus, ſi lien, ſi vterus, idem fiat.

Quò ad medicamenta, loquemur de medicamentis primò ratione totius: ſecundò ratione virulentiæ luis: tertiò ratione affectuum, hoc eſt morborum & ſymptomatum. Quò ad medicamenta ratione totius, ſunt lenientia, præparantia, purgantia. Roborantia hìc locum non habét. Lenientia debent eſſe varia, prout ſuperfluitas varia offertur. Et propterea ſciendum ſi lues eſſet calidior, bilioſa, Hiera danda haud foret; ſecus ſi pituitoſa; quia rõe cuius perſuaderi põt ventriculum primosq; ductus tunc repletos eſſe pituitoſa materia, vt ſpecieb. Hieræ vti liceat. Reliqua tan-

quam

quam nota omitto, & propterea ſermo habebitur de præparantibus, quæ & ipſa variant pro diſcrimine materiæ præparandæ. Sed hoc loco mouendi eſtis, vt ſubinde reſpiciatis ad luem, & illius vitium: ad formam, putredinem, caliditatem, lentorem: quandoq; etiam ad duritiem. Siquidē præſtat, eodem tempore præparare materias, vt ſint idoneæ ad exitum, ſiue ſint virulentæ, ſiue non. Quare conſulo, vt dum adminiſtratis ſyrupos, ratione formæ ipſius luis, permiſceatis vel acetoſam, vel acidum citri, vel quinque folium, vel capillum Veneris, vel ſonchum: & præſertim ſi materia calida præparāda erit. Si frigida extiterit, reſpicientes ad peccatum ſecundum formā luis, permiſceatis meliſſam, corticem citri, ſemen citri, modò vnum, modò aliud: ne omnes eodē modo curetis, ſicut faciunt Empirici. Dum reſpicimus ad vitium putredinis, licet permiſcere acetoſam, acidum citri, acetum, adiāthum, potiſſimum ſi materia præparanda fuerit calida: vt ſi deſiſtat ab inſigni caliditate, liceat occurrere ſiccis, etiā ſi frigida non ſint: vt eſt agrimonia, ceterach. Si reſpiciamus ad peccatum, vt virulentia ex neceſſitate eſt calida, permiſcere oportet cichoracea, & ſi calidior ſit, licet permiſcere violas: & ſi adhuc intenſior ſit caliditas, operæ prætium eſt ad lactucam, nymphæam tranſire. cum reſpiciendum eſt ad vitium ſecundum lentorem, licet permiſcere hordeum, oxymel ſimplex: & ſi viſcidior extiterit materia, licet aſcendere ad oxymel compoſitum, ad hyſſopum, ad praſſium: & hæc cum vim habe-

ant attenuandi, occurrent etiam craſſitiei materiæ. Quod ſi contingat vt materia duritiem obtineat, debetis permiſcere quę conficiuntur ex pomis, borragine, bugloſſa, liquiritia, althęa, malua. Si igitur ad hæc reſpexeritis, ſcietis varia præſcribere, & variis modis ægros tractare. Verbi gratia, ſi materia calidior erit præparāda, & adnexa ſit duritiesluis, poteritis hoc modò pſcribere ſyrupū.

℞. Syrupi de ſucco acetoſæ, acetoſi ſ. de liquiritia ana ℥ 2. Aquæ hordeaceæ alteratæ cum acetoſa, endiuia, borragine, althæa ℥ 4.5. vel 6. ſi perpendatis hoc præſcriptum, reſpicit quæ aduerſantur materiæ præparandæ calidæ, & lui, vt peccat varijs modis. Vnde aduertendum cur in hoc præſcriptio propoſuimus tantum ℥ 6. ſyrupi, & ℥ 4. imò 6. decocti. non alia de cauſſa factum eſt quàm quod materiam calidā præparare voluimus: & ꝙ à dulcibus abſtinendum, vbi coniuncta eſt lues calida. Quantum ad purgantia, varia ſimiliter eſſe debent pro diuerſitate ſucci purgandi. Vnde notand. primum cum in lue venerea ob caliditatem, ob exuſtionem, potiſſimum vigeant ſucci atri, ꝓbari medicamēta ex polypodio, epithymo, helleboro nigro: practici exhibent pillulas cochias cum helleboro.

Secundò notandum; diligenti & exacta purgatione opus eſſe in hac lue: quia ſucci in corpore exiſtentes ſui præſentia prohibent vacuationem luis. Vt non abs re illi Practici ſint laudandi, qui etiā ſyrupis cōpoſitis vtuntur, & repetita etiā purgatione: imò etiam illi qui ſingulis decem diebus,

dum

dum patiens vtitur decocto,purgantia exhibent. Nam cum lues hæc per omnes regiones educatur,& potiſſimum per poros cutis; & expellatur ſæpe in vaporem mutata; dubio procul ſucci in corpore exiſtentes prohibent eiuſmodi euacuationes. Si quis deſideret medicamenti reſcriptum ſeu formulam ſyrupi compoſiti; excipiat.

℞. Syrupi de fumaria compoſ. de Polypodio ana ℥j.ß. Decoctionis Borraginis, Hordei, Endiuię ℥ȝ.miſce pro ſyrupo. Et ſi deſideratis ſyrupum compoſ. magis efficacem, decoctioni addatis fol. ſenæ ℥ij.

Sed aduertendum hoc loco, eſſe exhibendos ſyrupos cōpoſitos poſt primā purgationē;hoc eſt inter primā & vltimā purgationem;vt ſit interuallum 8.aut 10.dierum. Exhibeatis autem hos ſyrupos alternis diebus,& diebus intermedijs,& propter caliditatē purgātium & luis poteritis exhibere decocta ex refrigerātibus,ex cichoraceis, & ſimilibus. Vt ſi cōtingat corpus ægrè perferre calorifica medicamenta,alternis diebus expedit vti ſero lactis. Hæc de medicamentis ratione totius.

Quantum ad medicamenta luem reſpicientia (in quibus proponendis oportet ſumma vti diligētia:quia, pace multorum dixerim,pleriq; ſunt, qui quod operantur,ignorant) non recedentes à Galeno 13 Methodi 6.ex illius loci doctrina colligimus eſſe alterantia & vacuantia: vt omnia ad duo prima capita referantur. Quò ad alterantia, alterantur qualitate vel recondita, vel euidenti. Si recondita,reſpiciunt luis peccatum ſecundum

formam. Si autem agant euidenti qualitate, aduerſantur lui vt peccat ſecundum putredinem, caliditatem, lentorem; & quandoque duritiem.

Quantum ad vacuantia, vacuant illa (dicant alij quicquid velint) vel impellendo expultricem, vel roborando: vel attrahēdo, vel ratione caliditatis, vel ratione ſimilitudinis: quæ hydrargyro aut antimonio tribui non poſſunt. non vtemini vos illis niſi ſumma neceſſitate coacti: habemus nos præſtantiora vt ſecuriora Sed quænam ſunt illa? Guaiacum, ſalſa, chyna, ſaſſafras. Quantum ad Guaiacum, non expectetis vt vobis explicem quod ſit bonum, aut malum: ſciamus Guaiacum ſecūdum formam eſſe ſimile naturæ humanæ; & eſſe ſimile facultati alteratrici? vt huius beneficio facultas alteratrix corporis melius agat in materias morbificas. Sed præterea dicimus eſſe amicum expultrici: calidum & ſiccum in ſecundo gradu: eſſe tenue; non ita tamen vt non ſit particeps etiam alicuius craſſitiei, ad differentiam Salſæ. Præterea dicimus eſſe pingue, acre, & bene odoratū. Cum ita ſit conſtitutum Guaiacum; non difficile erit colligere quæ eius eſſe poſſint facultates. Vnde quantum ad formam, quæ in Guaiaco ſimilis eſt naturæ humanæ (vt aliqua ex parte corrigere licet ex Galeno vbi agit de Alexipharmacis) vim habet alterandi; vt per alterationem ita roboret alteratricem (non alterat luem, ſunt nugæ) vt alteratrix robuſta reddita, adimat luis actum ſecundum; & non poſſit operari: quemadmodum etiā dum magnes tangitur ab adamante, adamas adimat

mat actum ſecundum magneti.ſed præterea Guaiacum propter caliditatem habet vim reſoluēdi, i nminuēdi luem: propter ſiccitatem corrigit putredinem: propter tenuitatem poteſt attenuare: propter pinguedinem emollire, quin imò etiam nutrire: propter amaritudinem abſtergit: propter acrimoniam expultricem irritat: propter ſuauem odorem ſpiritus reficit. Hoc autem loco notandum corticem eſſe ſicciorem; vt magis conferat quàm lignum, ſi lues eſt vehementioris putredinis: in reliquis lignum eſt anteponendum cortici.

¶ Quantum ad ſalſam, eſt medicamentum ſecundum formam ſimile humanæ naturæ: in actibus eſt temperatum (nequaquā calidum, vt quidam ſomniant) ſiquidem neque ſalſum eſt, neque amarum, imò neq; odoratum neq; dulce. Vt hinc liceat colligere ſalſam eſſe medicamentum in actiuis temperatum; quod ſi aliqua ex parte declinet à temperato, vergit potius ad frigidū. Siccum eſt in fine ſecundi, hoc eſt in tertia māſione; nam euidētiſſimè ſiccat; vt ferè ad vehementē accedat ſiccitatem; id tertiū ſiccitatis gradū. Præterea eſt medicamentum tenuiſſimum, & quidem ita tenue, vt neqnaquā ſit particeps alicuius aſtrictionis; ad differentiam Guaiaci. Partes omnes ſalſa habet vniformes, habet tenuiſſimas. adhæc eſt medicamentum citra pinguedinem, citra amaritudinem, citra acrimoniam, & citra odorē. Cùm ſalſa ſit medicamentū ita conſtitutum; quantum attinet ad formā, quæ eſt ſimilis naturæ humanæ: ſcire debetis, quod tametſi hoc medicamentum

ſit ſimile naturæ humanæ ſecundum formam:tamen eſt differentia inter ipſam & Guaiacum; vt ſalſa poſtponenda ſit Guaiaco.In Guaiaco eſt forma ſimilis,ſed maioris actiuitatis;vt ꝓpterea ſalſa minus roboret facultatem naturalem quàm Guaiacum.Quò autem ad temperiem,ſi hanc ſpectemus ſecundum actiuas qualitates, ſalſa eſt magis efficax Guaiaco;ſalſa namq; magis caſtigat luis caliditatem:quia imò Guaiacum,quia calidum,non corrigit,ſed potius auget caliditatē.Quò ad ſiccitatem,ſalſa magis iuuat quàm Guaiacū: quia magis corrigit putredinē luis: ratio eſt, quia ſalſa eſt ſiccior Guaiaco.Quò verò ad tenuitatem;ſalſa ꝓpter ſui tenuitatem pariter eſt anteponenda:citius perit luem,&eſt quaſi vehiculum ligni,quia eſt tenuior.Vt mirandum non ſit cur in intenſiorib⁹ morbi Gallici doloribus ſalſa vtantur Medici præ Guaiaco.Cæterum ſalſa ita eſt tenuis, vt ſit prorſus expers aſtrictionis; hinc fit vt noceat calido innato ventriculi,videlicet diſſipando: & hoc eſt quod dicunt iſti,ſalſam eſſe inimicam ventriculo, ratione formæ(ſunt nugæ)eſt expers aſtrictionis. Vt autem ſalſa eſt citra pinguedinem; non emollit,non habet vim nutriendi. Vt autem eſt citra amaritudinem & citra acrimoniam, ad differentiā Guaiaci,neq; abſtergit neq; irritat expultricem, quia non eſt acris:vt ſecundum hanc rationem ſit poſtponenda Guaiaco.Poſtremò cùm ſit citra odorem,ſpiritus non recreat ad differentiam Guaiaci. Hæc de ſalſa.

Quò ad Chynam, oportet etiam huius dotes

callere

callere, vt ſciatis quando miſcenda ſit cum ſalſa: quando in maiori, quando in minori copia. Chyna igitur ſecũdum formam eſt ſimilis naturæ humanæ: quamuis ſit poſtponenda Guaiaco: in actiuis qualitatibus eſt tẽperata; cuius ſignum; quia, vt diximus de ſalſa, neq; eſt amara, nec acris, nec acris, nec ſalſa: potu tamen magis vergere ad frigidum: propterea quod non prorſus ſubobſcura dulcedine donata videtur, quæ nequaquam conſpicitur in ſalſa. In paſſiuis qualitatibus eſt ſicca in primo: vt mirandum non ſit, ſi corpora emaciata hanc melius perferant quàm ſalſam aut Guaiacũ. præterea eſt tenuis: ita tamen vt ſit particeps alicuius denſitatis, ad differentiam ſalſæ. Eſt pinguis, dum bona eſt, citra amaritudinem, citra acrimoniam, & odorem. Vnde quantum ad formã, china eſt poſtponenda Guaiaco, quod eſt valentius Alexipharmacum: & æqualis eſſe videtur cum ſalſa. chyna pariter propter temperiem in actiuis qualitatibus poteſt corrigere luis caliditatem, minus tamen quàm ſalſa: propter ſiccitatem quidẽ corrigit luis putredinem, ſed min⁹ quàm Guaiacum, minus quàm ſalſa: vt ratione putredinis luis china ſit poſtponenda & ligno & ſalſæ. propter conſiſtentiam minus penetrat ſalſa. Salſa omnia excedit in penetrando, propter pinguedinem magis emollit, & magis nutrit: vt merito pinguedinis chyna ſit anteponenda omnibus Alexipharmacis. Vt autem eſt citra amaritudinem, acrimoniam, & odorem: procul dubio eſt poſtponenda ligno.

Quantum ad ſaſſafras, ſecundum formam eſt medicamentum ſimile naturæ humanæ, calidum & ſiccum in fine ſecundi, tenue, non pingue, leuiter amarum, acrius ligno, & odoratius etiam. Et ob id quò ad formam, cùm ſit amica naturæ humanæ, non ita tamen ſicut Guaiacum, propterea roborat quidem facultatem naturalē, verùm minus quàm Guaiacum: propter caliditatem reſoluit, ſed auget caliditatem luis, in hoc nocet. Propter ſiccitatem ſtrenuè corrigit putredinem: propter tenuitatem attenuat, penetrat; ſed cum ſit medicamentum non pingue, non alit, non emollit. Propter amaritudinem deterget, ſed min' quàm Guaiacum. Propter acrimoniam expultricem irritat: propter odorē ſpiritus roborat, reficit. Vt propter ſiccitatem & odorem ſaſſafras ſit anteponendū ligno, quia ſiccius, quia odoratius.

Quo ad Hydrargyrum, ſecundum formā aduerſatur naturæ humanæ, eſt venenum. Secundū temperiem eſt frigidum, non ſiccum. Quare antequam tradam receptum & Guaiaci & aliorum, explicare opus eſſet, (quoniā hoc negotium difficilimum eſt, & neminem video qui mihi ſatisfaciat) qua ratione Hydrargyrum per ſuperiora exhibitum, ſit in cauſſa vt lues Venerea euacuetur.

Nos nugis poſthabitis (vtilitatis veſtræ gratia) dicimus nequaquam eſſe aſſerendum in cauſſa eſſe Hydrargyrum huius euacuationis propter modum attractionis. Nam dum applicatur cruribus, dum inungitur, fit euacuatio per os, per palatum: quare vel cæcus videat non fieri illam euacuatio-

cuationem cauſſa extractionis:nec eſt vt diſcurramus circa attractionis genera:quia eſſet ſuperuacaneum.Concludendum ergo hanc euacuationē fieri per modum impulſionis,quia non datur tertium:vt propterea non concurrat attractrix partium,ſed expultrix.porrò expultrix,hoc eſt,facultas naturalis ad expellendum bifariam concurrit. vno modo vt roboratur: ſiquidem expultrix facultas,quò robuſtior,quò validior fuerit,eò efficacius expellit.Altero modo concurrit expultrix, vt irritatur.In præſentia cuilibet euidentiſſimum eſſe debet,non concurrere Hydrargyrum vt vim habet roborandi expultricem; hoc enim præſtat Guaiacum: hoc præſtat illud medicamentum quod eſt ſimile ſecundum formam,quod non eſt venenum:vt cum Hydrargyrum ſit venenum,nequeat eſſe in cauſſa vt expultrix Hydrargyro robur accipiat. Quare ex neceſſitate relinquitur vt expultrix ad expellendum concurrat, non quia robur accipit,ſed quia irritatur. Irritat verò ab Hydrargyro:quod formam habet naturę humanę inimicam.Cæterum non hoc ſcire oportet modò, ſed illud etiam addendum, hydrargyrum non modò eſſe infenſum facultati naturali expultrici:ſed potiſſimum aduerſari partibus neruoſis. nec hoc dictum eſt chimericum: nam praxin Medicam exercentes,& inter eos præſtantiſſimi quiq; in malis neruorum, nequaquam vtuntur hydrargyro ad expugnandā luem venereā:&experientia quotidiana teſtatur,artifices deſtinatos effoſſioni hydrargyri (metallicos) quāuis natura ſint robuſti:

ex neceſſitate tamen affici ſecundum neruos,vt& plurimum poſt tres vel quatuor annos tremoribus,& alijs neruorum noxis corripiantur. Vt ſic veriſſimum maneat (cùm hydrargyrum naturæ humanæ ſit infenſum,& potiſſimum facultati expultrici neruorum,quia à cerebro ducunt originem) quod ſua forma,mediante frigida qualitate ita agat in neruos,vt cōpatiatur etiam cerebrum: quod ob ſui robur non ſuſcipit luem,ſed antequá ſuſcipitur lues,dum perducitur in caput, non in ſubſtantiam cerebri (quia non permittit frigidū ſuſcipi in cerebrum)per os cum impetu euacuat, vt vi frigiditatis hydrargyri lues venerea ſurſum ad principium neruorum per modum repercuſſionis impellatur:vnde poſtea facultas cerebri,ſicuti tempore ſanitatis, ſolet cerebri excrementa craſſa per os euacuare,vt videmus accidere in inunctionibus,quod per os fiat euacuatio propter hydrargyrum. Non ſenſim, ſed cum magna violentia,impetu,ac celeriter per os excernitur materia,propulſa ad fauces,ad venas linguæ, ad gingiuas:quò fit vt partes illæ intumeſcant.

Quò ad antimonium: hoc in ſe habet,vt vehemēter ſoluat per vomitū,& ſeceſſum: ſed quantū ego experiētia potui colligere ac deprahendere, rariſſimè luē ſuperat.Vt hæc mea ſit ſententia,in Lue venerea deſiſtendū eſſe ab Antimonio, & in reliquis fidēdū.Tutius ꝓfectò eſt & cōſultius, vti Guaiaco,ſalſa,ſaſſafras,chinaꝗ̄ Antimonio & Hydrargyro.Nā hęc naturæ humanę ſunt inimica,& venena:nec vſurpāda,niſi ſumma neceſſitate vrgēte

Cæte-

Cęterum quia Hydrargyrum eſt efficacius illis quæ enumeraui, ad debellandã luem veneream: quotieſcunq; lues venerea ad ſummum eſt contumax, & corporis conditio ſeu virtus permittit: nõ improbo ſi quis hydrargyro vtatur: ſiquidem, vt prouerbio dicitur, malo nodo malus eſt quærendus cuneus. Porrò aduertere oportet dum exhibetur Guaiacum; ſæpè à Medicis peritis id obſeruari (& rectè) vt cum ligno reliqua permiſceãt: quæ quamuis ſunt varia, rediguntur tamen præcipuè ad duo capita: quod memoriæ mandare debetis, vt cognoſcatis ſcientiam eſſe breuem, non prolixam reddendam.

Redigantur igitur omnia ad adiuuantia & corrigentia. Ad adiuuantia: vt Guaiacum citò vincat luem veneream. Ad corrigẽtia, vt tutò & cum iucunditate. Vnde quantum ad adiuuantia: hæc reſpiciunt vel luem, vel luis ſubiectum. Quò ad luẽ: ſuo loco intellexiſtis, quod in lue erat neceſſariũ plura vitia mente concipere. Quamobrem quantum ad vitium: ratione formæ luis, lignum nullo alio indiget medicamẽto: merito cuius expultrix irritetur vel adiuuetur ad expellendam virulentiam Gallicam: non tamen eſt præter rationem, ſi expultrix ſit languida, infirma, aut diminuta; adiuuare illam quæ per plures vias excrementa conſueuit deponere, vt promptius ad determinata loca perueniant atque educantur: videlicet per aluum, per veſicam, per cutis meatus ſeu poros. Sic cauſſa alui aſtrictæ licet vti vel leniẽtibus, vel leuiter ſoluentibus: cauſſa lotij, ſeminibus

melonum,adiantho,Capillo veneris,rad.fenicu-li,ſemine aniſi:cauſſa ſudoris,carduo ſancto, &c. Sed diligenter aduertite,ne(quod pleriq; faciũt) cum ijs quæ ſudoré mouent, permiſceatis aluum ſoluentia aut purgantia. Quod ſi opus ſit vt exhibeatis ſolutiuum ob aluum nimium adſtrictam, eo die intermittetis decoctum ligni: ne natura eodem tempore diuerſis motibus affligatur.

Iam ad ſequẽtia tranſeamus:& primum oſtendamus,quomodo Guaiacũ ſit adminiſtrandũ. Secundò,quæ debeat eſſe quantitas. Tertiò,qs modus exhibitionis. quartò,qñ hoc medicamentum ſit exhibendum. Quintò,vbi adminiſtrandum.

Quãtum ad primum,dictum modò fuit, quod ſi reſpiciamus formam ligni Guaiaci, ita efficax eſſe ad expellendam virulentiam Gallicam, vt aliud Alexipharmacum non requiratur: attamen non eſt præter rationem admiſcere etiam adiuuantia ratione putredinis:quia,vt ſcitis,lues peccat etiam ſecundum putredinem. Vnde practicantes,dum putredo luis vrget,cũ Guaiaco miſcent corticem,ſalſam & propterea ſunt laudandi. Et ratio eſt,quod ad ſiccandum & ad expugnandam putredinem, cortex anteponitur Guaiaco: ſalſa etiam,quia eſt ſiccior.neque tali lue peccante improbatur ſaſſafras, ratione ſcilicet putredinis: vt ſaſſafras magis ſiccet quàm Guiacum. Sed præterea cum hæc lues peccet ratione caliditatis, ratione lentoris, quandoque ratione craſſitiei, quandoque etiam ratione duritiei, oportet vos eſſe diligentes, vt ſciatis cõponere medicamẽta.

Ratio-

Ratione igitur caliditatis luis, vtile eſt cũ Guaiaco permiſcere ſalſam, chinã: nã hæc duo magis poſſunt caſtigare caliditaté luis, quàm Guaiacum.
Ratione autem lentoris, Guaiacum non eget aliqua mixtione prædictorum: nam lignum magis eſt amarum reliquis.
Si ſpectemus peccatum luis, quod non eſt ſemper perpetuum ſecundum craſſitiem: expedit cũ Guaiaco permiſcere ſalſam, ſaſſafras: quandoquidem ſalſa magis attenuat, & ſaſſafras quàm Guaiacum. Poſtremò quò ad vitium ſecundum duritiem, optimum eſt, dura exiſtente lue, permiſcere cum Guaiaco Chinam: quia magis emollit quàm Guaiacum, eſt exigua vis emolliendi in Guaiaco, non in ſaſſafras, non in ſalſa. Hæc de adiuuantibus, vt reſpiciunt luem.
Quod ad luis ſubiectum attinet, illud vel eſt proximum, vel remotum. Si ſubiectum eſt proximum (verbi gratia) ventriculus, iecur, Guaiacũ non eget alijs, quia propria ſua tenuitate poteſt permeare ad ſedem luis; quia ſedes eſt proxima. Cæterum ſi ſedes ſit remota, Guaiacum eget adiuuante: vt expediat permiſcere non chinam: ſed ſalſam & ſaſſafras: nam hæc duo ſubſtantiam obtinent tenuiorem Guaiaco: vt meritò ſi ſedem habeat lues in capite, in artubus, expediat Guaiacũ adiuuare ſalſa, vel ſaſſafras, vel vtroque.
Cęterùm quoniam non hęc modò Alexipharmaca ſunt adiuuantia, verùm etiam pleraq; alia: idcirco expedit, imò neceſſarium eſt pro ſalute hominum, cognoſcere quænam ſint miſcenda

præter hæc cum Guaiaco. Ratione luis ſat eſt perpendere vitium ratione putredinis, caliditatis, lentoris, craſſitiei, duritiei; non tãtum ſecundum formam, quia non loquimur de Alexipharmacis.

Ratione putredinis, non eſt præter rationem cum Guaiaco, cum Alexipharmacis permiſcere quinquefolium, adianthum. Ratione peccati ſecundum caliditatem, ſi lues ſit iuſtò calidior, debetis permiſcere cichorium, endiuiam, cichoracea, ſonchum.

Ratione lentoris, vbi viſciditas eſt intenſa, non eſt præter rõem amariora permiſcere. Si illa non ſunt in vſu, debetis exiſtimare malam eſſe conſuetudinem, quod Medici hiſce ſimplicibus ſeu herbis non vtuntur: miſceatis vos ſcordiũ, praſſium.

Ratione craſſitiei permiſceatis radicem filicis maris, quia maximè attenuat: ratione duritiei cũ Alexipharmacis decoquatis glycyrrhizam, althęam, maluam, & ſimilia. Sed præterea licet etiam aſcendere ad Ammoniacum: quod quamuis non poſſit permiſceri cum decocto, debet tamen permiſceri cum Guaiaco dum exhibetur in puluere, vt ſuo loco docebo.

Adiuuantia & non Alexipharmaca ratione ſubiecti luis debent varia permiſceri, prout ſubiectum luis eſt varium. Verbi gratia ſi ſedes eſt ventriculus, cum Alexipharmacis oportet permiſcere coriandrum, myrrham, abſinthium: ars medendi hoc monſtrat. quamuis apud plęroſque non ſit in vſu talis pręſcriptio medicamentorũ. Si luis ſedes ſit iecur, ſi contingat vt iecur ſi calidius

(quod

(quod ſępè contingit) oportet permiſcere cichoracea, hepaticam, aquam communem; quamuis non improbem aquas deſtillatas in vaſe vitreo. Si eueniat (quod quandoq; contingere ſolet) vt ſedes luis ſit iecur, ſed frigidum ſit, vt immineat hydrops; debetis miſcere agrimoniam, & loco aquę vinum: vt mirandum non ſit, ſi aliqui lue affecti obiere hydropici, & alij ob alios morbos, propter negligentiam Medicorum. Si ſedes luis ſit lien, miſceatis ceterach, phyllitidem, cort. capparum; imò etiam chalybem: vnde non eſt pręter rationē in lue venerea, dum adeſt lienis tumor, cum decocto Guaiaci ſemunciā vini chalybeati miſcere. Si ſedes luis ſit cerebrum, permiſceatis betonicam, maioranam, ſtœchadem, vnum vel aliud; ſaluiam, hyſſopum: odorata, vt cinamomum: & niſi aliquid prohibeat, etiam vinum, ſiquidem in oculorum dolore ex Hipp. ſententia vinum meracum exhibitum confert: quia perducitur ad oculos per caput. Tandem ſi ſedes affecta ſit vterus: poteſtis permiſcere vel adianthum, vel matricariam, vel artemiſiam, vel origanum, vel pulegium: vt niſi aliquid ſit quod calidum prohibeat, ſit etiam deſcendendum ad myrrham; eo modo qui eſt propoſitus de ammoniaco.

Cæterùm non ſufficit in tradendo præſcripto Guaiaci vel recepto permiſcere adiuuantia: ſed oportet etiā corrigentia adhibere. Guaiacum rōe formæ, q̄ calida eſt & ſicca, ſimilis naturæ humanæ, tenuis, pinguis, acris, amara, ſuauis odoris; non eget aliquo corrigēte, ſed aduertere debetis

(& quidem diligenter)an lues ſit calidior, an cum lue ſit coniuncta febris,an hepar impenſe calidũ: tunc licet permiſcere ſalſam,chinam, vt corrigentia:quoniam ſalſa & china,cum non ſint ita calida, imò potius ad frigidum vergunt, poſſunt attemperare caliditatem Guaiaci:vt nõ noceat ſua caliditate,ſimiliter corrigi debet ratione exuperantis caliditatis aqua,cichoraceis, hordeo , & ſimilibus refrigerantibus. & quia etiam ſiccum eſt Guaiacum,vt ea ratione poſſit obeſſe(non quidẽ putredinis,quia ſic iuuat)ſed quia lues eſt melancholica,quia patiens ſicciorẽ habet ventriculum: quia totus corporis habitus eſt ſiccus:ea inquam ratione indiget corrigente : quare permiſceatis bugloſſam,borraginem,maluam. & potiſſimum carnem pulli,vituli,vel caponis,ratione tenuitatis Guaiacum,ratione pinguedinis,non eget corrigente,quia non poteſt lædere. Ratione amaritudinis,ſi contingat vt patiens amaritudinẽ perferre nequeat,&proinde lædat:non modò citò & tutò,ſed etiam cum iucunditate eſt occurrẽdum: quare conſulo vt permiſceatis paſſulas, liquiritiam , ſic ratione acrimoniæ & caliditatis eget corrigentibus,vt dictum eſt,nec opus eſt eadem repetere.ratione odoris non eget aliquo corrigente,quia non nocet,imò potius iuuat. Et ſic (vt opinor)patet qua ratione liceat plæraque,ſiue ſint adiuuantia,ſiue corrigentia, permiſcere.

Sed propter iuniores non erit præter rationẽ exempli gratia deſcribere medicamentum quod ſit cõfectum ad debellandam luem veneream : &

Iunio-

Iuniores quæſo animaduertant tripliciter poſſe componi hęc medicamenta:cum aqua,cum iure, & vino.Cùm aqua poteritis ſecundum hunc modum præſcribere.

℞. Scobis Guaiaci ℔.ſ.cort.Guaiaci,ſalſæ parillæ añ ℥ 2.chinæ ℥ j ß. Aquæ fontanæ ℔ 12. fiat infuſio per diem naturalem, deinde decoctio ad conſumptionem dimidię partis ꝓ ſyrupo. Poſtea

℞. Reſiduum colaturæ ex decoctione prima, adde aquæ ℔ 18.fiat infuſio per tres vel quatuor horas,decoquatur ad conſumpt.tertiæ partis pro potu Et hoc loco aduertite circa reliqua medicamenta ſiue ſint adiuuantia,ſiue corrigentia: vel eſſe grata & iucunda;vel ingrata & inſuauia.Si iucunda,grata,ſuauia, poſſunt decoqui inſimul cũ Alexipharmacis,antequam fiat decoctio pro portione:ita tñ vt prudens ſit pharmacopœus vel potius Medicus;vt iubeat,quę longiorẽ decoctionẽ non perferunt,circa decoctionis finem illa imponere(vt ſunt paſſulæ & id genus alia)ſecus ſtatuẽdum eſt de reliquis,longã coctionẽ ſuſtinentibꝰ.

Quod ſi ingrata ſint;coquantur cum portione ſyrupi,non cum toto decocto: vt cùm calefit decoctum,cùm eſt paratum;ex decocti huius ℔ 6. poſſumus accipere ℔ j. & cùm exhibendum eſt, imponere herbas(potiſſimum nõ recentes) quoniam virides poſſunt eſſe in cauſſa vt ſyrupus corrumpatur;quemadmodum eſt borrago, bugloſſa,meliſſa,endiuia, virides. Si velletis has herbas decoquere vna cum Guaiaco,haberetis 6.℔. decocti;hæ ſex librę ſi darentur per tres dies,procul

dubio decoctum putreſceret;& æger cum nauſea atque faſtidio, imò cum detrimento decoctum illud putridum aſſumeret.

Alter modus eſt,vt niſi aliquid obſtet: vt ſi non putrefaciant decoctum quæ imponuntur,& herbæ exiccatę decoqui poſſint eo tempore,quo decoquitur Guaiacum, cum ſupponamus has herbas & medicamenta eſſe ingrata,ſi volueritis ſine aliquo artificio hæc ingrata medicamenta decoquere:tunc decoctum nō pro ſyrupo,ſed pro potu redditur ad ſummum ingratum: quia (vt ſcitis) capimus reſiduum,& videlicet Guaiacum & reliqua medicamenta, & cum aqua decoquimus ꝓ potu;vt potus ingrat⁹ atque iniucundus euadat. Quare ſciatis ordinare, & iubeatis, vt dum paratur decoctum ex Guaiaco;ex 12.℔.aquæ ſuperſint 9.non 6.Hac facta decoctione ad conſumptionē ℔ 3.poſtea fiat colatura:& accipiatis reſiduū Guaiaci,ſalſæ,& reliquorum (quæ ſunt Alexipharmaca) & cum aqua fiat potio,poſtea accipiatis illas 9. ℔.quæ erant pręparatæ pro ſyrupo,pro decocto, non pro potu;& imponatis in illis 9. ℔. decocti herbas illas ingratas,& fiat decoctio ad conſumptionem partis tertiæ,tunc remanebūt ℔ 6. quibus vti oportet pro ſyrupo. Sic igitur Guaiacum cum aqua præparatur.Cum iure hunc in modū.

℞. Guaiaci,chinæ ana ℥ j ß.Salſæ ℥ j. Aquæ ℔ 6. Fiat infuſio per 24. horas, deinde adde carnis pulli ℥ j. Fiat decoctio ad conſumptionem medietatis. Quò ad potum, tradendum eſt præſcriptum vt prius.

℞. Quod reſiduum eſt, aquæ ℔ x. fiat decoctio ad conſumptionem ℔ ȝ.pro potu. Notandũ diſcrimen inter hoc receptum & prius: nam in priori medicamento appoſita eſt magna quantitas Guaiaci & reliquorum:in hoc doſis eſt exigua: ſalſa fuit impoſita ad ℥ j.lignum & china ad ℥ j ß. eſt exigua quantitas,aquæ etiam copia exigua, ratio eſt, quoniam quoties ita paratur decoctum, non poteſt durare. Similiter corrumpitur ratione carnis:vt ſi tempus ſit calidius,non liceat ordinare hoc medicamẽtum in magna copia, ſed exigua,& ea portione,vt medicamentum ſolum per vnum diem perduret.Præterea notandum ſalſam eſſe poſitam in minori doſi,quia plus iuſtò ſiccat, & magis quàm china; & dum vtimur carne, ſemper reſpicimus ad corporis marciem: & ob eandẽ rõem Guaiacum non excedit doſin chinæ: quia china vt pinguior,eſt anteponẽda Guaiaco: ideo oportet rectè callere naturam medicamẽtorum.

Et hoc loco notandum etiam, cùm reperiantur nonnulli ægri qui pro potu vti iure, aqua decocta cum carne non poſſunt:non eſſe à ratione alienum,vt poſt potum decoquatur caro quemadmodum etiam de herbis iniucundis dictum eſt, Deinde aduertere etiam oportet, non eſſe faciendam decoctionem in iure: nam cùm opus ſit longa decoctione, ſyrupus vel decoctum illud ſalſum euaderet.

Poſtremò cùm liceat quandoque vti Alexipharmacis cum vino,vt ſuo loco diximus, poteritis hunc in modum præſcribere.

℞. Guaiaci ℥ 9. corticis ℥ 3. ſalſæ, ſaſſafras ana ℥ j. Aquæ ℔ 12. fiat decoctio poſt infuſionem ſ. artem, ad conſumpt. trium partium. Erant ℔ 12. quare remanebunt ℔ 4. Deinde adde vini generoſi ℔ 3. & fiat leuis decoctio, quoniam vinum non debet diu decoqui; deinde cola exprimendo pro ſyrupo.

Pro potu ℞. ℔ 16. & quod reſiduum eſt decoquatur ad conſumptionem dimidij, deinde adde vini ℔ 4. miſce pro potu. Hæc igitur dicta ſint de mixtione Guaiaci cum reliquis, ſiue ſint Alexipharmaca, ſiue alia medicamenta, vt ex his pateat etiã qua arte liceat miſcere ſalſam cum reliquis, atque etiam chinam. Verbi gratia, ꝓpter iuniores,

℞. Salſæ ℔ ſ. ſem. coriandri ℥ ß. Aquæ ℔ x. fiat decoctio ad conſumptionem pro ſyrupo. Hoc loco notandum poni coriandrum vt corrigatur ſalſa, nam ſalſa (vt ſuo loco intellexiſtis) omnis aſtrictionis expers eſt; vt noceat hac parte ventriculo. Et hæc de primo.

Secundum propoſitum explicandum erat de quantitate, hoc eſt, quæ ſit doſis accommodata morbo Gallico affectis. Syrupi eſt ab ℥ 3. ad ℔ j. hoc ſolum notandum, maiorem doſin eſſe exhibendam ante prandium, quàm ante cœnam. Et ſic debetis intelligere, ne erretis, ſicuti faciunt q & manè & ſerò dant 7. vncias decocti. Si manè exhibeatis ℥ 7. veſperi ante cœnam exhibere ℥ v. ratio eſt, quia inter prandium & ſyrupum veſpertinum eſt minus interuallum, quàm inter cœnam & ſyrupum matutinum (verbi gratia) exhibemus

ſyrupum hora x. prandium eſt hora 14. ſecunda 15. ſyrupum hora xxj. cœnæ hora xxiiij. Et iſtud ſit horæ xix.

Quò verò ad doſin pulueris Guaiaci & reliquorum, poteſtis exhibere à ℈ j. ad ℈ iiij. propter iuniores ſic poteritis ordinare:

℞. Pulueris Guaiaci, ſalſę añ ℈ 2. Betonicę ℈ j. cum ſyrupo de Betonica, fiant pillulæ, & poteritis duabus vicibus exhibere. Imponimus Betonicam ſupponentes fomitem & ſubiectũ luis eſſe caput.

Quod ad modum exhibitionis non modò in forma liquida, ſed etiam in conſiſtente oportet exhibere; ſiquidem Guaiacum efficaciter agere debet. Id fiet ſi cum decocto exhibeantur pillulæ & electuaria cõfecta ex Guaiaco. Prætereà vt ſtrenuè agat, id requirẽte paſſione luis, præſtat decoctum actu calidũ exhibere. Ita enim melius prouocat ſudorem, melius penetrat: atq; hinc melius venas ingreditur, & melius agit in facultatem & alteratricem & expultricem. Notandum autẽ circa ſudorẽ, vt prouocetur vel pannis calidis, vel cucurbitis repletis aqua. Propono multos modos: quia experiẽtia probaui, alios melius hoc modo, alios alio ſudare. Poteſtis cucurbitas applicare axillis, eſt res certa: licet vti tegulis, hypocauſtis vulgatis. maximè etiã probatur nouum illud inſtrumentum ligneum. Et ſi contingat vt lues ſit melancholica, & corpus aliqua ex parte vergat ad ſiccitatem: vtile eſt ſudorem prouocare aqua dulci, ſed ſit actu calida. Ideo ne comittatur error, in primis illud obſeruandum, vt ſudor prouocetur non

illico aſſumpto decocto, ſed per horā poſt aſſumptionem. Et ratio eſt, quia operæpretium eſt, vt hoc medicamentum aliquantiſper moretur in ventriculo, donec deducatur ad actum.

Reliquum ſeruandum eſt, vt panni qui inficiuntur ſudore, non ſimpliciter ſiccentur ſub radijs ſolis, vel beneficio ignis, ſed eſt neceſſariū lauare, vt lues illa per ſudorem extracta ex toto deleatur.

Quò ad caput, quando exhibendum: proculdubio dum eſt præſentia huius luis; & nihil prohibet, quò ad luem, non modò per 30. aut 40. dies, ſed per 60. & plures exhibere debetis decoctū. Experientia ſæpè obſeruaui, cum miſeri patientes ad Medicos acceſſiſſent, & malum adhuc recens eſſet, ſymptomataq; mitia; decoctum exhibitum per 15. dies non planè ſuſtuliſſe luem venereā, ſed imminuiſſe tantùm. Quare exhibeatis ad minus per 40. dies. Et ſi contingat vt lues perſeueret; poteſtis & vos perſeuerare in decoctis: ſed ſufficit ſemel exhibere. Quando verò ad ſummū pertinax eſt malum, & non licet homines diu detinere in cubiculis; poteritis ſingulis diebus manè exhibere quoddā Electuarium per horas 4. ante prandium; & vel calidius, vel frigidius, pro conſtitutione aut temperamento laborantis. Vt ſi calidius ſit corpus, ſi homo calidioris ſit iecoris, hunc in modum:

℞. Salſæ ℥ j ß. ligni Guaiaci ℥ ß. pulueris ſonchi ʒ ſ. hepatis lupi ℥ j. conſeruæ cichoreæ ℔ ij ß. cum ſyrupo de ſtœchade fiat Electuarium. Doſis ſit à ʒ 2. ad ℥ j. Notate hoc loco obiter ſalſam & lignum

gnum reſpicere luem (ſunt enim Alexipharmaca) ſonchus reſpicit hepar calidum ſimiliter & cichorium: pariter etiam hepar lupi. Et hoc electuariũ potiſſimum probatur in lue venerea cuius fomes eſt Iecur. Recipit conſeruæ ℔ ij ß. cuius compoſitionis & quantitatis hęc eſt ratio, vt pro ſingula vncia ſit ʒ j. pulueris.

Si contingat vt corpus ſit frigidum, poteſtis ſic præſcribere:

℞. Guaiaci ℥ j ß. cort. ſalſæ ℥ ß. pulueris agrimoniæ ʒ ß. hepatis lupi, mithridati veteris, confectionis cypheos ana ʒ j. conſeruæ ex folijs viridibus agrimoniæ ℔ j. cum ſyrupo de agrimonia fiat Electuarium. Doſis vt prænotatum. Tantùm ſit dictum quod attinet ad caput quando agendũ, cum reſpicimus ad præſentiam luis. Si reſpicimus ad prohibẽtia, ſciatis cauſſam morbificam, & virtutem (ſi copioſa ſit) ſua præſentia prohibere ne demus Alexipharmacũ: hanc ergo decet euacuare, & purgare corpus. Et quanquam initio corpus eſt mundatum: tamen cùm ſubinde noua excrementa generentur, niſi à natura ſufficiens fiat Euacuatio: debetis illam adiuuare clyſteribus, imò etiam ſoluentibus: exhibẽdo ſingulis decem diebus aliquod ſoluens; de quo ſuo loco diximus.

Cibus etiam ſua præſentia prohibet; quare non detis decoctum, dum ventriculus eſt repletus cibo, ſed quatuor horis poſt cibum.

Sed quomodo prohibet virtus? non prohibet ſimpliciter, & ratione qualitatis: quia virtutis organũ, hoc eſt calidũ innatum, iuuatur à calido, ſed

prohibet ratione ſuæ ſubſtantiæ; quæ ſanè diſſoluitur, ſi diutius iuſtò; ſi tẽpore calidiori, exhibeatur. vnde ſatis mirari non poſſum, quod aliqui ſibi imaginantur, optimum tempus exhibendi Guaiaci, curationis per lignum Guaiacum inſtituendæ, eſſe mediam æſtatem. Certè virtus prohibet ne faciamus, quia calidi innati ſubſtantia diſſipatur duplici ratione, primò vi Guaiaci; quod eſt in cauſſa vt fiat ſudor, expulſio, diſſolutio ſubſtantiæ calidi innati: deinde quia non licet decoctum exhibere, niſi patiens ſoluentibus vtatur: vtraque diſſipant calidum natiuum.

Etſi autem frigidiori aëre exiſtente; ratione pugnantis qualitatis, non liceat adminiſtrare decoctum Guaiaci: nihilominus poſſumus aërem frigidiorem cum calidis corrigere, vt eâ ob cauſſam minus noceat quàm æſtate. Optimũ igitur & maximè oportunum tẽpus quo exhiberi debet Guaiaci decoctum, eſt intermedium temperatum: ꝙ non minus eſt calidum, neque etiam frigidum.

Præterea notandũ dum exhibetur decoctum, non debere nos in id tantum intentos eſſe, eò reſpicere, vt ſudor prouocetur; nequaquam. Dictũ enim fuit, & rei natura hoc docet, expultricẽ non vnius, ſed omnium partium corporis, reddi robuſtam virtute Alexipharmaci ad expellendam luẽ; vt expultrix indifferenter expellat, quandoque ad vnam, qnandoq; ad aliam partem. Quòd ſi contingat (qđ raró euenit) vt natura ducat euacuationem luis per aluũ, non debetis prouocare ſudorẽ: non debetis euertere optimũ opus naturæ; quia

noxiã

noxiam materiã expellit per locos conuenientes.

Quò ad vbi agendum: hoc medicamentum quod conficitur ex Guaiaco & reliquis, poteſt administrari ori & reliquis corporis partibus, pro varia luis ſubſiſtentia. Vt ſi lues ſubſiſtentiam habet ſecundum partes internas, per os hoc medicamentum eſt exhibendum: ſi extra; varijs partibus, prout variæ ſunt affectæ. Verbi gratia, ſi vlcus eſt in crure, cruri applicandum medicamentum. Et ſic de reliquis.

Cæterùm cùm quandoque eueniat, vt non poſſit hæc lues vinci propoſitis medicamentis; vt neceſſe ſit (gratia ſalutis & vitæ ægrotantis) confugere ad hydrargyrum: inprimis aduertatis quæ debeat eſſe compoſitio, antequam deſcenditis ad huius vſum. Quare ſcire vos oportet, hydrargyrum egere & adiuuante, & corrigente.

Quantum ad adiuuans; ſi conſideremus Hydrargyrum ratione formæ, non eget adiuuantibus: ratio eſt, quia quæ reſpiciunt formã Hydrargyri, ſi debent eſſe adiuuantia vim hydrargyri, neceſſe eſt vt formam habeant ſimilem hydrargyro: quare hæc forma eſſet venefica: nam non eſt addendum venenum veneno, prętereaneq; licet ita diſſimilibus vti, hoc eſt quæ ſunt diſſimilia ſecundum formam: nam vt adiuuent tantum abeſt, vt potius impediant, quare in cõpoſitione hydrargyri adiuuantia nequaquam debent adiuuare à tota forma; ſed per manifeſtas qualitates.

Quæ ſunt illæ qualitates manifeſtæ? Ego has eſſe puto: tenuitatem, acrimoniã, amaritudinem,

propter tenuitatem medicamenta, quæ miſcentur cum hydrargyro, iuuant penetrationem: eget autem penetratione hydrargyrum, quia frigidum eſt. præterea adiuuantia tenuis ſubſtantiæ ſunt amara, quæ etiam valent ad luis deterſionem: illa igitur permiſcere cum hydrargyro licet. adiuuāt etiam quæ habent acrimoniam: nam quæ acria ſunt, habent vim, mordicandi, irritandi expultricem: cuiuſmodi eſt caſtoreum, baccę Lauri, baccę Iuniperi, item olea ex his. Dantur demũ; adiuuātia propter craſſitiem: cuiuſmodi eſt cera, quæ vt nulla ex parte lædat, poteſt ablui cū decocto baccarum Lauri, vel praſſij. Cera autem adiuuat propter ſuam conſiſtentiam, quæ eſt in cauſſa vt hydrargyrum diutius permaneat; non ita fluat, ſed adhæreat cuti, & in mora melior fiat actio. Sed quę habent vim corrigendi ad differentiam adiuuantium, concurrere poſſunt non ſolum à qualitate manifeſta, ſed etiam à tota forma. Veluti eſt ſaliua humana & præſertim hominis ieiuni: qua hydrargyrum ſolet extingui: præterea ſunt etiam antidoti, theriaca, mithridatum. Ratione qualitatis quæ vim habent corrigendi, ſunt calida, pinguia, odorata.

Hydrargyrum ſi rectè adminiſtretur, plurimū prodeſt ad expurgandam luem veneream. Sed ſi error committitur in eius adminiſtratione (cùm ſit venenum) quandoq; ſolet eſſe in cauſſa morborum maximi momenti, quandoq; etiam mortis: vt propterea neceſſarium ſit explicare, qua ratione hydrargyrum miſcendum ſit cum reliquis medi-

medicamentis. Quæ reſpiciant formam hydrargyri audiuiſtis;in præſentia pergentes, dicimus, quæ reſpiciunt frigiditatem hydrargyri, concurrere caliditate,pinguedine,odore. Nam hydrargyrum vt eſt frigidum,eget calido,vt magis penetret:propterea quod eſt calidum, habet vim abſumendi,reſoluendi:vt propterea non ſit præter rationem admiſcere oleum ex baccis lauri confectum,ex baccis Iuniperi:itē vinum, antidotos, theriacam,mithridatum,quas antidotos in præſentia perpendo,vt medicamenta calida. Præterea miſcēda ſunt pinguia, velut eſt axungia ſuilla: nec abſq; ratione,quoniam cum plus iuſto exiccarentur horum medicamentorum vſu nerui, & partes motui voluntario deſtinatæ,egent humore oblinente.confert inſuper ad hoc quoq; axungia ſuilla,vt ſui conſiſtentia permaneat hydrargyrum.Permiſcenda ſunt etiā odorata, vt aromata, & crocus potiſſimū.Nam ratione hydrargyri & perinde rōe veneni,ſpiritus facilè lęduntur.Hanc noxam corrigimus aromatibus,& præcipue croco; quia in croco eſt duplex facultas,nō modo corrigēs ſed etiā adiuuans. Corrigens, quia ob gratum odorē croci,reficiuntur ſpiritus:adiuuans, quia crocus ſponte & facillimè petit caput. Dum vtimur hydrargyro,noſtrum eſt inſtitutum vt petat caput: quare habet rationē vehiculi & adiuuātis.Sed aduertendum,dum hæc & ſimilia permiſcētur cum hydrargyro, vt cum mediocri, non inſigni copia miſceantur,ne vis hydrargyri minuatur. Et notate,cū Medici in lue venerea inunctione pariter &

propter tenuitatem medicamenta, quæ miſcentur cum hydrargyro, iuuant penetrationem: eget autem penetratione hydrargyrum, quia frigidum eſt. præterea adiuuantia tenuis ſubſtantiæ ſunt amara, quæ etiam valent ad luis deterſionem: illa igitur permiſcere cum hydrargyro licet. adiuuāt etiam quæ habent acrimoniam: nam quæ acria ſunt, habent vim mordicandi, irritandi expultricem: cuiuſmodi eſt caſtoreum, baccę Lauri, baccę Iuniperi, item olea ex his. Dantur deniq; adiuuātia propter craſſitiem: cuiuſmodi eſt cera, quæ vt nulla ex parte lædat, poteſt ablui cū decocto baccarum Lauri, vel praſſij. Cera autem adiuuat propter ſuam conſiſtentiam, quæ eſt in cauſſa vt hydrargyrum diutius permaneat; non ita fluat, ſed adhæreat cuti, & in mora melior fiat actio. Sed quę habent vim corrigendi ad differentiam adiuuantium, concurrere poſſunt non ſolum à qualitate manifeſta, ſed etiam à tota forma. Veluti eſt ſaliua humana & præſertim hominis ieiuni: qua hydrargyrum ſolet extingui: præterea ſunt etiam antidoti, theriaca, mithridatum. Ratione qualitatis quæ vim habent corrigendi, ſunt calida, pinguia, odorata.

Hydrargyrum ſi rectè adminiſtretur, plurimū prodeſt ad expurgandam luem veneream. Sed ſi error committitur in eius adminiſtratione (cùm ſit venenum) quandoq; ſolet eſſe in cauſſa morborum maximi momenti, quandoq; etiam mortis: vt propterea neceſſarium ſit explicare, qua ratione hydrargyrum miſcendum ſit cum reliquis medi-

medicamentis. Quæ reſpiciant formam hydrargyri audiuiſtis;in præſentia pergentes, dicimus, quæ reſpiciunt frigiditatem hydrargyri, concurrere caliditate,pinguedine,odore. Nam hydrargyrum vt eſt frigidum,eget calido,vt magis penetret:propterea quod eſt calidum, habet vim abſumendi,reſoluendi:vt propterea non ſit præter rationem admiſcere oleum ex baccis lauri confectum,ex baccis Iuniperi:itē vinum, antidotos, theriacam,mithridatum,quas antidotos in præſentia perpendo,vt medicamenta calida. Præterea miſcēda ſunt pinguia, velut eſt axungia ſuilla: nec abſq; ratione,quoniam cum plus iuſto exiccarentur horum medicamentorum vſu nerui, & partes motui voluntario deſtinatæ,egent humore oblinente.confert inſuper ad hoc quoq; axungia ſuilla,vt ſui conſiſtentia permaneat hydrargyrum.Permiſcenda ſunt etiā odorata, vt aromata, &crocus potiſſimū.Nam ratione hydrargyri&ꝑinde rōe veneni,ſpiritus facilè lęduntur.Hanc noxam corrigim⁹ aromatibus,&præcipue croco; q̃a in croco eſt duplex facultas,nō modo corrigēs ſed etiā adiuuans. Corrigens, quia ob gratum odorē croci,reficiuntur ſpiritus:adiuuans, quia crocus ſponte & facillimè petit caput. Dum vtimur hydrargyro,noſtrum eſt inſtitutum vt petat caput: quare habet rationē vehiculi & adiuuātis.Sed aduertendum,dum hæc & ſimilia permiſcētur cum hydrargyro, vt cum mediocri, non inſigni copia miſceantur,ne vis hydrargyri minuatur. Et notate,cū Medici in lue venerea inunctione pariter &

ſuffumigio vtuntur, tutius eſſe & minus pericu-
loſum, vti inunctione: nã ſuffumigium petit par-
tes ſpiritales; quanquam ſi patiens ſit robuſtus ſe-
cundum thoracem & pulmonem, & malum ſit
pertinaciſſimum, licet etiã ad ſuffumigium aſcẽ-
dere, quod ea ratione, quia ſuffumigiũ (vt puto)
eſt efficacius inunctione, quoniam vapores inſpi-
rati & per os & per nares, petũt caput, cerebrũ, vt
inſtigat & ad expulſionẽ irritetur. Vtriuſq; exem-
pla propter iuniores ſubijciam. Prioris hoc eſto:

℞. Hydrargyri ſaliua ieiuni extincti ℔ ſ. axun-
giæ ſuillæ ℥ 3. miſce ſumma cum diligentia per ho-
ram, deinde adde olei laurini, de iunipero, viperi-
ni ana ℥ j. miſce per ſemi horã, adde pulueris ca-
ſtorei ʒ 3. baccarũ iuniperi, baccarum lauri ana ʒ
2. Et hic puluis ſenſim aut lentè proijciatur in me-
dicamentũ, adde deinde croci ℈ ß. ceræ lotæ in ma
luatico ℥ j. miſce p duas horas. Poſterioris hoc ſit:

℞. Præcipitati ℈ j. Hydrargyri ſublimati, ſan-
daracæ Græcorum, auripigmenti ana ℥ ß. baccarũ
lauri, iuniperi ana ℈ 4. cum̃ reſina terebinthina
diluta in decocto baccarum lauri, fiat paſta ꝓ ſuf-
fumigio. Hæc dicta ſint de compoſitione hydrar-
gyri, nunc de recta eiuſdem adminiſtratione: quæ
in his 4. conſpicitur; videlicet: quantum, quomo-
do, quãdo, & vbi. his rectè intellectis, citra pericu-
lum Hydrargyro vti poterimus; ſecus, neglectis.

Primò igitur qđo ad quantum agendum; ad-
uertere oportet, ex propoſito medicamento ac-
cipiendam eſſe doſin. verbi gratia tota quantitas
erat 14. vel 15. vnciarum. vos debetis capere eã do-
ſin

ſin qua artus inunguntur: debet autẽ ea eſſe quantitas, vt modò capiatis ℥j. modo ℥2. modò ℥3. modò 4. Quid eſt quod hanc doſin docet? Eſt actio luis; prout cognoſcetis & vehementiorem & remiſſiorem eſſe actionem luis: ita debetis & magis & minus inungere artus.

Quò ad modum; obſeruate vt medicamentum quod inungitis ſit actu calidum: & vt fiat inunctio fricando: ſed conſulo vt fricetis chirothecis, non nudis manibus: & frictio fiat à partibus inferioribus ad ſuperiores, non à ſuperioribus ad inferiores: vt vis vnguenti per poros melius ingrediatur: ſiquidem cutis pori, propter frictionem à ſuperioribus ad inferiores partes, clauduntur; ab inferioribus ad ſuperiores reſerantur. Vnde cũ hic ſit modus ſeruandus, vt medicamentum ſit calidum; & fiat manibus fricando: varius eſſe potes ſecundum magis & minus, hoc eſt vt inunctio ſit magis vel minus calida: adminiſtretur vel intenſiori vel remiſſiori frictione.

Et ideo reſpiciatis ad paſſionem luis: vt pro difficiliori paſſione calidius ſit medicamentum, & vehementior fiat frictio, & vt medicamentũ detineatur ac penetret: vt non modò calidum adminiſtretur, ſed etiam ſeruetur actu calidum. Quare partibus inunctis applicetis petias lineas, & intus immittatis ſtupam confectam ex cannabe.

Quò ad quando agendum, oportet reſpicere ad præſentiam indicantis, hoc eſt ad præſentiam luis, & ad id quod prohibet. Igitur fiat inunctio, dum adeſt præſentia luis: ſi non adeſt, non debetis

inungere. Et licet inungere non ſemel tantũ, ſed bis, ter, aut ſępiùs. Verũ conſulo vt non excedatis ſeptem vices; quia ſi nõ expuit in ſeptem vicibus, nulla ſpes eſt. Per præſentiam Luis non tantũ intelligimus lué præſentem, ſed quæ ſimul cũ præſentia indicat: ſeu quãdo non cedit, non euacuatur. Nam ſi (verbi gratia) incipiat aliquis expuere poſt ſecundam inunctionem; ſat eſt ter inungere, non vltrà; quia illa lues, quamuis ſit præſens, tamen expurgatur: non eget noua inunctione.

Sed quid eſt quod prohibet? Inprimis quod prohibet, eſt materia replens totum corpus. Itaq; non inungetis corpora, niſi antea totum ſit expurgatũ. Nam vbi totum eſt repletũ: materia illa impedit, quo min⁹ vis hydrargyri poſſit permeare: debet etiam aluus quotidiè liberè fluere. Præterea quod prohibet, eſt materia quæ replet ventriculum; itaque inungatis corpus vacuo ventriculo; quatuor horis ante prandium: idem de cęna eſt intelligendum, vt & illa ſit concocta.

Vnde optimè & methodicè practicantes progrediuntur, qui ſingulis diebus clyſteribus vtuntur cũ æger non excernit. Eſt & virtus debilis inter ea quæ prohibent numeranda; ſecundum partes, & ſecundum totum. ſecundum partes, dum verbi gratia adeſt vlcus, adeſt morbus aliquis in partib⁹ oris, in præſentia, ſeu antè extiterit: morb⁹ ille nobis manifeſtare poteſt, partẽ illã eſſe imbecillam.

Et quæſo aduertatis ne decipiamini, non prohibet inunctionẽ quodlibet vitium præteritum oris. nam hoc vitium poteſt eſſe duplex: ex lue vene-

venerea: & poteſt eſſe aliunde contractum. ſi ſit vitium ex lue venerea, vlcus in lingua, in ore, & labijs: & hoc vlcus ſit ablatum, non ſit amplius: poteſtis inungere, quoniam non adeſt prohibens imbecillitas. Sed ſi quis reperiatur, qui nō ſit correptus lue venerea, & ſit obnoxius anginæ, inflámationi gulæ, & poſtea corripiatur lue venerea, nequaquam vti debetis inunctione: quia procul dubio angina excitabitur.

Ad hæc quod prohibet ratione virtutis partis, eſt virtus quę pertinet ad neruos, quoties curabitis lue affectos, & ſint vel correpti, vel etiam admodum obnoxij ſtupori, paralyſi, doloribus articulorum; qui tamen affectus non ſint Gallici: vbi virtus quoque prohibet: quia procul dubio ex toto adimetur vis illa quæ pertinet ad neruos.

Quò ad virtutē ratione totius, prohibet quoties adeſt febris; ſiue ſit venerea, ſiue non. Et ſi cōtingat vt patiens non febricitet, & faciat inunctionem, ſequatur autem febris, non pergatis.

Prohibet & macies: ſiquidem & hæc eſt ſignum virtutis debilis ſecundum totum: ſimiliter etiam vbi pulſus eſt debilis.

Idem ſi patiens eſt puer: quia non poteſt perferre illam inunctionem, & neruorum adeſt infirmitas. Neq; etiam ſenes inungere debetis: nam hæc ætas ſignificat virtutem ſecundum totum ita conſtitutam, vt prohibeat inunctionem.

Quò ad vbi agendum, oportet inungere artus citra articulos; inungatis inter articulum & articulū. Quid ſit agendū poſt inunctionē, ne noceat

(quia facilè eſt,vt quamuis omnia adſint quę propoſita fuère,aliquod occurrat detrimẽtum) animaduertere debetis,dũ eſt adminiſtrata inũctio, an virtute inunctionis fiat exſcreatio nec ne, nam niſi eò reſpiciatis,quando ſuccedit euacuatio, & quando non;dubio procul mori poterunt homines.Si ergo ſuccedat euacuatio, iubeatis vt patiens aurum contineat in ore, nam ea eſt affinitas inter aurum & Hydrargyrum, vt dum protruditur ab expultrice capitis in os;non ita inficiat oris partes:quia adhæret auro:præterea quia vi huius inunctionis, vniuerſus cubiculi aër inficitur; ne æger prauum hunc aërem inſpiret: iubere debetis vt aër corrigatur odoratis,& vt vergat ad calidum.Et quemadmodum dictum eſt,partes etiam inunctæ tectæ& calidæ ſeruentur.Dum autẽ mediocris facta eſt euacuatio,& vos perſpectum habetis hydrargyrum penetraſſe: optimum eſt occurrere artubus, vt neruoſæ partes nequaquam afficiantur;& propterea iubeatis poſtquam moderata eſt facta euacuatio,vt artus abluantur vino maluatico vel quotidiè,vel ſaltem alternis dieb⁹.

Nec præter rationem erit,vbi adhuc copioſior facta erit euacuatio,vt foueatis artus vino, quod ſit alteratum cum lacte,& tandem poteſtis etiam inungere artus melle,vna cum caſtoreo, vel oleo ex caſtoreo. Tandem abſoluta purgatione probatur balneum ſecundum totum corpus: quod balneum debet eſſe actu ita calidum,vt ſudet.Eſtque optimum, vt paretur ex aqua communi alterata cum ſaluia, betonica, calamento montano, iua,

dicta-

dictamo Cretico. Si corpus fortè ſiccius eſſet, inungatis artus oleo de caſtoreo cōfecto in duplici vaſe cum vino: cōſulo etiā vt oleo addatis magnas antidotos: vt in hoc imitemur Galenum, qui paſſim poſt adminiſtrationē opij iubet vti calidis; vt deleamus vitium quod ab opio excitatū fuit. Idē igitur eſt ſeruandum ſiue fiat inunctio, ſiue ſuffumigium; nam eadem eſt ratio.

Sunt autem non tantū inūngendi artus ſecundum articulationes, & ſecundum reliquas partes: ſed etiam ſecundum ſpinalem medullam, & proinde vertebras (loquor de inunctione quæ corrigit nocumentum Hydrargyri) & ob hanc cauſſam probantur etiam magnæ antidoti cum conſeruis capitalibus & folijs auri. Hoc modò,

℞. Mithridati antiqui ʒ 2. conſeruæ ex floribus roriſmarini, ex floribus betonicæ an ℥ j. fol. auri num. 7. cum ſyrupo de corticibus citri fiat Electuarium. Doſis ʒ 2. ad 3.

Si contingat vt afficiantur oris partes, & vlcuſcula oris oriantur: poteritis conficere medicamētum ex cornu cerui, ex ſcabioſa, quinq; folio, virga aurea, cum folijs auri: ſic vt in puluerem redigantur, & partibus vlceratis admoueātur. Si hinc proueniat vlcus, quod nimio calore detentus fuit & coopertus ęger; vnde ſanguis contineri nequit prę magna copia: capiatis puluerem roſ. rub cum puluere mirtillorum & ſumach ana ℈ ſ. excipite cum ſucco plantaginis, & immittite intra palatū: alioqui accidere poſſet vt magna ſanguinis copia euacueretur, quod non careret periculo. Si non

fiat euacuatio quid agendum? Neceſſe eſt vt medicamentis vtamini, quorũ virtute hydrargyrum extra corpus trahatur; etenim nequaquã in corpore manere debet. hoc in caſu maximè probatur medicamentum, cuius beneficio copioſus ſudor erumpat. Habeo ergo nobilem, qui per quinque vices inunctus eſt, non expuit tamen: nihilominus innumeratæ puſtulæ ſecundum frontem & caput erumpunt. cum ergo non ſuccedat euacuatio, prouoco ſudorem in hypocauſto: imò vero balneum, quod ita calidum eſſe debet, vt ſudor erumpat. Vt efficacius ſudor prouocetur, debetis aquam balnei alterare cum medicamẽtis calidis, de quibus ſupra audiuiſtis; videlicet calamento montano, carduo ſ. dictamo Cretico: vt vberrimè à centro ad circumferentiam attrahatis hydrargyrum, & cum illo luem veneream. nec ſufficit vnica vice balneo vti, ſed debetis ſubinde repetere.

Aduertere autem debetis quandoque vires adeò eſſe robuſtas, vt omnem violentiã ferre poſſint: quare ſi non poſſint balnea perferre, inungantur illis artus. probatur inunctio etiã poſt balneum facta. Supra dixi non tantum artus inungẽdos eſſe, ſed etiam vertebras, oleis de caſtoreo, de coſto: quę debent decoqui in duplici vaſe cum vino, cum rebus iam propoſitis calidis, & cum aromatibus. vbi hunc in modum eſt paratum oleum & decoctum in duplici vaſe ad conſumptionem vini, poſt colaturam miſceatis cera in lotam in vino maluatico generoſo, & addatis folia auri. Hæc inunctio mirificè proderit, cuius deſcriptionem

ſubi

ſubijciam propter Iuniores.
℞. Olei de caſtoreo,decocto ana ℥ iij.
Vini aromatici ℔. ſ.
Dictami Cretici,
Calamenthi montani, Cardui ſ.
Guaiaci ana ʒ iij.
Cinamomi,macis ana ʒ j.
Vrgente neceſſitate ſem.ſinapis ℈ ij.
Contundenda contundantur craſſo modo & fiat infuſio per 12.horas,dein decoctio in duplici vaſe ad conſumptionem vini,coletur, & ſeruetur hoc oleum in vaſe vitreo.

℞. prædicti olei ℥ j ß.fol.auri num.7.ceræ vino generoſo lotæ ʒ ʒ.miſce ad ignem, fiat vnguétum quo per plures vices artus ſunt illinendi. Optimum erit,antequam fiat inunctio cum præſcripto oleo,vt foueantur partes inungendæ (vt iam ſæpè dictum eſt) vino maluatico calente; vt roboretur calidum innatum iam aliqua ex parte malè affectum vi hydrargyri, poſt fométationem & exſiccationem fiat inunctio.

Et hæc dicta ſint de medicamentis & ratione totius & ratione luis, ſiue exhibeantur Alexipharmaca, ſiue alia: ſupereſt vt breuiter, ſed diligenter loquamur de medicamentis ſymptomata & affectus huius luis reſpicientibus.

Affectus morbi ſunt & ſymptomata. Quantum ad morbos, ſi rectè intellexiſtis, ſi memoriæ mandaſtis, inter morbos libuit recenſere febres, dentium caſum, bubonas, gummata, verrucas, puſtulas, cariem oſſium, corruptionem, vlcera,

rhagadas,& deſtillationem Quantum ad febrem; aduertatis quę ;am ſit illa febris: Gallica, aut non, (quia ſit quandoque ex alia cauſſa) ſi non eſt Gallica, ſuccurratis febri. Gratia exempli, ſit aliquis affectus lue venerea, accipiat decoctum ex Guaiaco, ſubſequatur febris; intermittite, & curate febrem. Vt in putrida biliosa, remouenda eſt febris per cholagoga: quod ſi ſit febris venerata, exhibeantur antidota. Et aduertant hoc loco Iuuenes, ne errent in curando: & ratione totius, & ratione luis. Ratione totius; quia non poſſumus occurrere lui, niſi prius totum ſit expurgatum, & febris remota: quare ratione totius prius ſedanda vena, niſi ſit febris Hectica. Cæterùm merito febris omnia debent eſſe mediocria, verbi gratia ſi ſit febris putrida, non vtimur pillulis cochijs cum helleboro: quibus alioqui vteremur, niſi febris eſſet coniuncta. Idem de reliquis dicendum.

Ratione luis, Alexipharmaca debent eſſe mitiora, dum adeſt febris, quæ prodit à lue venerea: præſertim ſi ſit hectica: in qua etſi non omnino improbo ſalſam; tamē magis laudo chinam, quia non ita ſiccat, miſcere etiam vos oportet cichoracea, lactucam, endiuiam, bugloſſam: non licet vti cortice, non Guaiaco, non ſaſſafras: quomodo miſcenda, ſuo loco dictum eſt. Breuiter, exiſtente hac febre, non licet prouocare ſudorem; quia virtus non permittit: ſed requiritur balneum moderatè calidum: & ſi vrget hectica nimium, licet inungere corpus oleo amygdalarum dulci, violaceo; permiſta aliqua portione decocti vel ſalſæ,

vel chi

vel chinæ, imò etiam Guaiaci, ſed in parua copia. Et ratio huius medicamenti eſt, ſicut aliorum etiam; vt beneficio balnei fit attractio ad partem, beneficio viſciditatis fit appoſitio alimenti, adglutinatio à moderata caliditate olei amygdalini, & frigiditate violacei: intemperies febrilis corrigitur, vt fiat aſſimilatio: vi Guaiaci oſſa penetrat; lues à caliditate Guaiaci euocatur: roboratur expultrix, vt expellat: vt eodem tempore & lues & febris amoueantur. Et hoc loco notent iuuenes, cùm Guaiacum applicatur partibus externis, fortaſſe hic modus alicui videri poſſit ſuſpectus: quia ſi capitis vlceri admouerentur Alexipharmaca, vt aduerſaria lui venereæ, & fiat expulſio, timendũ ne lues retrocedat ad partes interiores: quod certè in cauſſa eſſet maximi detrimenti. Ideo ſciendum (quemadmodum ex fundamentis à nobis propoſitis colligere licet) pharmaca agere in facultatem expultricem, hoc eſt roborare vt expellant luem per loca conuenientia: & non ad intra, ſed potius extra. Vnde practicantes in vlceribus, & malis externis, optima ratione, cum reliquis medicamentis permiſcent Alexipharmaca, ſed rationem fortaſſis ignorant.

Quod ad dentium caſum, oportet contra materiam illam vti detergentibus, quæ eſt in cauſſa vt gingiuæ abradantur: maximè probatur oleum ex ſulphure cum oxymelle ſcillitico & puluere Guaiaci: & non ſolum licet detergere, ſed etiam roborare & aſtringere poſtea. quare probatur medicamentum ex maſtiche, ex nucibus, & gallis

immaturis: ex puluere plantaginis, roſarum, hypocyſthide. Item vinum auſterũ cum aqua roſarũ & ſucco plantaginis, ac modico vel Guaiaci, vel reliquorum (quę ſunt Alexipharmaca) miſcendũ.

Quod ad Bubonas, omnibus modis ſtudeatis vt ocyus ad ſuppurationem perducantur. Si non eò poteſt perduci, conſulo vt per illam partem ſtudeatis moliri euacuationem luis. Obſeruabitis aliquando in inguine apparere tumorem: ſi natura non promptè faciat officium, debetis illam adiuuare applicata ventoſa cum flamma citra ſcarificationem; & adiuuetis naturam quę non operatur, quemadmodum opus eſſet. itaq; vbi videritis tumorem, vrimini althæa, adipe ſuillo, farina hordei, oleo liliorum alborũ, amygdal. dulcium: ex his fiat Emplaſtrum, vel applicate Diachylon magnum, & ſimilia, quæ ſatis ſunt nota. Et quotieſcunque videritis materiam ſuppurari, non expectetis integram & abſolutam ſuppurationem: ſed aperiatis apoſtema etiam immaturum; vt citò quantum fieri poteſt, virulentia egrediatur. Facta apertione, diu foramen apertum teneatis cum turunda inuncta, melle & Alexipharmacis per quadraginta dies, imò etiam ſexaginta quia quò diutius foramen apertum reliqueritis, eò perfectius curabitur lues.

Præterea conſulo, vt dum adeſt tumor, ſed materia ita rebellis & contumax, vt nequaquam ſuppurari queat: applicetis cauſticum, deinde eſchara virtute butyri putreſcat, qua amota, imponite non cereã pillulam (ſicut fieri ſolet in fonticulis)

ſed

ſed quæ ſit confecta ex cicere, vel potius ex medulla ſambuci. Et ſi deſideratis admodum efficax medicamentum, conficiatur pillula ex cera: ſed non ſimplex, verùm in decocto Guaiaci lota; cui ſit permixta potio ſinapis, aut colocynthidis. Si lues videbitur balioſa, portionem ſcamonij addatis: ſi pituitoſa, colocynthidis: ſi melancholica, veratri: vt non modò hoc decocto liceat lauare ceram, ſed ex propoſitis parere puluerem, & cum cera conficere pillulam: experiemini efficaciſſimum eſſe medicamentum.

Quotieſcunque apparebunt gummata; permiſceatis cum medicamẽtis intra corpus ſumendis, emollientia, vt eſt althæa: & augeatis ſalſam, quia materia quę ſatis dura eſt & craſſa, eget mollientibus & attenuantibus: extrinſecus autem applicabitis medullas, adipes emollientes; ammoniacum, bedellium, radices althææ, radices cucumeris agreſtis. probatur etiam in gummate Diachylon cùm gummis; caſeus antiquus cum axungia ſuilla: licet etiam colocynthidem & veratrum imponere; & vrgente neceſſitate, oportet confugere ad præcipitatum tanquam ad aſylum: apertionem moliri cum cauſtico, & locum apertum tenere, vt ſupra eſt dictum.

Quantum ad verrucam; aduertere debetis, an verruca ſit tumor admodum durus, an admittat ligaturam. ſi admittit ligaturam, ligetur ſerico: ſed hoc non ſatis eſt. quare poſtquam per ligaturã verruca eſt extirpata; proſpiciatis radici, & madefacite illam aqua aluminis & cortice Guaiaci.

Si verruca ſit plena, habeat eam confortationem, vt non poſſit ligari: debetis imitari Aetium, qui docet quomodo talis tumor ſit remouendus. Expedit autem maximè admouere Ammoniacum cum aceto: deinde aquam ardentem, in qua ſit macerata althæa pro emollitione, Guaiacum. poteſtis aſcendere ad præcipitatum, ad ſquamam æris, ad calcem extinctam cum oleo viperino: & admoueatis etiã puluerem verrucæ (hoc aliqui habent pro maximo ſecreto) addatis ſal minerale.

Sed obſerueris facilè euenire poſſe, vt ob vehementiam caliditatis propoſitorũ medicamentorum, verruca inflammetur, & ideo ad arcẽdam inflammationem, circumcirca & ſupra propoſita medicamẽta, admoueatis vnguentum de ceruſa.

Quò verò ad puſtulas; videndum eſt an ſint in ore, vel in alijs corporis partibus. Si affligunt oris partes, expedit illas fouere decocto Guaiaci quod patiens aſſumit. Sed aduertatis an cum iſtis puſtulis dolor ſit coniunctus; quia ſi dolor adeſt, expedit vti ſero lactis chalybeato: nam ſiccabitis & mitigabitis dolorem. ſi contingat vt puſtulę ſerpant, poteſtis ſero lactis chalybeato addere plantaginem, roſas. Horum medicamentorum beneficio prohibebitis quò minus vlterius malum ſerpat. Si contingat vt annexus ſit feruor, inſignis æſtus; addatis ſero chalybeato hordeũ, quinimò etiam lactucam, quia non poteſtis curare, niſi remoto feruore. ſi contingat vt puſtulę ſint putrilaginoſę, addatis ſero lactis ſcabioſam, cornu cerui, alumen. vt verbi gratia, pro ſingula vncia ſeri lactis

chaly-

chalybeati poteritis permiſcere 5. vſque ad x. ſcabioſæ & propoſitorum. Si autem puſtulæ non ſint in ore, ſed in alijs partibus, maximè prodeſt obliнire locos affectos ſpuma decocti ex Guaiaco, ſed poteſtis etiam addere ſcabioſam rotundam, & dum puſtulę ſunt contumaces, aſcendatis ad præcipitatum, quod non exhibetur, ſed applicatur. Si dolor vrgeat, addatis ſeuum hircinum, ſerum lactis chalybeatum; verum huiuſmodi puſtulæ ſæpè virtute ipſius decocti extirpantur.

Quò ad cariem; expedit ſiccare cum puluere tutiæ, lithargyri: cũ puluere cort. Guaiaci: & ſupponatis vnguentum ex tutia. Quandoq; in caria conſpicietis vehementem ſorditiem: quare imperetis vt chirurgi imponant Ægyptiacũ, oleum ex chalcantho: & potiſſimum probatur præcipitatum: & ſupra (ne oboriatur inflammatio) ponatis vnguentum de ceruſa. Poſt mundificationem ſufficit petia madefacta in Guaiaco, & vnguentum de tutia.

Quò ad corruptionem oſſium; ſciatis non eſſe fruſtra affligendos ęgros; & eſſe neceſſariũ ad fortiora aſcendere quamprimum. quare quãdo erit os corruptum, detectum; oportet vti oleo ex ſulphure, ex chalcantho, ferro candente; ſi citra periculum poſſit adminiſtrari. Sed cauſſa inflammationis, quoniam ea facilè oboriri poteſt, imponatur vnguentum de ceruſa; quod magis probo quã linimentum ſimplex; quia recipit ſolatrum, & eſt medicamentum ſatis infenſum calido innato,

quare non probo. Vbi eſt extirpata lues, oportet replere, agglutinare, cicatrizare.

Quò ad reliqua vlcera, ſimiliter vt dictum eſt occurrendum; & potiſſimũ hoc eſt obſeruãdum, vt cum reliquis medicamentis miſceantur Alexipharmaca. nam vt ſcitis horum beneficio roboratur expultrix loci affecti, vt virulentiã expellat.

Quò ad Rhagadas, ſæpè contingere ſolet vt adimantur beneficio decocti. Vnde ſi non cedant, poteſtis fouere guaiaco, Scabioſa, Scordio, quinquefolio. Sed aduertite quandoq; durities eſt adnexa: quare addatis althæam, maluam, calcem extinctam cũ adipe gallinę, ammoniaco. quod ſi admodum vrgeat, & vehemens ſit lues, vt nõ cedat, probatur inũctio ex Hydrargyro, qualis fuit propoſita. poteſtis adhibere præcipitatum: licet ſuffumigare partes affectas, volas manuum & pedum: de quo ſuo loco dictum eſt. Poteſtis etiam hoc linimento vti, quod admodum eſt efficax.

℞. Hydrargyri ſaliua extincti ℥ 3. pulueris Guaiaci ℥ 2. Scabioſæ, Scordij añ ℥ j. Ceræ lotæ in decocto Scordij ℥ 3. miſce pro linimento.

Ita igitur vobis licebit vti his medicamentis, vt rhagadas & fiſſuras deleatis. quò verò ad dolorem ratione luis Venereæ, oportet vti Alexipharmacis, & intus & extra. Intus (obſeruate hoc, quando ordinatis decoctum) vt augeatis doſin ſalſæ, & rationem in ſuperioribus intellexiſtis. Extra debetis partes fouere Guaiaco, ratione luis: eſt enim magis efficax ad roborandam expultricem quàm ſalſa, vt robuſta reddita expultrix, expellat luem.

Ratio-

455

Ratione doloris, quia lue Venerea correptus, doloribus cruciatur, quibus occurrendum eſt. & reſpiciendum ad cauſſam. Intus augenda eſt doſis chinæ: china eſt efficacior ad mitigandum dolorem, quàm ſalſa, quàm Guaiacum: ei licet permiſcere althæam, maluam; quandoq; aſcendere ad Mithridatum recẽs, vt in hoc viget facultas opij. Extra autem poteſtis dolenti parti applicare medicamentum confectũ ex anetho, malua, althæa, meliloto, & fœnogræco. Si reſpiciamus ad dolorem, non ad luem: probatur medicamentum paratum ex adipibus, ex lacte cum pane. probatur etiam omentum vituli vel caſtrati, quod ſit calefactum cum propoſitis medicamentis: & nequaquam conſulo vt ad opium aſcendatis: quia partes extrinſecæ nequaquam ſunt tangendæ opio. Quò ad tinnitum, quia quandoq; cruciat patientes, corpore & capite expurgatis, poteritis vti oleo deſtillato ex Guaiaco cũ adipe anſerino. Probatur Elixir cum oleo amygdalarum amararum, etiam vehementioribus, quia aures ſuſtinent fortiſſima medicamenta. Et quia malum eſt pertinaciſſimum, illius pręſentia admodum diu ſolet durare. Quare inſtandum eſt medicamentis iiſque vtendum per aliquot menſes.

Quò ad Gonorrhœam, ſi non cedit decocto Guaiaci poſt 20. dies, licet vti medicamentis & intus & extra. Intus hoc quod ſequitur:

℞. Sem̃. lactucæ, viticis, cannabis añ ℈. 2. pulueris ſalſæ ʒ j. conſeruæ ex nymphæa ℥ 4. ex betonica ℥ j. Cum ſyrupo de capill. Veneris fiat Ele-

ctuarium cuius doſis à ʒ j ad ℥ ß ante ſyrupum matutinum. Nos in hoc electuario miſcemus betonicam & capillos Veneris pro vehiculo reliquorum: non explico vlterius rationem huius præſcripti medicamenti: quia patet ex alibi traditis.

Extra applicate medicamentum peritonæo, quod ſit cōfectum ex oleo maſtichino, decoctum in duplici vaſe cum vino auſtero, additis nucibus cupreſſi, additis gallis. & quotieſcunque facta eſt hæc decoctio, & per expreſſionem facta colatura huius olei; pro ſingula vncia olei addetis ʒ j ß ceræ, quæ ſit lota vino auſtero, contemperato cum Guaiaco.

Quantum ad depilationem, iubeatis vt pili abradantur Luna creſcente, & nihil applicetis primis 15. diebus quantumuis vrgeant ægri: nam ſæpè virtute ſolius decocti pili renaſcuntur. Poſt 15. dies licet aliquid applicare: ſed hoc nequaquam ſit aſtringens, propter luem, quæ non eſt cohibēda, ſed euocanda. Ita vt ſi vtamur aliquo quod ſit aliqua ex parte craſſæ ſubſtantiæ, roboret, & non aſtringat. Quare poterit ablui cum lixiuio moderato confecto cum abrotano & furfuribus: & poteſtis aſcendere vſque ad radices Cannarum decoquendas in lixiuio: his adjcietis ſcabioſam & fumariam.

Quandoque pruritus exercet ægros: quare addatis hordeum: quandoque ariditas coniuncta eſt; & tunc maluam apponite. In depilatione probatur talis inunctio: ℞. Olei amygdal. dulcium ℥ j. decocti Guaiaci ℥ ii. abrotani ʒ j. thapſiæ ʒ ß.

Fiat

Fit decoctio in duplici vaſe ad conſumptionem decocti: colaturæ adde faui mellis ℥ ß. vitelli oui, olei ex garyoph. non deſtillati ℥ j ß. miſce. Maximè probatur. & efficaciſſimum quoque eſt oleum ex fauo mellis, ex vitellis ouorum. Sed & aſſiduò debet ſe admiſcere Alexipharmaca. Hæc dicta ſunto de medicamentis: Nunc de diæta.

Aër probatur calidus: & ſit aër cubiculi propter ſudorem, propter inſenſibilem etiam tranſpirationem. Et propterea in maximo verſantur errore qui permittunt ſuis ęgris vt egrediantur cubiculo: quia vt ſcitis, hæc Alexipharmaca reddũt totius corporis facultatem expultricem robuſtã, vt propterea egredi non debeant & ſe aëri exponere: quia tranſpiratio impeditur.

Quò ad cibum & potum, aduertẽdum vt tempore purgationis victus ſit mediocris, & potius vergat ad pleniorem. Pro ſtatu corporis debet eſſe medicinalis. Vt verbi gratia, in corpore bilioſo, debet eſſe refrigerans. Potus debet eſſe vinum oligophorum, aquoſum. Contrà ſi corpus ſit frigidius, vtpote in ætate ſenili, tempore frigido, ante purgationem, ſit potus vini, victus non refrigerans. Tempore autem medicationis quo aſſumit decoctum, & tempore quo adminiſtrabitur Hydrargyrum, quomodo procedendum cum cibo & potu?

Quò ad decoctum, cibus circa primos & vltimos dies debet eſſe minus tenuis: non eſt faciendus tranſitus de extremo in extremum ſine medio. Quare in principio & fine, victus ſit minus

tenuis, vt medio tempore expediat abſtinere à carnibus. V. G. patiens accipit decoctum per 40. dies: per decem dies primos & poſtremos concedatis carnem:per 20. dies medios abſtinebitis,niſi vires ſint debiles,vt in Hecticis. Comedant autem amygdalas dulces, paſſulas, piſtacia,&c.

Panis ſit coctus,quandoq; mediocriter,quandoq; aſſatus,aliquando etiam paratus cum Alexipharmacis.Et ſciatis quod ægris nunc hoc, nunc illo modo paratus panis,ſit vtilis: contra eos qui Medicos vituperant quod exhibeant biſcoctum, aſſatum:hi dum alios reprehendunt, ipſi reprehenſione ſunt digni. Neque obſtat quod adferunt Galeni auctoritatem,de aliment.facult.2.vbi improbat panem violentia coctum, panem aſſatum: quia, inquit,dũ redditur panis teſtaceus ob vehemẽtiam coctionis,eſt exigui nutrimenti,difficilimę nutritionis:&proinde nequaquam exhibendus. Reſpond. Galenus loco citato loquitur de aliment. facult. non de medicamentis: & propterea ſi cõtingat vt lue Venerea correptus,ventriculum habeat debilem, non debetis exhibere panem biſcoctum, quia difficillimè cõcoquitur. Vbi eſt corpus quod facilè obſtructione tẽtatur, ſimiliter ſi fuerit hecticus,nequaquam,quia egemus copioſo alimento.Contra ſi lues Venerea ſit melancholica, ſi ventriculus robuſtus,ſi non ſit o noxius obſtructionibus æger,ſi corpus non ſit emaciatum, & lues Venerea magna ex parte ſit pituitoſa; non modò licet exhibere panem bis

coctũ,

coctum, ſed expedit etiam panem cum Alexipharmacis confectum alteratumque dare: & pillulas ante cibum. nam hæ miſcebuntur cum cibis, cum alimentis, vt alimentum ex toto euadat medicamentoſum; ex toto aduerſarium lui Venereæ.

Quod dictum eſt de pane, idem dicendum de carne: non deberis omnes eodem modo tractare. Quare oportet vti carnibus modò aſſis, modò elixis. In lue pituitoſa probãtur aſſa: in melancholica, elixa.

Alterantibus cibis modò calidis, modò frigidis vtendum pro varia corporis patientis conſtitutione. Hoc præterea eſt obſeruandum, vt parcior ſit cibus in prandio, quàm in cœna. ratio eſt, quia oportet bis in die ſyrupum exhibere: vnde propter maius interuallum, inter cœnam & ſyrupum matutinum, licet in maiori quantitate exhibere cibum. Plerique hoc non obſeruant, ſed malè.

Potus ſit ſecundum decoctum, paratum modò cum aqua, modò cum vino, modò cum iure.

Quò ad hydrargyrum, eo tempore quo homo poteſt maſticare, exhibeatis carnes, panẽ, vinum etiam, ſed aquoſum, non meracum, ſicuti fecerunt nonnulli, qui inter nebulones poſſunt numerari, eò quod multi homines miſerè hoc modo interierunt. Detis vos contuſum: detis deſtillatum: non exhibeatis vinum: quia dum inunguntur ægri, magnam percipiunt inflammationem in ore, & fieri poteſt vt ſuffocentur. Cùm

autem incipiunt maſticare, poteſtis exhibere carnem, & vinum etiam.

Quantum ad ſomnum attinet, dormiant patientes per horam poſt aſſumptum ſyrupum: non illicò debent ſudare: bonum eſt vt per horam dormiant. Curandum quoque vt aluus quotidiè liberè fluat. nam excrementa quæ in corpore latent, impediunt quò minus illa lues expelli poſſit.

Motus quoque tum corporis, tum animi, conſiſtant in mediocritate.

Hæc habui ornatiſſimi doctiſſimique iuuenes quæ de lue Venerea proferrem: quæ ſi diligenter expenderitis, & in curandis ęgris hoc affectu correptis obſeruaueritis: non eſt dubium, quin hoc vitium, quantumuis pertinax, facilè ſitis propulſuri.

FINIS.

Spiræ Nemetûm Ciuitatis Imperialis liberæ:
Apud Bernardum Albinum.

Anno M. D. XCII.